Septem autem sunt affectiones mētis cōmuniter.s.spes: timor: gaudium:meror:amor:odium: ⁊ pudor. Parū aūt quatuor cō tra malū:tres aūt ad bonū ordinantur. Nā timor:meror:odiū:⁊ pudor cōtra malum sunt:spes:amor ⁊ gaudium ad bonū se ha- bent. Nam bonū non est timendū:sed optā dum ⁊ sperandū:nec pro bono est dolēdū sed gaudēdū:nisi forte priuatio boni timeat vel doleat qd̄ nō est bonū sed ꝑprie maluz: nā malū ē priuatio boni vel corruptio. Itē bonū non est odiendū sed amandū: nec de bono pudēdū est sed gloriandū: imo gloria tio nō dicit affectio per se q: sub gaudio cō prehendit ⁊ amore. Cum igitur iste affe- ctiones ordinate sunt ad qd̄ debēt iuxta ra- tionis ⁊ veritatis iudiciū:tunc hō virtuo- sus cū nō solū timēda timet:⁊ magis timē- da.i.magis mala plus timet:⁊ dolenda do let:⁊ odienda odit:⁊ pudenda erubescit:sed magis ⁊ minus sicut ipsa sunt dolēda ⁊ odi enda ⁊ pudēda:plus vel minus sicut sunt mala. Itēunc sola speranda sperat sicut de bet:⁊ amāda amat: ⁊ gaudēdis gaudet ꝭm qꝫ magis ⁊ minus sunt bona. Sūmū autem bonum qd̄ est deus summe amandus ē ⁊ ante oīa sperandū ⁊ super oīa in ipso gau- dendum. Et ea que ab ipso retrahunt sum me fugienda ⁊ execranda:que sunt preci- pue vicia ⁊ peccata. Quia h̄ vera ⁊ pro- prie mala sunt ⁊ omnibus mala ⁊ nulli bo- na ⁊ ad nihilum bona cui insunt: lꝫ quan- doq̧ bonis cohoperentur in bonum mala aliena:vel etiam propria quedam: vt post conuersionē in eis magis humilientur ⁊ amplius inardescant in amorē dei: qui eos in talibus vitijs tollerauit ⁊ a talibus libe- rauit. Sanctis etiam in gloria augebit leti- tiam dānatio reproborum: quia gaude- bunt se ab his saluatos: que poterant sicut ⁊ illi nisi eos deꝰ liberasset incidisse. Mul

le sunt alie virrtutũ artificiales diuisiones ꝺm ꝙ alie dicuntur theorice vt fides: spes caritas. Alie cardinales: vt prudentia: iusti tia: fortitudo: tẽperantia. Itẽ alie pollitice: alie purgatorie: alie animi purgati: alie exẽ plares: quas sicut rudis rudibus loquens pretereo: solũ illum ordinem sequens quo virtutes septẽ principalibus vicijs opponũ tur cũ virtus ꝺm hũc sensum vt nõ aliud sit q̃ꝫ viciorum carentia: ⁊ quãtoquisqꝫ ab omni vicio prior fuerit: tanto virtuosior est ⁊ per fectior.

¶ De habitu religionũ exteriori. ca. iij.

sp

Sicut nucleus in testa vel corti ce sic est virtus intimior ceteris obseruãtijs in religione. Omnia eniꝫ que in obseruãtia religio nis apparent: inuẽta ⁊ statuta sunt propter obtinendas ⁊ seruãdas virtutes. Cetera si ne virtute sunt sicut testa sine nucleo. Et si cut in tabernaculo federis plura erãt vela minum genera intra se protegentia vel de corantia sanctuariũ sicut pelles iacintie: pel les arietũ rubricate: gaza cilicina: cortine ⁊ tabule preter alia. Ita in religiõe plura sunt virtutũ tegumenta: vel ad decorẽ vel ad cu stodiam virtutum ordinata in quibus non pura virtus consistit: sed quedam virtutis verba: ⁊ latentis intrinsecus demonstrãdo figuralis: vnde qui istis exterioribus contẽ tus: interiora postponit: sic est quasi qui cor ticem vel testam vacuam sine nucleo hẽt.

¶ De primo religionis habitu. ca. iij.

p

Primũ est habitus exterior in vestibus ⁊ tonsura: que si per se religiosum facerent: etiaꝫ simie vel maimones religiosi forent: qui sunt talis habitus: qñqꝫ etiã ioculator: sed h̃ sunt tñ signa interiorum: sicut circu lus ad tabernam potũ venalem designat. Et vexillũ super ecclesiam dedicationẽ de nunciat: vnde si signa falsa fuerint decipiun tur homines putantes inuenire significata. Ita est de ficto religioso qui exterius in ha bitu pretendit qd̃ nõ habet in moribus ⁊ in vita. ¶ Scd̃m est exteriores cerimoniales obseruantie: vt inclinationes: genuflexiões in horis: pulsationes ⁊ omnes gesticulatio nes quibus claustrales vtuntur in diuino officio: ⁊ in alijs de quibus sepe minꝰ vir tuosi maiorem vim faciunt q̃ꝫ aliqui perfe cti ⁊ magis deuoti. ¶ Tertium est mores exteriores compositi vt exteriorum mo rũ disciplina: in loquendo in gradiendo: in totius corporis gestu: que etiam curiales se culares obseruant ⁊ cõmendabiles ⁊ secu laris virtusi appellãtur. Sed religiosis ma gis cõuenit: lꝫ modo humiliori ⁊ planiori. ¶ Quartũ sunt opera mĩe: vt ieiunia: vi gilie: flagella: ⁊ alie corporales exercitatio nes, ⁊ castigationes. Que licet magis pro pinquant veritati q̃ꝫ precedentia tamẽ non sunt pure virtutes: q: ea etiam ypocrite pos sunt habere ⁊ in mortali peccato positi se pe in talibus exercent seipsos. ¶ Quintũ est studium familiare ad expugnanda vicia ⁊ virtutes visitandas: vt semetipsum hu miliare: motus ire deprimere: luxuriã do mare ⁊ ceteris vicijs ĩpugnãtibꝰ resistere: ⁊ opibꝰ caritatis: ⁊ obediẽtie insistere: ⁊ alia rũ virtutũ. Quãuis enim omnia bona ope ra sint virtutum ⁊ exercitia: q: nec bonum opus esset: qd̃ nullam virtutem respiceret: tamen aliud est aliquod bonum opus exer cere simpliciter propter deum ⁊ ĩtẽtionem merẽdi gl'iaꝫ ⁊ veniã: ⁊ aliud est exercere ipꝫ nõ tñ cã merẽdi p̃dicta: sed ẽt p h̃ obti nere nisi virtutẽ sibi coherẽdi ⁊ visitãdi eã per opis exercitiũ ⁊ vitiũ ꝯtrariũ expugnã di: ⁊ h̃ est multo vtilius: q̃ꝫ illud prius: ver bi gratia. Unus orat simpliciter: vt per h̃ ĩpetret peccatorum suorum veniã vel vitã eter nã. Alius ẽt preter istã intẽtionẽ orat vt as suefaciat seipsum in oratione ⁊ studio ⁊ p h̃ consequatur gratiam deuotionis ⁊ gustum diuine dulcedis: ⁊ gratiã diuine familiarita tis assequatur: ⁊ notitiã dei clarius assequatur per mẽtis illuminationẽ. Et lꝫ actio prioris

bona sit 7 meritoria venie: glīe 7 gratie tamen intentio ſi cohoperatur: vt clarius 7 plenius h̄ q̄ȝ expreſſius deſiderat aſequaf. vnde multū valet ad perfectionē ſanctitatis intentionē dirigere ad eam querendam 7 ſtudiū ad h̄ ordinare: in tantū vt aliquis faciliori labore quo ad corporale exercitiū maiores mentales virtutes obtineat: q̄ ſcit prudēter diſponere greſſus ſuos: q̄ȝ alius difficiliori labore. Exēplum de quolibet picto artifice qui melius leuius 7 citius operatur quodcūq̄ȝ q̄ȝ alius imperitus cum maiori labore. ¶ Sextuȝ eſt ipſe nudeus affectualis virtutis que eſt perfectio vite actiue 7 ingreſſus ordinatus cōtēplatiue. Sine ipſa fruſtra ſperatur puritas cōtēplationis vel ſtabilitas. Sicut aqua fontis non ē pura quēdiu nō ē eiectis ſordibꝰ fundus emūdatus. Sicut autē ex nucleo pinguedo olei exprimitur: ita ex affectu virtutis ſapor deuotionis procedit: maxime diuini amoris: 7 deſiderij ſpūalis 7 gaudij celeſtis: qui nobilior 7 efficatior eſt q̄ȝ compunctio timoris vel meroris. Hi ſunt ſex dies in quibus operari oportet ſalutem 7 cibos vite querere: ne ieiuni deficiamus in via hac qua ambulamꝰ: ita vt ſexto die duplices cibos colligamus. ſ. bone actionis 7 pie affectionis: vt in ſeptimo. i. ſabbato toti ſani facti a viciorum langoribus cum requie opulēta vacari poſſimus contemplatiōi 7 videre q̄m ſuauis eſt deus 7 guſtare q̄ȝ ſuauis eſt vniuerſis. Qui ſexta die dupplices non colligit cibos in ſeptima inanis remanebit nil reperiens de dulcedine contēplatiōis. Quia qui ſextum ſtatum qui eſt in virtutum affectualium ſanitate. i. ſanctitate: nundum attigerit ſeptimi ſtatus dulcedine qui eſt in ſapientie guſtu 7 intelligentie lumine nō fruetur. Hinc eſt q̄ Jacobus prius ſex filios genuit: 7 poſt hec Rachel peperit ei filium nomine Joſeph decorum aſpectu: quo nato cepit Jacob petere dimitti 7 in patriam ſuam reuerti. Quia prius in actiua vita debet homo perfectus eſſe in ſex p̄dictis profectuum ſtatibus: 7 tunc guſtato fructu vite contemplatiue cupit diſſolui 7 eſſe cum chriſto in patria: cuius iam primitias in ſapore ſuperne dulcedinis preguſtauit.

¶ De forma proficiendi. ca. v.

O Ed quia proficientibus h̄ forma ſcribitur: vt ſciant quantum in ſingulis virtutibus profecerit: vel quantum a perfectione earum adhuc diſtent: quālibet ipſarum in tres gradus longe inter ſe differentes diſtinguimus multos medios profectuū paſſus feſtinando tranſilientes propter faſtidium deuitandum.

¶ De ſeptem virtutuȝ declaratione. ſeptē vitijs oppoſitorum. ca. vi.

O Rdo ſeptem viciorum capitalium h̄ eſt. ¶ Primum ſuperbia initium oīs peccati. ¶ Secundum inuidia: deinde ira: accidia: auaritia: gula: 7 luxuria. Hinc per cōtrarium oſtenditur ordo virtutum. i. humilitas contra ſuperbiam: dilectio proximi cōtra inuidiam: mititas contra iram: caritas dei contra accidiam: contemptus diuiciarū contra auaritiam: ſobrietas contra gulam: caſtitas contra luxuriā. Sed quia teſte beato Grego. ſicut multi arboris rami ex vna radice prodeunt: ita ex caritate dei cetere virtutes generanf. Ideo de ipſa tanq̄ȝ omnium matre 7 nutrice primo dicamꝰ: 7 poſtea de eius filiabus. Ante ipſam enim nulla virtus meritoria eſt.

¶ De caritate. ca. vij.

C Aritas enim eſt que oēs iformat vt ſint virtutes 7 vigorem ei tribuit vt magis 7 minꝰ meritorie 7 deo accepte: ſecunduȝ de ipſius nutrimēto acceperint minus vel amplius. Sicut ramus arboris a radice naſcif ex ſucco p̄cedēte ab ea nutrif: vt magis fructifer efficiatur. Initia autem ſingularum virtutū ad incipientes pertinent ſine

quibus non poſſent eſſe ſalui ⁊ deo place-
re ad ſalutē. Profectus ad religioſos ma
gis congrue pertinent: qui meliores eē de
bent: q̄ȝ popularis cōmunitas vel laici ſe-
culares: qui tamen ſunt de numero ſaluan-
dorū. Quid prodeſt altiora profiteri: ⁊ exte
rius in habitu perfectiora pretendere: ſi in
ſtudio virtutū: ⁊ in exercitio operis nō di-
ſtamus ab infimis: qui ſunt in ſpe ſaluatio
nis. Immo maior eſt confuſio: ⁊ ſpēs falla
cie: magna promittere: ⁊ exigua perſoluere
⁊ ſupplicio potius q̄ȝ premio dignū. Per
fectio aūt ad perfectos pertinet: qui trāſcē
ſo difficultatis obſtaculo in quo proficere
volentes laborant: quaſi in montis aſcenſu
iam in ipſo culmine xp̄o duce cōſtituti trāſ-
figurationis eius gloriam deſiderant ſpe-
culari. Nemo tn̄ in hac vita perfecte alicu
ius virtutis apicem valet comprehendere
vel ſtabiliter in ſūmo gradu ſemp manere
ſed pro modo vie profecturus: quis vtitur
reſpectu inferiorum.

Qualis eſt caritas. Capi. viij.

c Aritas eſt ordinata ⁊ magna
voluntas ſeruiendi deo: placen
di deo: ſeruiendi deo. Caritas.
dilectio: ⁊ amor idem ſunt: ta-
men beatus Grego. diſtinguit
eas dicens. Magis ad deum voluntas
amor eſt. Sed cū lactatur a gratia eſt dile-
ctio. Cum vero fruitur ⁊ adheret deo ca-
ritas eſt. Diligere deuȝ ſuper omnia debe-
mus: ꝑpter tria. Primo q: bonus ē in
ſe nec tantūmodo bonus: ſed etiam ipſa bo
nitas eſt: qua nil melius: vel cogitari: vl' eē
poteſt: ⁊ a quo oē q̄ꝺ aliquo modo bonuȝ
eſt: ē bonū. Si enim oē q̄ꝺ bonū eſt: diligē
dum eſt inquantū bonum: ille qui ſūme bo
nus eſt, ⁊ infinitus eſt ſūme diligendus: ⁊
ſi poſſibile eſſet etiam in infinitū iuxta me
ritum dignitatis eius. Item q: ipſe prior di
lexit nos: ⁊ plus diligit nos q̄ȝ ipemet nos.
Ille enim q: infinitus eſt: ⁊ non eſt ei aliud
eſſe q̄ȝ amare: q: ipſe deus caritas eſt: dili
gens nos pauperes: ⁊ viles miſeros: ⁊ di
lexit ab eterno nondū exiſtentes: nondum
eum diligentes: imo ⁊ neſcientes: ⁊ reſiſtē
tes: ⁊ offendentes ipſum. Et ideo iuſtuȝ eſt
nos euȝ viciſim diligere ex omni q̄ꝺ ſumꝰ
⁊ ſcimus ⁊ poſſumus. Vt salteȝ cū exigua
mēſura noſtre poſſibilitatis fideliter reme
tiamur ei diligendo eū: cuius magnitudinis
non eſt finis. Tertio propter dilectionis
multiplicem effectū: qui cognoſcitur in be
neficijs eius: q: non ſufficit ei: diligere ſolo
affectu: niſi etiam nobis oſtēdat in effectu.
Probatio dilectiōis nāq̄ȝ exibitio eſt ope
ris. De quibus beneficijs modo non pro
ſequor cauſa breuitatis alterius oportunita
tem adhuc expectans.

In quibus conſiſtit dilectio.
Capitulū. ix.

d Ilectio in tribus conſiſtit. In
voluntate. In opere. In affe-
ctu. Voluntas informata ad ra
tionem conſentit eius ꝯſilio vt
velit bonum: ⁊ ne ocioſa ſit ꝑ-
greditur in actū boni opis oēm familiam
ſuo impio ſubiectā in adiutoriū inuocās. ſ.
mēbroꝝ corpis: ⁊ ſenſuū: ⁊ cogitationū: ſi-
ue ad ꝑmouēdū bonū: ſiue ad remouendū
malū. Cūq̄ȝ fideliter h̄ fecerit: quaſi remu
neratione: vel releuatiōe laboris ex vſu ex
ercij ſuſcitat̄. Et etiā affectus in ſolacium a
gratia demulcēte eum: vt iam nō tantū ex
inſtinctu rōnis velit bonum: ⁊ conatu illud
agat: ſed etiaȝ ex deſiderio optet: ⁊ affectu
amplectat̄ ⁊ diligat. Et ꝯtrarium illi odiat
horreat ⁊ fugiat. i. malū. Et h̄ eſt vera ſani
tas voluntatis cum nō tantum ex inſtinctu
rationis cogit ſe ad volendum bonum vel
faciendum ad nolendum: vel vitandū ma
lum. ſed etiam ex affectu mentis: ⁊ deſide-
rio amplectit̄ bonā ⁊ odit malū. Et h̄ vir-
tus eſt mens bona de qua plꝛi multa dixe-
runt. Sed vtinam vere cognouiſſent eaȝ.
Voluntas q̄nq̄ȝ ſine opere ſufficit ad me-
ritum ⁊ debitum: vbi facultas: ⁊ oportu-

nitas temporis nō substantie: verbigratia. Pauper libenter subueniret pauperi: sed non habet vnde. Diues etiam quandoqȝ illud faceret libēter sed nō habet cui. Huc usqȝ ergo volūtas pro facto reputatur. Si autem facultas operis ꝛ opportunitas sub essent ꝛ non sequeretur effectus operis: tunc non sufficeret: lȝ sola voluntas esset: cum posset perficere quod expedit ꝛ nollet. Quantum enim vis tantum facis quod expedit cum potes: sed si non facis nō vis.

Ɛ De virtutibus. ca. x.

Licet enim multe virtutes videantur inter se differentes: vt q: humilitas alia est q̄ȝ castitas ꝛ patientia: alia est q̄ȝ mīa: ꝛ sic de aliis: tamen quadam consideratiōe oēs vnum sunt vt ita quelibet non tantū coheret: sed etiam inest alteri: vt qui vnam habent: vere omnes habere dicantur in habitu: ꝛ si non in actu: quod apostolus ostendens ait. p̄ Cor. xiij. Caritas patiens ē. benigna est non emulatur: non agit perperaȝ: non inflatur: non est ambitiosa: non querit que sua sunt. Sicut enim deus est vnuȝ simplex ꝛ perfectum bonum: in quo est omne bonum perfecte: ꝛ cui nullum bonum deest. Ita caritas est vna virtus in se habens omnes virtutes: sed ꝑpter diuersos effectus eius ex diuersis intrinsecis occasionib⁹ vel causis illatis: quibus se contra malum opponit: vel ad bonum extendit diuersa nomina sortitur. Uirtus eniȝ sicut diffinit Augustinus est amor ordinatus: vȝ vt amet solum quod debet ꝛ sicut debet ꝛ quātū debet. Quātū vero quis amat aliquid tantū fugit eius contrariū vt pōt. Caritas igitur cum se extendat ad diligendum deum. Dilectio dei dicitur cū ad proximum dicit̃ dilectio proximi cum eius miserie cōpatitur mīa appellatur cum eius bono cōgaudet cōgratulatio vocat̃: cū equanimiter aduersa tolleret: patiētia dicitur: cū bene facit se odientibus benignitas nūcupatur. Cū non extollitur inaniter supra se humilitas est: cū obtemperat superioribus vt iustum est: obedientia est. Cum execratur turpia castitas est. Cum resecat superflua corporalis necessitatis sobrietas ē. Cū diuitias abicit: paupertas ē. Cū ad paupes eas liberal'r effundit: largitas est. Cū tedio expectatiōis ꝓmissorū nō frāgit̃ lōganimitas est. Cū inter bonū ꝛ meli⁹: ꝛ inter malum ꝛ peius discernit prudētia est. Cū ius suū vnicuiqȝ tribuit iustitia est. Cū delectationib⁹ nō emolitur temperantia est. Cum duris nō terret̃ fortitudo est. Cum credit credenda: fides est. Cum sperat speranda spes est. Unde spiritus. s. vnus ꝛ multiplex dicitur. Sap. vij. Et cum in se vnus sit: diuersa dona tribuit ſm diuersorum donorum effectus. Sic aliqua nobilis ꝛ efficax medicina diuersos curationū effectus operatur: vel virtutē cōfert varia operandi: vt vim acuat visum: alteri clarificet vocē: alij auditū referet: alij gustū tēperet: in alio aliud ꝛ aliud operet̃. Ɛ Secundū autē ꝙ caritas opponit se septeȝ vicijs capitulū: virtutes formant̃ vt predictū est: de quibus nunc dicendum est. Ex quib⁹ profectuū gradibus distinguat̃. Una queqȝ tamen virtus teste beato Gre. habet initiuȝ suū: profectum ꝛ profectionem. Multipliciter terra ꝓfert germē suum: primo herbam: deinde spicam: deinde plenum frumētum. Herba est initiū virtutis: in spica profectus: in pleno frumento perfectio. Caritas ꝟo mater ꝛ nutrix omnium virtutū habet tres gradus: infimum mediū ꝛ summū. Sic ꝛ alie virtutes per singulas: nec inconueniēs distinctio ē. Si enim celestes ierarchie docente beato Dionisio singule internis differentijs distinguuntur: cur nō etiaȝ spāles virtutū ierarchie eundē ordinem in terris imitantur presertim cum celestis pulchritudinis exēplar ad h̄ nobis celitus allatum sit: vt pro viribus studeamus domino in nobis sanctuariū facere: vt in medio nostri habitare dignetur: ſm exemplar in mō

se celeste nobis demonstratũ. Utrũ autem
qui in primo gradu .i. in prima infima virtu
tũ ierarchia hic stant: ad infimá in celo ie-
rarchiá pertineát: ⁊ qui in mediá ad me-
diá in celo: ⁊ qui in summa ad summá in ce
lo pertineant: cũ illuc dño perducente ve-
nerimus agnoscemus. Laboremus tamen
hic fideliter de virtute in virtutem eundo
proficere: certi q̄ nequaq̄z inferior erit re-
tributio glorie proportionata meritorum
mensura. Luc. sexto. Mensuram bonam
⁊ confertá ⁊c̄. Eadem quippe mensura qua
mensi fueritis remetietur vobis. Eiusdez
mensure idria replebitur tibi vino glorie
in celestibus nuptijs: cuius tu hic repleue-
ris aqua iustitie presentis: que in cõparatio
ne celestis est sicut aqua ad vinũ optimum
in valore. Mille miliũ metrete aque flumi
nis vel maris nó valerent vná electi vini
quo ad precium vtriusq̄z.

¶ De primo caritatis gradu. ca. xi.

c Aritas dei primus gradus est.
Sic diligere concessa ⁊ eis vti
vt tamé illicita odiam⁹: ⁊ amo
ri dei nullius rei amorem pre-
ponamus: sicut illi qui sic ea que sunt mun
di diligunt: vt tamé eoꝝ dilectione vel cupi
ditate peccata mortalia deuitét suádo que
deus precepit facere ⁊ cauere que de⁹ pro-
hibet per preceptum. Mat. xix. Si vis ad
vi. ingre. idest in ingressu vite consistere: vl'
in processu altiori serua mandata.

¶ De secundo gradu caritatis. ca. xij.

s Ecundus gradus caritatis pót
eé: cũ hó volútate pleniori ⁊ af
fectu feruentiori: nó sola conten
tus iseruare precepta: sine qui-
bus nõ é salus: s₃ etiá ad ea que dei sunt stu
diosus est ⁊ voluntarius taz facere in seq̄z
in alijs pmouédo ⁊ desiderando: h̄ ꝓprie
bonorũ é religiosorũ: qui nó solũ precepta
dei sed ét cõsilia ipsius implere imitando
ipsum deliberát sequi oīs iustitie decorem
dñm iesum xp̄m. Talibus dicit Ber. Non
est nostrũ circa coīa precepta: neq̄z hét solũ
attendere quid precipiat dñs: sed quid ve-
lit probantes que sit voluntas dei bona: be
ne placens ⁊ perfecta. Quantũ eniz amas
dñm tanto studiosus es promouere bene-
placitũ vbi potes ⁊ honoré: ⁊ cauere eius
offensam ⁊ inhonorationé. Gre. Nunq̄z é
amor dei ociosus. operatur enim magna si
est: q̄ si operari renuerit amor non est. Fi-
delis auté dei seruus ea diligentia qua ti-
met dñz suũ offendere in se per peccatum:
ea ⁊ cauet ⁊ dolet inhonorari ab alijs per
scandalum ⁊ prauũ exéplũ. Quia in disci-
plina famuloꝝ redúdat in dedecus dñoꝝ.
Quis eniz fidelis famulus patiéter sustine
at contéptũ dñi sui ⁊ iniurias ne dicá pmo
ucat ⁊ augeat. Iste v̄o dño suo xp̄o nó ser-
uit sed ⁊ vétri. Si tu pro velle tuo suis do
mino tuo ipse remunerabit te pro velle suo.
Si át studueris ei suire pro velle suo: ipse
remunerabit pro oī velle suo. Mat.
In qua mésura mési fueritis remetiet̄ vo
bis ⁊ adijciet̄ vobis: vt nó tátũ s̄m merita
sed ét s̄m desideriũ remunerabimini.

¶ De tertio caritatis gradu. ca. xiij.

t Ertius gradus caritatis é táto
affectu estuare ad deũ q̄ sine
ip̄o q̄si viuere nó possis cohar
tatus desiderio dissoluédi ⁊ eé
cũ xp̄o. Talib⁹ est viuere in patiétia: vl' po
tius in fastidio. Et mors in ardéti desiderio
ét p̄ dura torméta. Hoc desideriũ féc̄ An-
dreá amplecti crucé: Stephanũ orare pro
lapidátib⁹: qui ei celũ patefaciebát: quo an
helabat igredi: Laurétiũ irridere carnifi-
ces: Uincétiũ prouocare tortores: Agataz
letissime ⁊ gloriánter ire ad supplicia: quasi
ad epulas inuitata: ⁊ ceteros gloriosos mar
tyres gaudere in tribulationib⁹: ⁊ inimicos
p̄sequétes diligere: a quibus ad desiderata
gaudia adipiscédi velocius pmouebantur.
Amici scõꝝ desiderát eos secũ h̄ diu retine
re. Inimici auté eoꝝ dolét eos aliquo tp̄e
secũ in múdo morari. Et i ó diligendi sunt

qui optát ⁊ promouét eos vt hic citius ⁊
pleniꝰ obtineát qđ sup oia diligunt: ⁊ quo
nil vtiliꝰ eis eē pót. Nihil eni é ꝙ talé va-
leat estū extinguere desiderij quādiu nó da
tur eis copia de fonte vite pro libito pota-
re cuiꝰ siti mirabilr̄ cruciaẗ. Tribus tñ inte
rim vt cūqꝫ refocillanẗ gutulis consolatio-
nū spūaliū .s. interne sanitatis recreatione.
Sacramétali corpis xp̄i perceptióe: que de
uotis solet eē singulare solatiū pro releuan
do huiꝰ exilij tedio: ⁊ si nó manifeste tamen
vere ⁊ salutifere ipsum qué amát suscipiūt
dominuꝫ iesum xp̄m. Jté spūalis fructꝰ mlˀ
tiplicatione in quo ⁊ animarū ꝓfectū ⁊ dei
honoré sciétes exilij sui molestias tollerabi-
lius sustinét. Vñ spósa dicit adolescentulis.
Fulcite me floribus .s. noue ꝯuersatióis bo
ne: Stipate me malis .s. ꝓfectibꝰ ad ꝑfectū
tédétibus: q: amore langueo desiderio dis
soluendi ⁊ eē cū sponso: vt quādiu ab hoc
differor: saltē consoler in ꝯuersione pecca-
toꝝ ⁊ ꝓfectu bonoꝝ. Et ita mediū exilium
erit mihi tollerabilius si videro alijs eē fru
ctuosum. Et si tardius ad sponsū veniam tñ
plures mecū ducā. Et sic Paulus coartatꝰ
iter desideriū dissoluédi ⁊ ꝓfectū subditoꝝ
ꝯsolabaẗ se iteriꝫ ex eoꝝ ꝓfectu de sua dila
tióe a regno. Phili. Cohartor eni ⁊c̄.

De proximi dilectióe. ca. xiiij.

Dilectio ꝓximi ex dilectione dei
nasciẗ: q: ꝑꝑ deū ⁊ in deo: ⁊ ſm
deū ꝓximꝰ est diligendus pro-
pter deū: q: ipse mādauit .i. Jo.
.iij. Hoc mādatū hémꝰ: vt qui diligūt deū
diligát ⁊ fratré suū: Jn deo .i. ea affectione
diligere proximū quātū deum .i. ea forma.
Scđm deū .i. ad ħ diligere debemꝰ proxi-
mū ad qđ nos diligit deꝰ .i. ad saluté aīe ⁊
ꝓfectū in spū. Dicé ꝟe puer ordiate dili-
gere ꝟe ⁊ nó ficte: sicut illi qui tñ ꝟbo ⁊ lin
gua diligūt: ⁊ nó ope ⁊ ꝟitate: pure ⁊ non
carnali affectióe: nó pro vtilitate ꝓpria: non
ex carnali societate ⁊ seculari tñ: que ⁊ si
nó sit semper mala: tamen non est merito-
ria nisi ex spūali dilectione accipiat cōdimé
tum. Ordinate vt non ad vicia ⁊ cōmoda
carnis ⁊ temporalem prosperitatem: sed ad
eternam salutem. Unde cum dilectio car-
nalis ⁊ est dilectio cupiditatis: ⁊ est dilectio
naturalis: ⁊ est dilectio socialis: ⁊ est dile-
ctio spūalis. Carnalis est que in carnalibus
nutriẗ: vt iter virū ⁊ feminā in copula car
nali. Cupiditatis: vt qui diligūt pro muneri
bus. Sic ⁊ canis diligit eū qui dat ei cibuꝫ.
Nālis hec é inter cognatos ⁊ sanguie pro-
piquos: vel patria: vt si diligimꝰ illa que nā
magis venustauit: vt pulchros hoies ⁊ ani
malia magis delectabilia: ⁊ ét illa que sunt
nobis aliquo mó similiora: sicut cū ex duo-
bus eque ignotis vim magis heret affe-
ctꝰ: q: forte magis nobis sile é in nā. Eccle.
xiij. Omé aīal diligit simile sibi: sic ⁊ ois ho-
mo ꝓximū suū. Jsta sicut a bonis ⁊ a malis
⁊ ét a brutis hétur: ista ⁊ bona ⁊ malu esse
pót lꝫ originé trahat a nā que bona é in se.
Unde in necessitate plus tenemur ex iure
nāli propinquioribꝰ: qꝫ extraneis subueni
re. Socialis est qua notos ⁊ familiares ⁊
contubernales magis diligimꝰ qꝫ ignotos
⁊ alienos. Jsta per se similiter indifferens
est: quia ét bonos ⁊ malos videmꝰ eā habe
re: boni ad bonum: mali vero ad malū eaꝫ
conuertunt fauendo socijs ad que volunt.
Spiritualis vero dilectio a spiritu sancto
denominata: a quo fluit qui amor patris ⁊
filij dicitur: est illa que nobis mandatur a
deo ⁊ est meritoria per se sola: ⁊ duas prio
res efficit meritorias quando ab ea regun
tur .i. naturalem ⁊ socialem. Cupidā auteꝫ
non ordinat sed tollerat ⁊ temperat ne exce
dat: quia magis querit vtilitatem propriam
qꝫ illius quem videtur amare. Carnalem
vero odit ⁊ fugit ⁊ fugat ⁊ exterminat nec
vnqꝫ erit fida societas iter eas: sꝫ qꝫtū vna
ipaꝝ augeẗ tm̄ altˀa minuiẗ: lꝫ inter ꝯiuges
ꝑꝑ sacraméti virtuté si moderata sit excu-
setur. Sed a spiritualibꝰ qui plenā d̄o voue

runt continentiam tanto magis premenda est carnalis dilectio et euellenda: quanto indecentior apparet macula in candida bisso quam in rudi sacco. Que est enim societas lucis ad tenebras. Sap. O quam pulchra est casta generatio etc.

De differentia inter spiritualem et carnalem amorem. ca.xv.

Sed quia solet se aliquando apud incautos paliare carnalis dilectio sub spe spiritualis: sicut zinzania sub tritico. Unde vt de viridario religiose vite euelli possit aliquis eius species quasi noxias herbas ad cautelam in expertis breuiter ostendamus: per quas dignoscatur distantia spiritualis amoris a carnali. Spiritualis enim dilectio nobilis virtus est. Ideo ne vilescat a mixtione carnalis amoris: sicut balsamus sophisticata vilibus liquoribus: vel sicut alie nobiles spes que falsitatis commixtione vicientur longe est inde et subtiliter segreganda. Isa. Uinum tuum mixtum est aqua. i. amor spiritualis est viciatus amore carnali. Sicut praui caupones vendunt viliora sub specie melioris: et hoc maxime inebriatis et rudibus qui nesciunt discernere preciosum a vili. Jo. ij. Omnis homo primum vinum bonum ponit: sed cum inebriati fuerint: tunc id quod deterius est. Sic sepe mutatur amor qui primo bonus et spiritualis videbatur cum discretionis et sobrietatis metas excesserit in carnalem transit: quia astutus diabolus primo occultat tentationis laqueum donec amor increscat et tenax fiat sicut viscus quo capiuntur auicule: vt cum sibi inuito conglutinati fuerint inseparabili amore dilectionis: et dilectos improuidos simul in ignem transfodiat carnalis concupiscentie mutatione cum iam ab inuicem nequeant separari. Potius namque mutatio sibi consentiunt ad quecunque spurca commertia quam velint fidem quam iam longo ex tempore integram sibi seruarunt aliquatenus violare vel omnia seruitia perdere que sibi mutuo impenderunt. Et licet hoc cum multo cordis dolore: quandoque faciant preualet tamen amoris violentia: que mentis vigorem solita est emolire. Sic dalida sansonem fortissimum eneruauit suis blanditiis et ceteris hominibus similem efficit et spiritu dei effugato tradidit eum hostibus ligandum cecandum: macerandum ad molam trahendam circumgirandum et deludendum. Nec tedio vincitur hostis nequissimus nec labore nec diuturnitate lassatur: si modo post longa tempora potuerit efficere quod intendit cum ad nihil aliud vacet omni tempore vel studeat: nec alia cura sit occupatus: nisi quomodo subuertat bonos et malos precipitet in deterius et retineat in peccato et impediat a profectu salutis.

De septem indiciis carnalis amoris. ca.xvi.

Primum indicium huius carnalis amoris est: quod cum spiritualis dilectio spiritualium tantum eruditionibus et edificatoriis collocutionibus pati soleat et nugas et ociosas fabulas fastidiat. Ita econuerso pauca de spiritualibus et plura de inutilibus confabulationibus et maxime de mutua dilectione insatiabiliter ruminant quantum ipse eam et illa eum diligat ita quod ad huiusmodi colloquia non sufficiunt hore nec dies nec quelibet tempora: sed semper quando conuenire possunt copiosa habent loquendi materiam indiffinibiliter. Secundum indicium amoris carnalis est insolentia gustuum et morum quando sunt pariter se carnaliter amantes amorose se mutuo respiciunt latus lateri: femur femori: manus tenent et comprimunt: deinde et lacertos humeros et verba sub vestibus et vlteriora tangendo blandiuntur. Aliquando amplexus et furtiua oscula iungunt et similia sicut in secularibus amatoribus notari potest. Econuerso. Spiritualis dilectio tantam disciplinam seruat in occulto sicut in publico: quia nec angulos querit sed fugit: nisi quando secum habitare desiderat et soli deo vacare. Cum homine autem colloquens

maxime si vir cū femina loquitur cōtineat oculos ⁊ manus: ⁊ omnia mēbra sub custodia modestie: ita ꝙ etiā studiosus obseruator non inueniret in quo eos reprehēdere posset. ¶ Tertium est inquietudo cordis quando sunt absentes cogitando de se inuicem: vbi iam sit ille dilectus: quid agat. quādo veniat. Quādiu defuerit si ꝺ se cogitet si ex absentia amor eius circa se forte in aliquo tepuerit cū longo tempore nihil eidem mādauerit: ⁊ quid in causa esse possit quō valeat in corpore. Et ita suspenso corde nec orare possunt libere: nec de deo quiete meditari: vel aliquid agere districto vel occupato animo circa dilectū: nisi quādo audit aliquid de eo prosperū vel loquitur. Hec est ei in refrigeriuꝫ qualecūqꝫ. Spiritualis vero dilectio hꝫ nō curat. sed quiescit in ꝺo ⁊ amicum suū fideliter in oratiōe cōmēdat cum fuerit oportunū sine inutili districtōe compatitur ei ⁊ cōgaudet sicut ratio dictabit faciendū. ¶ Quartum est impatientia vel inuidia condilecti. s. si aliquem secū diligat si benigne talem salutet: si aliqua beneficia ei exhibeat ex quibus timet ne forte amor alterius preualeat: ⁊ erga se tepescat inde dolet ⁊ tristat̄. Spūalis aūt vult omnes secum diligi: ⁊ in hoc gaudet: q̄ caritas est sui ipsius cōmunicatiua ⁊ quāto magis dilatatur tāto amplius augetur. Sic̄ ignis quo plura fomēta accipit: eo magis crescit. ¶ Quintū est ira ⁊ turbatio: q̄ tantum vt vulgo dicitur: se diligit ꝙ ꝑ nimia dilectiōe nō possunt sibi mutuo parcere a molestia lesionis. Sicut enim aliquando metas excedit coꝝ inordinata dilectio in blandiēdo. Ita econtra quādo excedit in cōturbando maxime cū vnus alterū offendit in aliquo minus sibi faciendo in his que desiderat vel aliā personam vt ei videtur plus amādo: quia quo tenerior dilectio eo molestior offensio. Inde insurgunt querele ⁊ improperia: ⁊ impensoꝝ beneficiorū: ⁊ magne fidei que iā perdita videntur apud ingratū.

Sequunt̄ etiā detestationes: ⁊ iuratorie ꝓmissiones ꝙ nunq̄ꝫ deinceps velit ipsū m diligere sicut qui retribuit mala pro bonis ⁊ odium pro dilectione. Aliqñ adiungūtur clamores: contumelie. vituperia. maledicta infamationes. proditiones secretoꝝ: ⁊ multa inconuenientia huiusmodi sicut sepe experimur. Spiritualis vero amor pacificus est tractabilis ignoscens errori ⁊ infirmitati proximi ⁊ in spū lenitatis instruēs aliquo ꝑoccupatū dilecto. ¶ Sextū est munuscula: ⁊ dulces littere: amatorij dictatꝰ: ⁊ conuiuiola: ⁊ morselli ab ore dulciter rapti: ⁊ q̄libet alia que dilectus ꝯtrectauit: vel quibꝰ vsus est: que quasi pro reliquijs venerant̄ ⁊ pro memoriali ꝯseruant̄: ⁊ pro īcētiuo cōtinui amoris. Econtra sicut dicit Iero. Crebra munuscula ⁊ faciolos ⁊ zonas. ⁊ pregustatos cibos ac dulces ⁊ suaues amoris litteras. Sāctus amor nō habet: sed pure orationes: edificatorie in spū instructiōes: pie in necessitate subuentiones sunt spiritualis amoris fiamenta. ¶ Septimū est inordinata dissimulatio vitioꝝ adinuiceꝫ mutuo: q̄ ⁊ vitia sua diligunt: ⁊ fouent ⁊ excusant: ⁊ astant sibi mutuo contra arguentes ⁊ corrigentes ea cōfederati ad malū sicut fur furem. Adulter adulterā diligit in malo. Spiritualis aūt dilectō cum omniū vitia detestetur. singulariter tñ odit ea i separabiliter dilectus. Sicut pater magis dolet deformitatis maculam in filio q̄ꝫ in alio. Sic deus omniū peccata odit ⁊ tñ quodāmodo durius punit ea in presenti in amicis suis singularibus q̄ꝫ in alijs. Sicut in Daniel apparet qui grauissime pro peccato suo punitus est. Et ei nō diu differre peccatoribꝰ: sꝫ statim vltiones adhibere magni beneficij inditiuꝫ est. Apoc̄. Quos amo arguo. ⁊c̄. Ostensis ⁊ ad cautelam carnalis amoris inditijs que se quādo paliāt sub specie spūalis dilectionis: vt ignores decipiant ad spūalis dilectōis ꝑfectꝰ ꝯsiderādū redeamꝰ: ⁊ q̄bꝰ gradibꝰ de imis ad sūma ꝓcedat ostendamꝰ

¶ De dilectione ꝓximi. ca.vij.

Jlectionis ꝓximi. ¶ Primus
gradus esse videt̾ nullū odire.
d Nulli malū cupe.nullius velle
bonū impedire. Jn necessitate
ꝓximis auxiliū subuētionis nō
subtrahere:⁊ breuit̾ vt nulli faciat malū vl'
cupiat cū volūtatis assensu:⁊ bonū ꝓximo
optet ⁊ faciat sicut velle deberet sibi si indi
gëret. Jn his duobus ꝯsistit ipletio ꝑcepti
illius diliges ꝓximū tuū sicut teipm̄. Si qd̄
tu oderis ab altero tibi fieri tu ne alteri fa-
cias. Jo. Et quecūqz vultis vt faciāt vo-
bis hoīes. hec ⁊ vos facite illis. Hoc est
enim lex ⁊ ꝓphe. Hec.n. docet lex vestra
⁊ ꝑiter scripture. ſm expositionē sanctorꝫ
orthodoxoꝝ. Profectus dilectiōis est sic al
teri ꝓfectui ꝯgaudere:⁊ alterius bonū di-
ligere quasi ꝓpriū. Et sic aduersitati eiꝰ cō
pati sicut proprie vt aliena lucra:vel dāna
sua deputet ex affectu pietatis Ro. Gau
dere cū gaudētibꝰ ⁊c̄. J.sic aliena bona vl'
mala sentire sicut ꝓpria. Cor. Quis in-
firmat̾ ⁊ ecōuerso nō infirmor.⁊c̄. Ubi āt
talis inest affectus illi necessario nō deerit
subuētiōis effectus:quātū patit̾ oportuni-
tas. Sicut enī sana mēbra corpis ꝯgaudēt
sibi ⁊ cōpatiūtur mutuo ita apparet illum
affectū sanatū esse a sopore in sensibilitatis
vitiose q̇ iā nouit itelligere q̇ sunt ꝓximi ex
seipso sumus enī mēbra inuicē. Ephe.
Uñ dñs iesus a quo oīs doctrina ꝑfectōis
nobis influūt̾ sicut mēbris a capite motꝰ ⁊
sensus īfluūt̾.reputat sibi fieri q̇cq̇d mēbris
eiꝰ īfimis infert̾.sicut ip̄e dicit. Qd̄ vni ex
minimis meis fecistis.⁊c̄. Perfectio dilecti-
onis ꝓximi est diligere inimicos exͣ affectu
fraterne salutis ⁊ ea dulcedine erga odien
tes ⁊ ꝑsequētes se affici sicut erga singula-
riter dilectos. Et nō solū res tꝑales:sꝫ etiaꝫ
corpus ꝓ fratribꝰ ponere:⁊ paratū eē nō
tm̄ ꝓ spe p̄mij martirij sꝫ magis ꝓ affectu
fraterne salutis. Hāc xp̄s docuit q̇ ꝓ pecca
toribꝰ inimicis suis mori dignatꝰ est. Ut il-
la peccata q̇bus ip̄m offendimꝰ:⁊ ꝯtēpsi-
mus expiaret. Jo. Maiorē nemo hac
dilectionē.⁊c̄. Hāc didicerāt ab eo sancti q̇
se mori ꝓ fratribus obtulerūt:qui se ſuos
vendiderūt ꝓ alioꝝ redēptione. vt paulꝰ.
⁊c̄.qui vt alioꝝ fami ꝯsulerēt ip̄i fame cru
ciabant̾. q̇ ꝓ īterfectoribꝰ suis deuote ora-
bant:⁊ sua benignitate iniquoꝝ seuitiā leni
re:⁊ malū in bono vincere studuerunt. Ut
Joseph p̄riarcha. Moyses. Samuel. Da
niel ⁊ alij multi sc̄i multipl'r oñderūt. Et re
uera tales sūt vere sapiētes q̇ sic diligūt ini
micos:q: centies maiora bona prestāt ꝑse-
quēdo q̄ꝫ subtrahāt. Sicut qui mihi rapet
talētū plūbi:⁊ in eūdē locū poneret talētuꝫ
auri puri. Quid pōt h̄ sancto nocere inimi
cus. Honores mūdi. vel delitias vl' diuiti-
as ex q̇bꝰ nutrit̾ carnis ꝯcupiscētia:potest
aduersarius subtrahere. spoliādo. detrahē
do. ꝑsequēdo. Sꝫ sc̄i ista nō h̄nt iō nō ꝯtri-
stant̾ cū ista eis subtrahunt̾. Nā si ista que
sunt mūdi diligerēt:⁊ de amissis valde do
lerēt nō esset amor dei p̄ris in eis. Cū igit̾
aufert eis inimicus mūdana q̇ sūt eis odio
sa ⁊ onerosa cumulat eis dōa sp̄ūalia:⁊ me
rita celestia desiderabilia sup aurū:⁊.l.pre.
mul.⁊ dul.sup mel ⁊ fa. Et q̇ occasionē dat
hoī tanti lucri merito est ab eo diligēdus.
Mat. Diligite inimicos vr̄os ⁊c̄.a orā
ꝓ ꝑ.⁊ ci.vos ⁊ erit merces vestra multa ⁊
eritis filij altissimi:q: ipse benignꝰ est sup ī
gratos:⁊ malos.

¶ De humilitate. Capi.xviij.

Unc dicēdū de hūilitate vbi sciē
n dū q̇ vera beatitudo ꝯsistit in co
gnitiōe sūme veritatis ⁊ dilectio
ne sūme bonitatis ⁊ fruitiōe eterne iocūdi
tatis. Oēs aūt virtutes ordināt nos ad ista
tria. Et iō q̄ꝫto q̇sqꝫ magis fuerit ordinatꝰ
in virtutibꝰ tāto magis erit capax superne
beatitudīs. Sic̄ ergo caritas ordinat nos
ad bonitatē. ita hūilitas hꝫ nos ordiare ad
veritatē. humilitas ē ex ītuitu ꝓprie fragi-
litatis volūtaria mētis īclinatio. Ber. Hū

litas est virtus qua hō verissima cognitōe
sui sibimet vilescit. Duo sūt que admonēt
nos vt hūiles simus. vz qđ sumus. Et qđ
nō sumꝰ. Qđ sumꝰ. Nō.n.hēmꝰ aliq̇d ex
nobis: nec ex nostris meritis: ⁊ iō nō opor
tet extolli: q: aliene ptātis ⁊ bonitatis est
q̇cq̇d boni sumꝰ ⁊ hēmꝰ. Et iō ille solꝰ ex-
tollendus est cuius gratia sumꝰ id qđ sumꝰ
Hec ē humilitas sanctoꝝ ⁊ magnoꝝ q se
q̄zto maiores vidēt tanto se magis humi-
liant in oībus que hn̄t totū reddentes illi a
quo totū habēt. Quia furti reus est q̇ sibi
aliq̇d retinet de his que sibi sunt cōmodata
inuito dn̄o. Cū ipse dicat gloriā meā alte-
ri nō dabo. ꝓfectū libenter nobis cōicat in
domis suis sibi seruat. Qđ nō sumꝰ simi-
liter monet nos hūiliari: q: vana ⁊ inanis
gloria est extolli de eo qđ nō est. Velut si lu
tū glorietur ie eē auꝝ: ⁊ manꝰ iactet se esse
gigantē ⁊ mēdicus credit se esse regem: et
ethiops niue candidiorē. Apoc. Dicis
q: diues sum ⁊ nullius egeo: ⁊ nescis: quia
miser ⁊ miserabilis es paup cecꝰ: ⁊ nudus
Hec humilitas est pauperū ⁊ ipfectoꝝ q̇
ꝯsiderata iopia sua ⁊ iperfectiōe. in cōpatō
ne sublimitatis alioꝝ resiliūt in se ⁊ ex iudi
cio veritatis sibimetipsis vilescūt. Sic dn̄s
nos cecos natos p nostri ⁊ dei ignorantiā
illuminat nos lutū vn̄ facti sumus liniendo
sup oculos nostros. Ut primo incipiamus
nos ipsos agnoscere: deinde ipsum illumi-
natorē nostrū credēdo proni adorare. Et
luto visum recipit: qui ex ꝯditione ꝓprie
feagilitatis seipsum humiliatus agnoscit.

De humilitate ad nos. ca.xix.

Triplicē vero humilitatez hr̄e
debemus. Humiles enim esse
debemus in nobis ad ꝓximuz
⁊ ad deū. In nobis humiles eē
debemus. Nosmetipsos ex cō
ditione proprie fragilitatis vel vtilitatis ꝯ
spiciēdo vt omnia que in nobis despicabi-
lia agnoscimus tam in naturalibus defecti
bus. q̄z in fortuitis maxime culpabilibus ⁊
viciosis diligenter attendamus: vt eoꝝ in-
tuitu apud nos humiliemur. Secundo
in nobis simus humiles: mores ⁊ gestꝰ hu
miles habendo ⁊ verba humilia ⁊ respon
sa. ps. Quasi lugens ⁊ quasi contrista-
tus sic humiliabar. Tertio in operibus
humilibus. ⁊ exercitijs nosmetipsos exer-
ceamus in quibus appareat vilitas ⁊ que
alij horrent ⁊ despitiūt: vt sordes purgare
rusticalia opera facere: ⁊ vestibus viliori-
bus contēti esse ⁊ cibis: ⁊ alijs quibuslibet
⁊ Ro.vi. Ludā ⁊ vilior fiam plus q̄z fa-
ctus sum: ⁊ ero humilis in oculis meis.

De humanitate ad proximū. ca.xx.

Ad proximū debemus esse hu
miles. Primo meliores: et
digniores nobis eos reputare.
Nemo ipsos despicere. vel te-
mere iudicare. Phili.ij. humi
liate superiores sibi inuicem arbitrantes.
Secundo honore exteriori inuicen pre-
uenientes reuerenter cedendo eis non de
trahendo. sed obediendo. obsequendo. ꝓ-
moueudo. exaltare eos: ⁊ facta eorum ex-
tollere si bona sunt: ⁊ mala abscondere nō
ficte sed pure. Tertio patienter eoꝝ in
firma tollerare: ⁊ lesiones sustinere. si quas
nobis inferunt. Et malum pro malo nō red
dere. nec odium contra eos exercere: ⁊ cor
rectiones patienter eorum sustinere vel re
cipere: ⁊ eorum miserijs plus q̄z nostris in
cōmodis condolere. ps. Ego autem cuz
mihi molesti essent humiliabam animam
meā. Item ꝓximoꝝ. Alij sunt nobis equa
les. Alij superiores. Alij subditi. De equa
libus plēna est regula predicta. De super-
ioribus addi. Apostolus duo. s. obedire p̄
positis nostris: ⁊ subiacere eis. Obedire p
tinet ad impletionem iussionis eoꝝ. Sub
iacere eis. Humiliter subesse. quasi vica-
rijs dei. omni subiectione secundum deuz.
De superioribus tres regulas nota. Pri-
mo. Ecclesiastici.xxxij. Rectorē te posue
runt esto nihilominus quasi vnus ex illis.

¶ Scḋa.i.thes.ꝛ facti sum⁹ ꝑuuli ī medio
vestrum tanq̄ꝫ si nutrix foueat filios suos.
¶ Tertia ip̄e dn̄s.Luc.vij. Ego sum ī me
dio vestrū sicut qui ministrat. Secūdū has
tres regulas rector inter subditos sit quasi
vnus ex illis. Cōmunis sit in victu:in vesti
tu:in labore ꝛ ī alijs exterioribus operib⁹.
Sit paruulus ī medio eoꝝ: vt ex hoc q̄ ꝑ
est eis nō putet se sanctiorē eis vel sapiētio
rem:sed viliorem ꝛ obligatiorē in reddēda
rōne ꝓ se ꝛ pro illis. Sit quasi ministrās ī
medio eorū infirma eorum portando ꝛ cu
rando:ꝛ ꝑeundo exemplo.

¶ De humilitate ad deū. ca.xxi.

a D deuꝫ humiles esse debem⁹.
Primo vt ipse esse iudicē no-
strū deū ac dn̄m cognoscamus
ꝛ ei oībus obediamus:sic̄ ſui
dn̄o suo ꝛ opus factori suo. Et
si peccamus ei cito peniteamus:ꝛ digne ei
satisfaciamus ꝛ emendemus. ¶ Scḋo vt
flagella eius humiliter tolleremus:ꝛ non
murmuremus correcti:sed iustū eius iudi-
ciū cōmēdemus:ꝛ nos correctiōe dignos
cognoscamus: Michee.vij. Judicium do
mini portabo quoniā ipsi peccaui. ¶ Ter
tio vt de beneficijs eius nō extollamur:sꝫ
agnoscamus:q̄ non pro merito nostro:sed
pure pro sua bonitate dilexit nos ꝛ elegit
nos ꝛ vocauit:ꝛ iustificauit ꝛ magnifica-
uit. vn̄ debem⁹ ei gratias pure agere ꝛ hu-
militer referre:ꝛ nihil nobis de eius bōis
arrogando ascribere. ꝑs. Nō nobis dn̄e
non nobis:sed nomini tuo da gloriā.

¶ De triplici gradu humilitatis.
Capi.xxij.

l Jcet aūt ex predictis possit hu
militatis gradus discerni:tamē
vt magis sint in promptu ad i
tuendū nota tres gradus humi
litatis. Licet inter se multū di-
stantes. ¶ Primus est vt homo q̄ḋ est.i.
vilē.infirmū inopem boni:vitiosum pecca
torem:ꝛ si quos alios defectus habeī agno
scat ꝛ sciat. Et nō mentiatur se sibi esse ma
iorem:quacunq̄ꝫ dignitate fulgeat:ꝛ nō ele
uet se supra se:quasi ī ventū vel super ali-
os insolenter nec vanas hoīum laudes que
rat vel honores. Et si aliquādo delectat eū
aliq̄ḋ istoꝝ semetipsum redarguat ꝛ casti-
get quasi deceptum ꝛ in quo veritas nō sit
ꝑs. ¶ Filij hoīuꝫ vsq̄ꝫ quo graui corde vt
quid di.va.ꝛ que me. Cuꝫ enim deus om
nia possit:vt quid non fecit equales ange-
lis in gloria nisi vt ipsa depressio nostra hu
militer nos ne eleuemur sicut seducti ꝛ sedu
ctores angeli ꝛ corruamus ꝛ peream⁹. Jn
de est q̄ cum deus in baptismo tollat peni
tētatus reatū peccati originalis penā tamē
corruptoris nō tollit in hac vita vt semꝑ re
maneant nobis memoriale humiliationis
quo cauti simus ne superbiamus sicut pri-
mi parentes nostri ex quoꝝ superbia trans
gressione omnes corruimus in culpā ꝛ pe
nam miserie quā portamus:ꝛ adhuc dete
riora:nisi de⁹ custodiat expectam⁹. ¶ Se-
cundus gradus potest dici. Cum semeipꝫ
nō solum cognoscens hō: spernit se pro vi
litate sua:sed etiā sperni se ab alijs patiēter
accipit. Jmmo q: veritatē amat ꝛ se priua
to amore nō diligit ꝯtra veritatē:etiā desi-
derat ab alijs reputari talis qualē se repu-
tat vilem.s.ꝛ vitiosum ꝛ ignobilē ꝛ qualeꝫ
in veritate cognoscit inquantū credit agno
scenti nō obesse. Greg. Sicut superbi ho-
noribus in humiles plerūq̄ꝫ sua despectōe
gaudēt:q: iudiciū q̄ḋ de se intus habent:ēt
ab alijs sentiūt approbari. Jtē cuꝫ dolet hō
fastidit honores sibi exhibitos:ꝛ vilipen-
dit. Jste gradus alt⁹ est:ꝛ satis rari sūt qui
eū ascenderūt etiam inter religiosos. Un-
de nō est mirū si inopes sum⁹ virtutū:cuꝫ
matrē ꝛ custodiā virtutū humilitatē tā alie
nam sentiamus a nobis. Quid.n.in causa
est q̄ ille qui diues est in misericordia pa-
ter celestis qui etiā pro dilectione qua dile
xit nos proprio filio non pepercit:sed pro
nobis oībus tradidit illū. Quid inquantū

causse est q nos tā inopes gratiarū: ꝛ virtutū reliquit. quasi nō sit cure de nobis. Nimirū aūt desidia nostra in causa est. q non instanter querimus: vt debemus. Aut supbia q ꝛ si querimꝰ instāter vidit nos suos ꝓximos esse vt inde tollamur: ꝛ fieret nobis ipsa donoꝝ eius sublimatio altioris occasio ruine. Altiora edificia fundamēto ꝓfundiori indigēt. Et arbor excelsa si ꝓfūde radicata nō fuerit facilius vētoꝝ impulsu curuat. Qui ergo desiderat cito virtutuꝫ culmē attigere: studeat in humilitatis ꝟtutu sue ꝓfunde solidare. Quia deus sicut superbis resistit eos deprimēdo ita hūilibꝰ dat grām magnis virtutibus eos attollendo.

¶ Tertius humilitatis gradus ē: qñ ēt in magnis ꝟtutibꝰ: ꝛ donis: ꝛ honoribꝰ. hō ñ extollit in aliquo: nihil sibi ex h blādit totū illi refundēs: ꝛ integrū restituens a quo fluit oē bonū. Talis fuit humilitas beatissime Marie ꝟginis: q cū electā se sciret vt mater dei fieret ancillā eius se hūiliter recognouit: dicēs. Quia respexit hu. an. sue. Luc. p̄. Talis ēt humilitas xp̄i: qui cū i forma dei esset ñ rapinā arbitratꝰ ē eē se eq̄lē deo: ſꝫ hūiliauit. ꝛc̄. Phi. ij. Mat. ii. Disci te a me q: mitis sū ꝛ humilis corde. Talis est hūilitas āgeloꝝ ꝛ sanctoꝝ in gloria: qui cum sint pleni sūmo bono ꝛ sūmo honore sublimati: nullū de hoc motū habēt supbie ſꝫ sūt in se hūiliores. Immo altiores in deo vñ ꝛ ouibꝰ i mōtibꝰ i euagādo similant. Luc. xv. Oues. ꝓpter hūilitatis māsuetudinē. In montibꝰ pp altitudinē dignitatis. Hec ē hūilitas pfectoꝝ qui q̄to maiores sūt tanto magis se hūiliant in oibꝰ i sensu. i affectu. i verbo. i actōe. i hitu. ps. Dn̄e ñ est letatatū cor meū. Si. n. hūiliat ꝛ se dspicit: q nō hꝫ vñ gloriet: ſꝫ multa hꝫ vñ ꝯfundat. ſꝫ bona sit ista hūilitas. tñ nō est mirāda. Ei si filius rustici nō vult filiꝰ regis reputari: laudāda ē in eo simplex puritas: ſꝫ nō predicāda: vl' ex h mirāda hūilitas. Itē si paup se paupē reputat: ꝛ ab alijs vl' pauper agnosci veritati ꝯsentit in istis. ſꝫ nō est admiratiōis talis hūilitas. Si vero diues paupibꝰ se ꝯformat ꝛ altꝰ nihil altū sapit: ꝛ gloriosus nihil sibi de gloria attribuit: ſꝫ totū ei refundit a quo hꝫ. vñ gloriosus videtur. hic est humilis nō cogente necessitate sed veritatis caritate.

¶ De virtute patiētie. Ca. xxiij.

n Unc de patiētia aliq̄d dicamꝰ vbi sciēdū q ex caritate. ꝛ hūilitate nascit ꝟtus patiētie. Hec ordinat nos ad fruitionē sūme pacis. Nihil. n. pati moleste est pacē hr̄e q̄d fit duobꝰ modis. s. Aut nullā molestiā sentiēdo. q̄d erit tm̄ in p̄ria. Aut molestas nō moleste ferēdo q̄d est magnanimoꝝ ꝛ in via. Et h est patiētia. Magnanimus est. n. qui ad vniuersa sustinēda patiēs est. qui nullis passionibꝰ pturbat. Patiētia eterne glorie respectu volūtaria: ꝛ insuperabilis ppessio laboꝝ. Patiētia alia simulationis. Alia est necessitatis. Alia virtutis. Simulationis est. qñ aut ꝓ humana gloria aliq̄s se patiētem in aduersis oñdit. Aut cū interim dissimulat iniuriā quā patit vt i aliud tp̄s oportunū differat vltōeꝫ. Greg. Qui mala ꝓximi ita tollerat: vt tñ i trisecꝰ doleat: ꝛ tp̄s retributiōis exq̄rat patiētiā nō exhibet ſꝫ oñdit: patiētia neciꝰ tatꝫ ē. Cū aliq̄s iō in aduersis vlcisci nō p̄sumit: q: nō pōt: vel nō audet timēs sibi ex h maius iminere dispendiū: vel cōmoduꝫ deperire. Ut serui a dn̄is verberati vel pauperes a diuitibus obiurgati: vel discipuli a magistris castigati. Patientia virtutis ē de qua beatus Ambrosius ait in lib. de patientia. Patiētia est qua mala equo animo tolleramus. hoc ē sine pturbatōe tristicie de hac supradictū est. ¶ Prima vitiosa ē ꝛ meretur suppliciū. ¶ Secunda cauta: et euadit temporale dispendium. ¶ Tertia virtuosa: ꝛ meretur gratiam in presenti: ꝛ gloriam in futuro.

o Mnis passio: Aut est eo ꝙ ne-
gant: vel auferūtur nobis ꝯcupi
ta. Aut amata. Aut ꝙ inferunt.
Aut minant. nobis in odio habita: ⁊ noci-
ua: que possumus diuidere in qnqꝫ in qb⁹
patiētia dicit vel ꝓbat. ¶ Primū corꝑis
lesio. ¶ Secūdū tpalis substantie priuatio
vel ablatio. ¶ Tertiū detrimētū honoris.
¶ Quartū caroꝝ offensio: vl' subtractio.
¶ Quintū trāquilitatis mentis quecunqꝫ
ꝑturbatio. Istud tñ oīa priora sub se ꝯtinet.
Licet ꝑ se singulariter aliquotiēs valeat di
scerni: ⁊ sine alijs reꝑire. vt sublata aliqua
leticia vel ꝯsolatione minus vtili vel neces
saria. verbi grā: vt ꝓp nimiā pluuiā vl' aliā
īnoxiā cām nō possumus spaciari: vl' alios
ꝯceptus aī inde ꝑficere pro libito. Cū aūt
turbamur ꝓ defectu iusticie: vel ꝓ nocumē
to salutis eterne. hec turbatio nō īpatientie
est deputāda: sed zelo iusticie ⁊ ꝟtutis: nisi
sit īmoderata ⁊ indiscreta. Cor. vij. Tristi-
cia que ꝫm deū est patiētiā in salute stabilē
oꝑat. Patiētia opponit vicio ire: sicut ca-
ritas dei opponit accidie: ⁊ caritas ꝓximi
inuidie: ⁊ humilitas suꝑbie. Sic aūt ire vi-
tiū hoīem stulto ⁊ furioso similē reddit. iu
xta illud Job. Viꝝ stultū interficit iracū
dia. Ita patiētie virtus sapiētē oñdit. Pro
uer. Doctrina viri per patientiā noscit.
Sicut ergo ꝓ predictis qnqꝫ causis se non
turbare: virt⁹ patientie est: ita ꝓ defectu iu
sticie nō turbari ē vitiū teporis: vel obstina
tionis. Per se. n. qlibet tristari dꝫ ꝓ p̄teri
tis defectib⁹ iusticie: ⁊ tūc ē virt⁹ penitētie.
pro p̄ñtibus: ⁊ tūc feruor ē ꝓficiēdi. pro fu
turis: ⁊ tūc ē cautela timoris. Itē ꝓ ꝓximis
ꝯtristari dꝫ hō: moderati⁹ tā ꝓ tpalibus q̄ꝫ
ꝓ eoꝝ defectib⁹. Ampli⁹ aūt ꝓ spūalibus
vt eoꝝ q̄ ꝑtinēt ad salutē. Ad h̄ aūt maxīe
p̄lati tenent. q̄ si patiēter subditoꝝ vitia tol
lerant nō corrigēdo ꝓ posse ex hac patiētia
nō glorie meritū spare debentis: sed irā dei
cuius dāna ⁊ iniurias cauere ⁊ ꝓhibere d̄
buerūt tollerādo fouerūt. vñ ⁊ heli q̄ filio-

rū suoꝝ mala nō acriter redarguit: irā dei
cū pena sensit. Quāuis. n. aliqua dr̄ia esse
videat inter patiētiā ⁊ fortitudinē ⁊ ꝯstan
tiā: ⁊ magnanimitatē: ⁊ lōganimitatē: ⁊ mi-
titatem ⁊ mansuetudinē: sicut etiā ex eorꝫ
diffinitiōibus colligit tñ sepe vnū ꝓ altero
īuenit positū ⁊ mutuo: ⁊ se inuicē diffiniūt
vel describūt. Patiētia ē honestatis cā re-
spectu difficiliū volūtaria ꝑpessio. Fortitu
do est imobilis inter aduersa multiplex aī
laboꝝ ⁊ periculorū equa susceptio. Cōstā-
tia est inter fluctuantes cās. ⁊ ꝑsonas nulla
mentis trepiditate ꝯcuti. Magnanimitas
est difficiliū spontanea: ⁊ rōnabilis aggres
sio. Longanimitas est spes longa expecta-
ctiōe bonoꝝ. Mitis est quē mētis aspitas
seu amaritudo nō afficit. Māsuetudo est
aī trāquilitas alteri⁹ nō incedēs iprobitati.
Possūt ēt singula istoꝝ singul' tollerādis
quoquo mō appropriari. verbi grā. Pa-
tiēs. dici pōt qui dolores equo aīo tollerat.
vt Job: ⁊ Thobias. Fortis ē quē tētatiōūꝫ
certamina n̄ eneruāt. vt Joseph. Cōstās ē
quē labores ⁊ dolores pusillanimē faciūt.
vt machabei. Magnanim⁹ est q̄ ardua ⁊
difficilia aggredi nō pauescit. vt Daniel. ij.
Jo. bab. Lōganimis ē quē lōga expectatio
a spe desiderij nō frāgit: vt abraā. Mitis
est qui odiētiū iaculis nequaq̄ꝫ irritat: vt
malū ꝓ malo retribuat. Māsuet⁹ ē q̄ cor
de trāquill⁹ ē. ⁊ in moribus suis tractabil'.
vt Jo. euā. Valet aūt virt⁹ patiētie ad mul
ta. ¶ Primo tollerabiliora reddit vite pre
sentis icōmoda: q: aduersitas cū i patiētia
auget icōmodū. dū extrinsecus hō affligit.
⁊ intrinsecus ꝑ ipatientiā amaricat. Et i su
ꝑ mala ꝯsciētia ledit mentē ꝓ reatu culpe.
¶ Secundo patiētia ē magis mentis refe
ctio. q: sicut corp⁹ pascit ꝯuiuio: ita mens
virtutū dapibus saginat. Prouer. Se-
cura mens quasi iuge conuiuiū. ¶ Tertio
magna edificatio est proximoꝝ: ⁊ tanto est
maior. q̄ꝫto rarior: plures videmus castos
abstinentes. pauperes: seipsos humiliantes

elemosynas facientes. vel orationibus istā
tes bona dātes. Fide ꝯstantes. sed paucos
admodū in contumelijs. ⁊ indetractiōibus
⁊ defectibus humiliter patiētes. Excusan-
tes nos ⁊ defendimus ne forte alij scanda
lizent de nobis putātes nos esse culpabiles
si taceam⁹. cū ex hoc magis reprehensibi-
les iudicemur. q̄ p̄ ipatientiā nos vindica
mus: ⁊ mordētes nos acriter remordem⁹.
vnde Greg. Imitantē dn̄i gloriosus est in
iuriā tacēdo sustinere: q̄ȝ rn̄dendo supare.
¶ Quarto patiētia purgat peccata p̄teri-
ta. ⁊ p̄cauet a futuris. ¶ Quito auget gra
tiā in pn̄ti virtutū. ⁊ spūaliū donoꝝ. ps.
Scd̄ȝ multitudinē do. me. in cor. meo. ꝯso.
tue leti. aiam meā. ¶ Sexto meret maxi-
mā gloriā i celo. Luc. Gaudete ⁊ exulta-
te. Merces. n. vestra multa in celo. ¶ Se
ptimo. singularis est retributrix patientia
passionis xp̄i. Talia. n. studet reprehēdere
qualia ab ipso accepit q̄ dolores n̄ros ipse
portauit. Et h̄ est leticia sanctoꝝ in tribula-
tiōe patientiū. ⁊ gaudētiū. q̄ sic aliquomō
occasiōeȝ h̄nt: ⁊ opōtunitatē retribuēdi dn̄o
p̄ illa magis caritate qua p̄ nobis aiaȝ suā
posuit. saltē aliq̄d sustinēdo. q: bonoꝝ n̄ro
rū nō indiget: vt aliq̄d de n̄ro dare possu-
mus. Cū ergo in iudicio veniēs ondet idi
cia passiōis sue oibus magna erit ꝯfusio il
lis q̄ nihil p̄ ipso paꝝ voluerunt. ⁊ magna
gloria illis q̄ p̄ ipso multa ⁊ magna patient
sustinnerūt. Signū ēt spūalis dulcedinis vl'
amoris: videt tibi deus dat aduersa pati. vt
quasi iptiri dignet partē oneris sui portan
di. Sic ille simeon cireneus crucē dn̄icam
portauit. Solēt. n. socij in via cum laxātur
rogare eos in quibus plus ꝯfidūt: ⁊ quos
plus diligunt: vt partē oneris sui pro se ad
horā ferant. vt hec quasi indiciū fit illis. q̄
maiorē habeāt de coꝝ dilectiōe fiduciā. q̄-
bus onera sua portanda inferūt iponūt. q̄ȝ
de illis q̄bus formidant imponere. ne forte
nolint equo animo portare. Sic ⁊ dn̄s qui
nobiscum est omnibus diebus in via qua
ambulamus laxatus vsq̄ȝ ad mortem labo
re passionis: querit quis nostrum velit ei
compati: ⁊ onus tribulationū suarum: q̄d
adhuc in corpore suo mistico q̄d est eccle-
sia sustinet secum portare: quia hanc passio
nem quā capit in se pro nobis sustinuit in
carne diuisit per omnia membra fidelium
suorum. vt sicut oportebat pati christum et
ita intrare in gloriam suam. ita ⁊ membra
eius si capiti fideliter compatiantur: ⁊ con
glorificētur sicut socij passionis: ita ⁊ resur
rectionis. Qui enim plus christo compas-
sus fuerit etiam propius regnabit cū eo.

¶ De gradibus siue profectibus patientie. Capi. xxiiij.

Gradus vel profectus patien-
tie. ¶ Primus est cum discat
homo motum ire ⁊ impatien-
tie per pugnam p̄hibere: ⁊ re
primere. ne erumpat foris in verba vel fa
cta illicita. Sicut ignis suffocatus fumo no
extinguitur: si autem non cohibetur crescit
⁊ omnia que contingere potest cremabi-
lia incendit. Quattuor autem modis ignis
solet extingui perfusione: obstrusiōe. Dis-
sipatiōe. defectu materie. Simili mō ignis
impatientie deferuescere consueuit. Per-
fusione prudentium consiliorum: vt matre
deliberet homo quantum ei nocere possit
impatientia: ⁊ quantū procedere. quia su-
perius de remedijs ire latius aliqua dicta
sunt: nunc pretereo immorari. Obstrusio-
ne oris: vel labiorum: ne lingua prosiliat
in verba falsa: vel ne manus erumpant in
facta furibūda. ps. Pone dn̄e custodiam
ori meo. ⁊c̄. Dissipatione: vt ad alios ac
tus. vel tractatus homo iste se conuertat
q̄bus abstract⁹ obliuiscat materie qua suc
census est ad irā. Sicut cū ligna dissipant
abinuicē ignis diuisus deficit d̄fectu mate-
rie. ita hō abstrahit se ab illis negotijs ⁊ cu
piditatib⁹. q̄ solēt mistrare mām ipatiētie.

⁊ occasionis. Prouer. Sicut si defece-
rint ligna extiguit ignis: ita susurratiõe sub
tracta iurgia conquiescũt. Susurratio ẽ oc
culta suggestio que hominẽ instigat ad ma-
teriã litiũ. ¶ Secũdus gradus patiẽtie est
cũ ex lũgo vsu patiendi ⁊ in patiẽtiã refre
nandi hõ didicit iã nõ terreri aduersis vel
turbari: sed quasi in loco munito icõcussus
adeo: ⁊ intrepidus aduersarios intuet: qḋ
nihil sibi nocere posse ꝯfidit. Tãdiu autez
hõ terret aduersis quãdiu aliquid diligit
tpale in se vel extra semetipsum qḋ timet
perdere vel dolet: vt corpus: res: honores:
amicos ⁊ ꝓpriã volũtatẽ. Qñ ãt ista inor-
dinate nõ diligit sicut nõ valde delectat in
eis: ita nec grauiter cõtristat pro eis. Sicut
qui vxorẽ nõ dilectã hẽt: nec de vita eiꝰ io
cundat nec de morte ꝯturbat. Quid igit
põt tibi aduersarius nocere vñ turberis.
Si oderit te in corde suo malũ suum intra
ipsuz clausuz ẽ. Nihil tãgit te pena illius tã
tũ tu esto in pace apud te. Igitur in sinu al
terius inclusus illũ vrit nõ te. Si verbũ di-
xerit ꝯtra te: ventus sonãs pertransijt per
aerẽ: nõ iaculũ tibi infixit. Sicut ergo ride
res si iaculũ contra te missum casso vulne-
re aerem feriret ⁊ te nõ contingeret: ita faci
to ad verba maledicorũ. Canis latrat con-
tra te ⁊ ridendo pertransis. Si detrahit ti-
bi absens nõ turberis: se lesit tibi nõ nocu-
it. Ipse prodit se eẽ inuidum ⁊ detractorem
⁊ se apud intelligẽtes magis odibilem vel
contẽptibilem reddidit: ⁊ sic vendicauit te
de seipso. Tace ergo ⁊ alij pugnabunt pro
te: ⁊ dñs ẽt ꝯtra aduersariũ tuũ. Si autem
incipis cũ eo remordẽdo cõtẽdere qui tibi
prius cõpassi sunt: stabunt ⁊ aspicient vos
cõpugnantes: sicut duos gallos ⁊ ambos
vos despicient ⁊ odient. ⁊ de ĩpatientia ⁊
inuidia vos arguent. Si times detrahentẽ
contra te iniuste sustine humiliter: ⁊ patien
tia tua tolles suspitionem vel mitigabis pre
sumptionem de te in cordibus alioꝝ. Si ãt
cor tuũ vritur intus ex rancore deprime ex
intuitu secuture felicitatis aut vtilitatis. Sic
qui vrit: vel secatur pro aliqua apostemate
sanando tollerat breuẽ dolorem pro spe sa-
lutis obtinende. Et sicut oportet nos pati
morsus pulicũ ⁊ similiũ bestiarũ: sic etiã su
stineamus cũ patinetia punctiones viliũ de
tractoꝝ. Inopes honoris nõ pñt sine inui-
dia pati laudes melioꝝ quas cũ ipsi habe
re non valeãt: dolent se solos cõfundi: ⁊ vel
lent secũ habere socios miserie pro solatio.
⁊ ideo detrahũt alijs sicut deformis vellet
alios sibi eẽ similes. Corpis autẽ dolores ⁊
rerũ amissionẽ: ⁊ amicoꝝ offensas ⁊ cõfu
siones patienter tollerare supradictis reme
dijs discit ⁊ maxime vsu sepe talia sustinen
di. Uix enim in hac vita tam asperũ ẽ ꝙ
vsu ⁊ studio patiẽtie nõ fiat leuius: aĩo ad
portãdũ. Iuxta illud. Qḋ male fers assue-
sce ⁊ feres. In isto gradu nec turbat hõ ad
uersis: nec gaudet ſꝫ sustinet ⁊ tacet. ¶ Ter
tius gradus patiẽtie ẽ gaudere in tribula-
tionibꝰ ⁊ gloriari cũ adsunt ⁊ desiderare cũ
desunt. Sic famosus ⁊ nobilis tiro gliat cũ
debet tirociniũ ꝯtra aliũ nobilẽ exercere.
Iob. vi. Quis det vt veniat petitio mea: ⁊
qḋ expecto tribuat mihi deꝰ. Et. ĩ: Et h sit
mihi ꝯsolatio: vt affligẽs me dolore nõ pe-
at nec ꝯdicant ſmonibꝰ sci. Cor. xiij. Pla-
cebo mihi in ĩfirmitatibꝰ meis ⁊ ꝯtumelijs
⁊ necessitatibꝰ: ĩ angustijs pro xp̃o. Deut'o.
xxxiij. Imolabo victimas iustitie quasi inũ
dationẽ maris: lac sugẽt: ⁊ thesauros abscõ
ditos arenarũ. Mare amarũ ẽ valde. In-
undationẽ quasi lac sugent: qui excrescente
amaritudine cuiuslibet aduersitatis quasi
lacte consolationis illarescũt: ⁊ hi victimas
iustitie imolãt: ꝙ ſm beatũ Gre. Maioris
est meriti aduersa patienter tollerare q̃ꝫ bo
nis opibꝰ ĩsudare. Qui ergo ex desiderio
placẽdi deo sibiipsi aliqñ aduersa infert ca
stigãdo corpus: ⁊ mẽtẽ quotidie in ꝯtritio-
nis merore afficiẽdo: cur etiã nõ sufficiat li
benter cũ ab alio ei ĩfert occasio patiendi.
vnde vel corpus affligit vel animꝰ humilia

tur: cum maioris ſit meriti ꝙ̄ pati equanimi
ter ab alio ꝗ̄ a ſeipſo. Et qui ſemetipſum
vilē ⁊ reprehēſibilē indicat: cur nō patien-
ter accipit qn̄ aliud idē de ipſo ſentit. Nul
lius iudiciū tantū timendū eſt alicui poſt de
um ſicut ſuiipſius. Cōſciētia eni ꝫ cuiuſlibet
grauior ei inuidioſo ꝗ̄ oium aliorum erit
apud deū. Hinc apparet ꝙ rara eſt virtus
ꝑfecta. Vera enim humilitas ſic gaudet ab
alio humiliari ſicut a ſe. Et vera patientia
ita humiliter ſuſtinet aduerſa ab alijs illata
ſicut a ſe procurata quantū ſpectat ad ſe.

De obedientia. ca. xxv.

n Unc de obediētia aliquid dicē
dum ē. Obediētia enim ex cari
tate ⁊ humilitate ⁊ patientia na
ſcitur: iō de ea aliquid ad edifi-
cationem breuiter videamus: q̄r in oi reli-
gione ſumme vtilis eſt ⁊ neceſſaria. Obe-
diētia ꝓprie ē volūtatis ſubiectio: arbitrio
ſupꝑioris ad licita ⁊ honeſta. Obediēdū eſt
āt ſoli deo ꝑꝑ ſe: cuiꝰ ſui ſumus ꝓprie vel
creature rōnali vice dei angelo vel homini
in his que deꝰ requirit ⁊ q̄ ad deū ꝯducit.

De triplici rōne obedientie. ca. xxvi.

r Atio obediētie triplex ē. Pri-
ma ꝙ ois creatura ita ordinata
ē a deo ꝙ lꝫ ipſe deꝰ oibus ⁊
ſingulis ita ꝑſit: vt ab ipo ſolo
accipiāt qđ ſunt ⁊ hn̄t ⁊ poſſunt: tn̄ ꝓpingo
ra ſibi nō loco ſed ſimilitudie pleniꝰ accipi
unt ab ipo qđ inferioribus ⁊ ſibi ꝓpinquio
ribus īfluant: ⁊ illa iterū ſuis inferioribus
vſqꝫ ad infimū: vt īferiora ſupioribꝰ ſubdi
ta ſint: ⁊ ſupiora inferioribꝰ preſint: ⁊ ea re
gant: vt ſumma medijs: ⁊ media ꝑſint imis
Sic angeli ſupiores īferioribꝰ ꝑſunt: ⁊ cele
ſtia terrenis: ⁊ irrationabilibꝰ rōnabilia.
Gen̄. Faciamꝰ hoieꝫ ⁊c̄. ⁊ ꝑſit piſcibꝰ ma-
ris ⁊ volatilibꝰ celi ⁊ beſtijs terre. Ad Ro.
Ois aia ptātibꝰ ſupioribus ſubdita ſit ⁊c̄.
Subſtāna enim diuina ita eleuata ⁊ ſegre-
gata ē ab oi creato: q̄r īferiora īmediate mo
tū eiꝰ ſuſtinere vel ſuſcipere nō pn̄t niſi me
diantibꝰ ſupioribꝰ: cū tn̄ ipſe īmotus in ſē
oia ieffabiliter moueat ⁊ gubernet: ita vt
nil ſit oibus eo principaliꝰ ⁊ nihil incōpre-
henſibilius. Secūda rō eſt qđ cum non
omnibus datū ſit eē docibiles dei ne ignari
errent a via dei per quā neceſſe eſt eos per
uenire ad gloriā celeſtē expedit eis vt ſe-
quanꝉ ducatū doctorum ſuoꝝ: ſicut cecus
dat manū ductori ſuo ne cadat vel impigat
vel erret. Tertia ratio eſt vt homo qui
ſubeſſe noluit deo peccādo: ⁊ ita ſuperbien
do: gratiā dei perdidit ſatiſfaciat ei ſubijci
endo ſe homini ꝑꝑ deū. Et ita per humilita
tis meritū gratiā dei recuperet quā amiſit.
Quāto maior aūt ⁊ purior fuerit humilia
tio ⁊ promptior tanto plenior erit gratie re
cuperatio ⁊ glorie remuneratio. Magni-
tudo humiliationis attendiꝉ in difficultate
iniūcti opis. Puritas in ſimplicitate ītētio
nis. Prōptitudo in alacritate executionis.

De triplici obedientia. ca. xxvij.

e St enim chriſti obedientia. ſ. ne
ceſſitatis: cupiditatis: ⁊ carita-
tis. Neceſſitate obedit qui cogi
tur inuitus: ⁊ libenter eſſet liber
ſi poſſet vel auderet: vt aſinus ⁊ ſerui mali
uoli ⁊ ſimiles. Cupiditate obedit qui pro
mercede terrena vel cōmodo corporis: vel
cōſolatione exteriori libenter facit quod ei
iniungitur: vt canis vel accipiter vel merce
narius ⁊ ſimiles illis. Quanto autem obe
dientia plus habet de temporali proprio
comodo vel ſolatio tanto minus habet de
merito coram deo. Merces prioris eſt eua
ſio pene quā timet incurrere ſi nō obediat.
Merces ſecundi eſt ſpes adipiſcendi qđ
deſiderat obediendo pro obtinendo munꝰ
vel ſolatium temporale. Obedientia carita
tis eſt quando ex caritate dei ⁊ propter de
um ⁊ propter diuinam remunerationē obe
ditur large ſumpto nomine caritatis ſub
qua tam timor pene ꝗ̄ deſiderium premij
ꝗ̄ affectus amoris dei includitur: quorum
primum eſt incipientium. ſecundum profi-

cientium. tertium perfectorum.

i Tem alia distinctio obedientie. Quedã ẽ gnãlis. Alia generalior. Alia generalissima. Itẽ alia spiritualis. Alia spũalior. Alia spiritualissima. Generalis obedientia ẽ quã oẽs fideles in ecclesia generaliter obligant suis prelatis obedire: pape: episcopis: ⁊ aliis in his que canones precipiũt ⁊ iura pro omnibus promulgata. Generalior est qua omnis creatura ratione vtens tenetur voluntatẽ ꝓpriã voluntati sui cõditoris cõformare ex arbitrij libertate: vt angelus ⁊ homo. Generalissima est qua ois creatura obedit suo creatori: siue naturali motu insite conditiõis vt irrationabilia: siue impulsu potentie presidentis: vt demones ⁊ maliuole mẽtes: que ⁊ si quandoqꝫ volunt qđ deus nõ vult: nõ possunt tñ nisi qñ vel quod deus vult. Spũalis est illa qua clerici specialiter tenent ad obedientiã suoꝝ prelatorũ in his que ad officium spectant ⁊ ordinẽ dominicalẽ: vt continere: ⁊ tonsuram debitam deferre: ⁊ similia sacris canonibus pro eis statuta obseruare. Spiritualior est illa qua propria voluntate obligat se aliqs certe persone: vel religiosi ad obseruãtiã limitatã ⁊ pro arbitrio vouẽtis determinataꝫ: vt ꝓmitto tibi obedire in istis ⁊ non in aliis: vel tãto tempore ⁊ non vltra vel tali cõditione ⁊ non aliter: vel in his que regula tua iubet ⁊ nil amplius. Spiritualissima obedientia est qua sine exceptione promittit aliquis obedientiam ad omnia que non sunt cõtra animã ⁊ regulam talem: vbi tam ad ea que sunt regule qꝫ ad alia que iubent se obligari: bona. s. que conueniũt rationi ⁊ liberi arbitrij subsunt ptãti: cũ sit ad irrõnabilia ⁊ impossibilia nemo debet cogi: sicut ad illicita nemo debet obedire.

¶ De gradibus ⁊ profectibus obedentie Capitulũ. xxviij.

p Rofectus vel gradus obedientie quantũ ad illa in quib⁹ obediendum est: colligi possunt ex predictis. obedientie ad precepta cõmunia. Obedire etiam ad aliquem consilio obedientie et ad bona ⁊ possibilia. Quantum vero ad mentem vel affectum obedientis breuiter videam⁹ que sint obediẽtie ꝓfectus. Quã to eniꝫ quis altius inobediẽtie virtutis pro fecerit: tãto ei de⁹ exorabilior: ⁊ ois creatura ad obediendum homini ordinata subiectior ⁊ obsequiosior erit. Infimus obedientie gradus est: ex timore supplicij obedire: sicut illi qui tãtũ obediunt supiorib⁹ in his que precipitorie iusserint. Ad alia vero tepidi sunt ⁊ negligentes nisi inquãtũ vel cõmunis cõsuetudo tangit vel pudoris man⁹ impellit: vel timor temporalis castigatiõis. Sufficit his qui huiusmodi sunt vt immortale peccatũ per inobediẽtiã nõ incidãt: nec dãnationẽ incurrãt. Et tñ hꝫ est valde periculosum in professis obediẽtiã regularẽ: qꝛ prius qꝫ discutiãt an teneant facere qđ iubetur forte mortalis inobediẽtie laqueũ incidunt aliqñ: sicut qui nimis appropinquat pcipitio subito dum nõ caute circũspicit in preceps labit. Cũ autem de deo disputare velle stultum est: ⁊ quasi velle conuincere eũ vt nõ debeat iudicare hꝫ eẽ peccatũ mortale: qđ nostra opinio nõn vult pro mortali hẽre. Sua extiatio ẽ regl'a iustitie infallibilis nõ nr̃a ang osa opinio quã nr̃am conſciẽtiã appellam⁹. Solis radius nunqꝫ facit angulũ semp directe in opposita sibi ferit: siue in nobis appareat siue aliter extimemus. In pfessiõe obediẽtie nõ exprimim⁹ hãc exceptionẽ vt nolim⁹ ad ea teneri nisi qñ adiũgit hꝫ verbum pcipio vl' p obedientiã hꝫ tibi dico. vñ bonus obediẽs tã studio se debet facere qđ iubet simpl'r cũ constet suũ plãtũ tã plene illud velle qꝫ si apponeret illud precipio: vel per obediẽtiã iniungo hꝫ vel illud qꝫ timore supplicij adiuncta voluntarie. ¶ Secũdus obediẽtie gradus ẽ pro spe premij poti⁹ obedire. Iste nõ disputat in quo teneat: vel nõ teneat obedi-

reꝛq; ſiue teneať ſiue nõ cõfidit ſibi eē meri
toꝛiũ:dũmodo malũ non ſit qđ iubetur ét
ſi mala intẽtiõe aliqua iuberet: que tamen
mala nõ eẽnt.ſ.pꝛo odio illius cui iniungeꝛ
ret vt eum ſic tribularet vel pꝛo cõmodo
ꝓpꝛio magis q̃ꝫ pꝛo obedientie pꝛofectu.
Non ſolum nõ nocet humiliter obedienti:
ſed duplex meritum habet obedientie:ex h̃
⁊ inſuper patientie. Sicut inobedienti ma
gis nocet bona intẽtio pꝛecipientis pꝛelati:
⁊ pꝛecepti vtilitas ex quibus durĩtia perꝛ
penditur: in bono obedienti magis ad pꝛo
fectũm pꝛouenit indiſcreti pꝛelati pꝛeceps
pꝛecepti fulminatio dummodo non fuerit
contra deũ:vt ſiquis in ira pauperi pꝛo la
pide maſſam argenti in gremium iactaret:
pauper non indignaretur pꝛo ira iacientis:
ſed iocũdaret pꝛo argẽto taliter acquiſito.
¶ Tertius gradus obediẽtie eſt. Ex ſola
dilectione dei nõ tm̃ volũtarie:ſed etiã cuꝫ
gaudio obedire non ſolum ad facilia : ſed
etiã ad difficilia atqꝫ dura etiam ⁊ ad moꝛ
tem: ſic xp̃s factus eſt pꝛo nobis obediens
vſqꝫ ad moꝛtẽ ⁊c̃. Pudeat dei ſeruus ſic
tali dñ̃o pigre obedire pꝛo regno celeſti:ſi
cut eſt conſuetudinis quibuſdã. Cũ ſeculaꝛ
rium pꝛincipum ⁊ nobilium ſerui pꝛo incer
ta ⁊ modica mercede:tot laboꝛes in bell:
tot pericula:tot penurias:tot etiam a domi
nis oppꝛobꝛia ⁊ verba patienter ſuſtineant
tot itinera longa in legationibus dominoꝝ
pꝛompte ſubeant:nec enim pꝛocraſtinãt nec
ſegniter exequũtur:nec difficultatẽ viarum
nec penuriam pꝛetendunt:nec pactum pꝛo
laboꝛe pꝛemittunt:ſed incerti de pꝛemio in
tenui ſpe omnia imperata perficiunt: etiam
gloꝛiantes ꝙ pꝛe ceteris conſeruis ad tale
negocium ſunt electi. Uide q̃ꝫ ſeduli ſunt
circa dominos:⁊ circũſpicientes:in quibus
eis ſeruire ⁊ placere poſſint. Et cum nõ tã
verbum iuſſionis audierint q̃ꝫ nutum ocu
loꝛum aduerterint ſtatim quaſi pꝛecipites
exiliunt ⁊ auide auſcultant quid eis placeꝛ
at ⁊ quid velint. Et quãuis ſeruoꝛum de
obedientia quantum ad effectum ex ſeruo
re maioꝛi pꝛocedat : tamen quo ad actum
iſte perfectioꝛ videretur qui ita pꝛomptus
⁊ conſtans eſſet ad omnia iuſſa implenda:
ſicut in ſeruis ſecularibus inuenitur. Sicut
de ſanctiſſimo patre noſtro legimus ⁊ pꝛiꝛ
mis eius ſocijs:qui non ſolum ea que beaꝛ
tus pater eis verbo expꝛeſſit pꝛompte adꝛ
implebant:ſed etiam ſi aliquo modo eius
beneplacitum poterant cognoſcere ſtudioꝛ
ſiſſime perfecerunt ſicut ab ipſo didicerant
patre ſancto. Hac virtute abꝛaam obediꝛ
uit non tantum exire de terra ſua ⁊ peregri
nus eſſe in aliena:ſed etiam vnicum filium
ſuum iſaac voluit immolare. Et pꝛo hac
pꝛophete ⁊ apoſtoli ⁊ alij ſancti expoſueꝛ
runt ſe omnibus laboꝛibus ⁊ periculis:exi
lijs:penurijs.⁊ perſecutiõibus ⁊ moꝛti pꝛo
chꝛiſto. De hac dominus ſpecialiter dicit.
Si quis vult venire poſt me. ab. ſe.⁊ tol.
cru.ſu.⁊ ſe.me. Semetipſum abnegat qui
ſui iuris eſſe recuſat ⁊ totum ſe alterius arꝛ
bitrio ſubmittat pꝛopter chꝛiſtum ſicut chꝛi
ſtus non venit facere voluntatem ſuam ſed
patris.

¶ De paupertate. ca.xxix.

c

Ontemptus diuitiarum oppo
nitur auaritie rerum tempoꝛaꝛ
lium. Hic quandoqꝫ pauperꝛ
tas ſpiritus appellatur. Quiꝛ
dam autem ſunt pauperes ⁊ nõ
ſpiritu:ſicut qui libenter vellent eſſe diuiꝛ
tes ſed non poſſunt:vt pauperes mundi.
Quidam ſunt pauperes ſpiritu ⁊ non reꝛ
bus:vt qui libenter eſſent ſine rebus ⁊ nõ
permittuntur. Et qui diuitias nõ pꝛo ipſaꝛ
rum amoꝛe poſſident ſed pꝛo amoꝛe dei:vt
cultum dei per eas amplificent ⁊ defendãt
vel amoꝛe pꝛoximi in deum:vt pꝛoximis in
de ſubueniant:ſicut Abꝛaã: Jacob. Dauid
Joſias ⁊ ſimiles:vl q ꝑ obediẽtiã ꝑncipat⁹

⁊ potestates: ⁊ dignitates suscipiũt. vt beatus. Greg. papa. ⁊ alij sancti epi qui paupe res esse elegerant: sed iussu diuino aliter factũ est. vt principes terre ꝯstituerent: ⁊ dispensatores rerũ ecclesiasticaꝝ. ꝑ alijs. Sꝫ in se paupertatis ꝓpositũ nõ abitientes tãto laudibiliores paupertatis sectatores effecti sunt: quãto magis in diuitijs ab ei⁹ amore nõ sunt sepati. Quidã vero sunt paupes spũ ⁊ rebus: qui nec habẽt diuitias. nec vellent habere si possent sine peccato. Hi tãto feliciores sunt q̃nto de laqueo cupiditatis elongant. Hoꝝ sunt duo genera. ❡ Primi: qui nõ habẽtes diuitias fecerunt de necessitate virtutẽ nolentes habere si possẽt. ❡ Secundi qui potuerunt vel habuerunt diuitias: ⁊ abiecerũt eas: ⁊ recusant habere propter deum.

❡ De triplici contẽptu diuitiarum.
Capi. xxx.

c Ontẽptus aũt diuitiarũ i duobus ꝯsistit. Aut cum liberaliter effunduntur in paupes p opera misericordie: ⁊ ad cultũ dei largiter expendunt: sicut sancti reges: ⁊ alij diuites fecerũt: turbas pauperũ alentes: et monasteria: ⁊ ecclesias edificantes. Aut cũ penitus respuunt diuitie sicut sancti fecert in mẽdicitate ⁊ inopia rerũ ꝟiuẽtes. vt sanctus pater Franciscus. sanctus Dominic⁹ ⁊ alij xpi sectatores: euangelice perfectiõis emulatores. Juxta illud. Si vis perfectus esse. va. ⁊ ven. oia que habes ⁊ da pau. ⁊ veni se. me.

q Uatuor aũt de cãis ꝯsulitur diuitiaꝝ ꝯtẽptus. ❡ Prima. quia rerũ amor retrahit ab amore di ⁊ patrie celestis. Juxta ipsius veritatis testimoniũ. Nemo põt deo seruire ⁊ mamone. i. diuitijs. Sicut. n. de ꝓfundo terre tollũtur: ita suo pondere ad ĩfima terre suos detrahunt amatores. Hoc est in profunduꝫ inferni. Thi. vi. Qui volũt diuites fieri, incidunt in tẽtatiões: ⁊ laqueũ diaboli q̃ mergunt hoies ad ĩfernũ. ❡ Secũda cã est. qꝛ retardant hominem a profectu virtutum. Sicut. n. onerat⁹ nõ põt velociter currere sic mũdanis curis oppressus nõ põt in spũ expedite ꝓficere. Si ergo vis festinare ad pãtriam. Si vis nõ teneri laqueo venãtiuꝫ. Si nõ apphẽdi in via ⁊ i captiuitate vnde euaseras nõ reduci: ꝓice auariciã ⁊ extrahe pedẽ de viscosa cupiditate terrenoruꝫ. Jõ iudei tardi erãt ad reditũ de babilone in ierl'em: qꝛ filios: vxores: ⁊ possessiões iã acq̃sierãt i babilõe. Sic ⁊ religiosi tardius desiderãt celestia cũ in terrenis ceperit dilatari. ❡ Tertia cã rõne meriti ãplioris. qꝛ q̃nto minus tibi de terrenis indulges: tãto magis recõpẽsabit tibi de celestib⁹ in glĩa sempiterna. Beati paupes spũ qm̃ ipsoꝝ ẽ regnũ celoꝝ. Nõ portio aliq̃ glorie: sꝫ tota gloria regni. Et iõ fili⁹ dei dãs nobis exemplũ pfectiõis: nihil possessiõis voluit hr̃e i terra ñ agros: domos: vl' reddit⁹ pter solũ vestitũ quẽ ẽt pmisit añ crucẽ sibi auferri. Ut doceret nos: qꝫ oia reliquere nõ tm̃ cõsistit in nõ hr̃e volẽdo vel spõte oia pauperib⁹ tribuẽdo: sed ipatiẽter amittẽdo. Qꝛ si hita vi tollãt pleꝝqꝫ maioris ẽ meriti. q̃ꝫ paupib⁹ tribuisse: qꝛ rarior virtus ẽ illata eq̃nimiter ppeti. q̃ꝫ spõte bona opari. Cuꝫ igit boni viri ob h solũ vl' maxie substãtiã terrenã hr̃e dbeãt vt ide bñfaciãt. ⁊ ad meritũ glorie eterne expẽdãt: qꝛ aliter bona ñ essent si terrena ñ pia itẽtiõe q̃rerẽt ⁊ creaturã nõ pp creatorẽ diligerẽt debẽt ea rõe nõ min⁹ cũ ipam substãtiam quocũqꝫ casu amittũt gaudere. q̃ꝫ si eã i vsus pios expendissent. eo qꝫ eũdẽ fructũ meriti celestis in tã patiẽter tollerata ãmissiõe. q̃ꝫ ẽt i pia dispẽsatione ꝯsequi nõ dubitat. Sicut mercator illas merces equaliter diligit de qb⁹ eq̃le lucrũ sibi ꝓuenire ꝯfidit. Diuitias ãt q̃rere vt i malos vsus expẽdant. s. i vanitates i voluptates carnis ⁊ oculoꝝ ipiũ est: qꝛ p bñficiũ creatoris largior ei contumelia irrogatur. Sꝫ adhuc eas querere tm̃ vt adhuc

cumulate seruentur stultum est: quia tantũ valet congeries lapidum sicut argenti vel auri: si vsui non expẽdatur. ¶ Quarta: quia temporalis substantia contẽptibilis est multis considerationibus ex sui natura non est diligenda: cum terra sit ignobilius elementum inter omnia. Item quia non multum necessaria. Modicus enim victus ⁊ vestitus ⁊ tectum sufficit homini pro necessitate ad viuendum quod superest superfluum est. Itẽ multis est nociua: ⁊ occasio dãnatiõis eterne. Itẽ multorum patet inuidie qui libẽter eam auferrent habenti per multas artes. Item multo labore ⁊ sollicitudine acquiritur: ⁊ seruatur cum periculo vite. Itẽ non saciat appetitum hominis habentis: sed quo plus habetur: eo inquietius sititur. Itẽ quia tam bonis quam malis datur: ⁊ ideo non sunt feliciores: qui in ea habundant: immo frequentius infeliciores: quia est eis occasio multorum malorum. Item quia diu cũ homine non perseuerat. Nam si aliter non ammittitur: mors eam separat ab homine ⁊ nihil potest homo post mortem secũ deferre ex ipsis: nisi quod meruit vel demeruit per ipsas. Sapientis ergo est paruipendere quod vile est ⁊ non multum laborare pro eo quod parũ est vtile ⁊ fugere quod perniciosum est. Et liberaliter spargere quod conseruatum parit: ⁊ distributum fructificat: si in pauperes erogetur.

¶ De gradibus in contemptu diuiciarum. ca. xxxi.

p Rimus autem gradus in contemptu diuitiarum est nihil velle habere iniusti lucri nec per se acquisitum nec ab alijs datum vel relictum: vel reddere omnibus debita pro posse. Et de iustis habitis elemosinas facere. Et non abuti facultate propria ad peccatum lasiuie: superbie: glorie ⁊ aliorum viciorum. Tribus autem modis aliquis videtur iniuste bona habere. Cum autem ipsa male acquisiuit quocũque modo: aut ab alio datum: venditum: inuentum vel relictum aliquid ei est ab illo qui ius in eo non habuit: aut cũ nocuit alteri in rebus iniuste: etiam si nihil de illis habuit. In quãtũ enim teneor alteri restituere: in tantum mea non sunt mea: sed illius cui teneor. vnde si quis plus tenetur certis personis quam habeat si dat alicui gratis de bonis suis vnde scitur per accipientem impotẽs fieri ad reddendũ qui sic accepit scienter tenetur pro eo soluere tantum quantũ accipit cũ iste nõ sua ei dederit sed que sunt aliorũ. ¶ Secũdus gradus est nihil velle superfluum hẽre sed solũ necessarijs esse contentũ: in victu: in vestitu: hospitio: vtẽsilibus: obsequentium famulatu: reliqua habita pauperibus erogare: vel non recipere oblata: nec acquirere supra necessitatem. Luc. xi. Quod superest date elemosinam: ⁊ ecce omnia mũda sunt vobis. Sic monachi egyptij ⁊ alij similes de labore proprio victum ⁊ vestitum habentes: reliqua pauperibus distribuebant. i. Thi. v. Habentes alimenta ⁊ quibus tegamur his contenti simus. Sed ne nimis latos faciamus terminos sufficientie: est sciendum quod duplex est sufficientia. s. indigentie ⁊ concupiscentie: indigentie sufficit sustentare naturam vt possit ad seruiendum deo perdurare. Et hanc sufficientiam natura docet sicut videmus in irrationabilibus animalibus: immo ⁊ in plantis que contente sunt naturali alimento: ⁊ amplius nõ requirũt. Sufficientia vero concupiscentie excedit mensuram. limites non habet nisi impossibilitatis. hoc solum relinquit quod non sperat adipisci. Diues auarus in euangelio cũ vberioribus fructibus agri se vidisset ditatum: non dixit diues sum ⁊ habundo non plus cupio quam non capio: sed cogitauit orrea vetera destruere ⁊ maiora facere. Luc. xij. Prima orrea sunt iuste necessitatis. hec parua sunt ⁊ paruis implentur: sed auarus hec destruit ⁊ maiora facit. i. orrea concupiscentie ⁊ superfluitatis: que nunquam replẽtur: quia

ſemper cũ plurima hẽre cepit etiá amplio-
ra facere diſponit:atqȝ iá nõ ſufficiũt hita:
niſi adijciat vt adhuc plurima:ꝛ ſic ꝓcedét
in ĩfinitũ. Coꝛ auari eſt q̃ſi fouea ſine fũdo
eo quo plus recipit plus cõſumit vt nunq̃ȝ
videas ĩpleta. Eccle. vi. Auarus nunq̃ȝ im
plebitur pecunia. ¶ Tertius é nil velle poſ
ſidere in mũdo ꝛ in oĩbꝰ neceſſarijs multi
plicem pati penuriam pp deũ. Hic eſt effi-
caciſſimus ꝯtra auaritiá remediũ. que ſicut
ignis inſaciabil' nunq̃ȝ dicit ſufficit: ꝛ nunq̃ȝ
melius extinguit̃ niſi cũ nr̃a tpalis ſubſtan
tie penitus ſubtrahit̃. Hoc remedium xp̃s
docuit verus aĩarũ medicus: qui ĩ oĩbꝰ vi
am illá tenuit: que é aptiſſima ad doctrinã
virtutũ: in curationé vicioꝝ. Diuitie enim
honoꝛes ſeculi ꝛ voluptates carnis ſunt p̃e
cipua ſcitatis ĩpediméta que magiſter vir-
tutũ ꝛ dñs docuit viuẽdo declinare ſuis di
ſcipulis in exẽplũ. Mat̃. xix. Si vis per.
eſ. va. ꝛ vẽ. oĩa que ha: ꝛ da pau. ꝛ ve. ꝛ ſe.
me. Hec é quá vocat apl's. ij. Coꝛ. viij. Al-
tiſſimá pauptaté p̃imo ſanctoꝛum in eccl'ia
qui oĩa reliquerát pp deũ: huic nil'e virtu
tes ꝛ plurima dona gratiarũ annexa ſunt:
que tñ a paucis capiunt̃ eo ꝙ lȝ multi ſint:
qui q̃ſi nihil habeát in mũdo tñ admodum
rari ſunt in religiõe: qui nõ plus hẽre cupi
ant vel p̃o ſe vel p̃o alijs. Oé qḋ é meliꝰ
é rarius in h̃ mũdo. Qui p̃o ſe ſollicitꝰ eſt
ĩ tpalibꝰ relinqt̃ ſemp ꝓuiſiõi ſimpl'r. Qui
hẽt ꝓuiſoꝛes relinquit̃ illis. Qui vero oẽȝ
ſollicitudiné ſuá in deũ iactat: ꝛ oẽȝ cogita-
tũ hẽt ipſũȝ dñȝ ꝓuiſoꝛé. Mat̃. vi. Primũ
q̃rite regnũ dei: ꝛ h̃ oĩa ad. vobis. ſ. tpalia
neceſſaria. Qui eniȝ ex gr̃a vult donare ce
leſtia: cur nõ ẽt ab eo ſperamꝰ tpalia ꝛ par
ua. Aut ergo dabit nobis neceſſaria inquã
tũ expedit: aut vires coꝛpis ad ſuſtinẽdũ pe
nurias: aut ſpũalé dulcediné melioꝛé carna
li ꝛ inſup p̃emiũ celeſte.

¶ De ſobꝛietate. ca. xxxij.

s Obꝛietas é virtꝰ q̃ coꝛpis ali-
méta cũ moderatiõe admittunt̃
in cibo ꝛ potu ꝛ ſomno. Sumit̃ ẽt gnãli-
ter p̃o moderatiõe ab oĩ ſupfluitate ꝛ inté
perátia métis ꝛ coꝛpis. vñ dicitur. Sobꝛia
més ꝛ ſobꝛiꝰ ſenſus: ſed ꝓut accipitur p̃o
reſtrictiõe aliméꝫoꝝ: iſta é que dr̃ parſimo
nia vel abſtinétia ꝛ opponit̃ vicio gule vel
caſtrimargie q̃ é vétris ingluuies. Eſt át alia
ſobꝛietas medicine: alia auaritie: alia ypo-
criſis: alia pauptatis: alia religioſitatꝫ. Me
dicinalis fit pp ſanitaté coꝛpis ꝯſeruádá vl'
recupandá. Auaritie ad parcẽdũ expenſis.
Ipocriſis p̃o laude hũana. Pauptatꝫ p̃o
neceſſitate penurire. Religioſitatis p̃o vir
tute obtinéda: vel p̃o vicio calcádo p̃o edi
ficatiõe ꝓxioꝝ: p̃o gl'ia ꝓmeréda: p̃o acué
do ĩtellectu ꝛ ſapiétia ĩngréda. Ná ſicut fe
neſtra obturata limo obtenebꝛat̃: ita ĩtelle-
ctus ĩtus cibo obꝛutus obcecat̃ ſicut ſepius
expimur. Sobꝛietas át ſicut oĩs virtꝰ tunc
ſolũ coꝛá deo é meritoꝛia cũ deꝰ é eiꝰ cauſa
p̃ma ꝛ foꝛma. i. ſi pp deũ p̃incipat̃ ꝛ fiat ſꝫ
deũ. Sicut eniȝ deꝰ mũdũ gubernat ita vt
nec plus nec minꝰ ei adhibeat diligétie q̃ȝ
iuſtũ é oẽȝ diligétiá ſuá vt ita loq̃mur circa
celeſtia ĩpédés. Ita ꝛ hõ cui minoꝛ mũdus
regédus cõmiſſus é: h̃ é coꝛpus ꝓpꝛium ſic
dȝ ei ꝓuidere p̃udéter: vt nec de neceſſa ꝓui
ſione aliq̇d deſit p̃o poſſe: nec aliqd ĩpéda
tur ſupflui vt nõ deficiat ante tépus ex pe-
nuria vel laboꝛe: nec laſciuiet ex habũdátia
vel qete. Tota át ĩtétio dȝ eé circa optimuȝ
occupata: circa ꝓfectũ aĩe in dei notitia ꝛ
amoꝛe: ꝛ his q̃ ad hũc ꝓfectũ ꝯducũt: q: nõ
pp coꝛpus aĩa creata é: ſꝫ coꝛpus pp aĩam
vt illi ſuiat ꝛ cohopet̃ ad ꝓfectũ p̃ſatũ. Aĩa
v̾o pp deũ data ꝛ creata é vt ei inhereat ꝛ
inherédo ſuauitaté ipſius pfruat̃: ꝛ fruédo
beata ſit. Solius ẽt dei é occidere ꝛ deſtrue
re cuiꝰ é creare ꝛ viuificare. Jõ niſi eiꝰ iuſ
ſu vel pmiſſu nihil nobis lȝ deſtruere eoꝛuȝ
que ipſe fecit. Irrationales creaturas per-
mittit nos occidere: ſed non irrationabil'r.
Rõnabiles v̾o ꝓhibet occidi. i. hoĩes: niſi
ſm leges ab ipſo ꝓmulgatas. vñ iudices ſꝫ

leges diuinas iudicantes nō sua sed dei au-ctoritate malefactores occidunt: q: ipse pcepit. Qui h fecerit vel h fecerit tali pena puniat. Sicut āt nō lz cuiqz alterū occidere: ita nec semetipsum. Semetipsum āt occidit qui indiscrete per abstinētiā τ per alios labores debilitāt ante cogit deficere q̄z requirat ordo nature: lz aliquos deuotiōis feruor vel pura simplicitas excuset. Ad Ro. Rationabile obsequiū vestrū τc.

De tribus in quibus consistit sobrietas. Capitulum. xxxiij.

Sobrietas in trib⁹ ↄsistit. in qualitate: quātitate: τ mō. In qualitate: vt nō delicata τ preciosa τ sumptuosa requirat: sed simplicia quibus valeat sustentari natura τ gula nō puocar: τ que de facili possint hēri. In quātitate: vt nō nimis q̄z decet vel sepius: sed tēperate vt sit refectio corpori nō onus. Infirmi sunt liberi ab hac vtraqz lege: imo vt nō iportune requirat: nec ipetuose τ indisciplinate τ inordinate sumat: sed modeste: mature: τ religiose: sicut in priori forma nouiciorū tactū fuit. Sic eniz sapit si ita sumam⁹. Sumit cōmodius: reijcit salubrius: minus grauat stomachū τ facilius digerit τ min⁹ peccat: τ est honestius τ religiosius. Valet āt sobrietas ad ista que supius tacta sūt. Valet ēt ad satisfactionē pro peccatis: vt sicut copis voluptate peccam⁹: ita castigatiōe emēdam⁹. Itē ad carnis lasciuiā reprimēdam: vt que ipinguata insolens facta ē: macerata discat obedire. Cor. Castigo corpus meū τc. Itē ad corporis sanitatē: q: noxios humores desiccat: quos crapula τ quies superflua generare cōsueuit. Itē ad sollicitudines mūdas abscindendas q: qui modicis contētus ē: modica hēt prouidere. Itē ad multarū virtutū habilitatem Sobrius enim est agilior ad bonum: castior est τ minus habet inuidendi materiā: magis cautus est in lingua: proptior ad deuotionem τ purior in affectu. Item ad sapientiam inquirendam: q: s̄m Augustinum sensum magis vigilē facit τ subtilem τ memoriā tenacem. Item ad aliorum edificationē q: qui exteriora nostra ordinata vident τ tēperata concipiunt qō de interioribus extimēnt que non vident nec intelligunt. Minus etiam sumus eis granes ad recipiēdū ad mēsam videntes q̄ medicis contenti sumus: τ q̄ facile nobis possunt sat sfacere. Minus autem alijs medicis nociui sum⁹: quia quo plura ab hominibus petimus eo minus aliquid medicis dandum relinquimus. Et hoc est quoddaz genus rapine qō a paucis aduertitur: cū aliquis vltra necessitatem verā mendicat. Unde alter mendicans magis patitur detrimentum: quia postea superueniens non inuenit qō iste preueniens preripuit. Item valet ad meritū glorie tam pro seipso q̄z pro virtutibus sibi cōneris: q: quo plus nobis h de voluptate subtraximus: eo magis τ h spiritualibus τ illic celestibus diuitijs habūdauit.

De gradibus sobrietatis. ca. xxxiiij.

Primus gradus sobrietatis eē pōra crapula τ ebrietate cauere τ debita tempora τ horas in comedendo seruare: ne ieiunia statuta leuiter frāgant vel tpe incongruo epulis τ potibus inseruiatur: τ ne magis ad luxuriam q̄z ad nature refectionem edendo vel bibendo studeamus. Eccle. x. Ve terre cuius rex puer est: τ cuius principes mane comedunt τc. Pecus quod solum ventri seruire nouit seruat in edendo τ bibendo nature modum conuenientem. Sic τ homo debet qui regitur ratiōe. Alioquin melius esset ei carere rōne q̄z nō regi ab ea: q: nec peccaret carēs rōne. Scḋs gradus eē pōt a qbusdā licitis abstinere vt a carne: vino: lacte: piscib⁹ vl' pigmentis vl' aspo victu eē ↄtētū. s. pane rudi vl' nō condito: vl' sepe ieiunare: τ a delectabilib⁹ abstinere

⁊ que magis appetunt vt religiosi ⁊ deuoti solent ⁊ penitentes. Ad Ro.xiiij. Bonum est non comedere carnes ⁊ non bibere viuum ⁊c. Sicut nazarei ⁊ filij iachob. Dañ.x. Caro ⁊ vinum non intrauerunt in os meum. ¶ Tertius gradus é domuisse gulam ⁊ docuisse palatuꝫ: sic vt soluꝫ sit cótentus his que extreme necessitati sufficiút in qualitate ⁊ quátitate cibi ⁊ potus: vt quátum simplicior victus eo magis diligat. Et si delicata aliquando sumere oporteat: non delectationem in eis: sed solam necessariaꝫ refectionem requirat. Ad Ro. Carnis curá ne feceritis in desiderijs. Posset ⁊ alia distinctio dari de profectibus abstinentie. ⁊ sobrietatis. Primus gradus est carere patienter cũ non pót haberi cibus vel potus delectabilis ⁊ non contristari quando non habentur desiderata interdũ: sicut quidam qui quandoqꝫ nó habét in mensa que desiderant: ⁊ contristantur vel indignantur murmurát: verecundiá abiciút ⁊ nó cogitant professionem suam. Et q aliquando diuites non habent oĩa que cupiunt: quanto magis pauperes ⁊ mendici. ¶ Secundus gradus abstinentie est velle carere pro deo illis que possent haberi amore sobrietatis ⁊ boni exempli. Sicut boni ⁊ fideles serui dei sepe ditiores hospites preterеunt ⁊ apud pauperes hospitant: ⁊ lautiora fercula prohibent sibi dari contenti simplicibus ⁊ paucis amore dei: ⁊ pro edificatione aliorum. Cor. Omnia mihi licent sꝫ non omnia edificant. Quia lꝫ ƀm euangelium comedere liceat que apponuntur: tamé magis edificat si lauta ⁊ multa nobis apponi non permittimus. Quia sicut recipientes decet liberalis hospitas: ita decet nos religiosa frugalitas qꝫ etiá fortius cóuenit nos defendere qꝫ illos suam secularem honestatem quátũ volũt nos habunde procurare. Quámis auté ista vice videantur contristari: q non permittimus sue deuotioni satisfacere multa ministrando: tamen apud se de nostra temperantia edificátur. Et alio tempore recipiunt nos illarius quando nõ sumus eis onerosi. Et vbi modo paucos receptores habemus: ibi tunc plurimos habebimus. cum inteligent q ⁊ paupes nos pascere cómode valeant. ¶ Tertius abstinentie gradus est posse sine difficultate abstinere ab habitis delectationibus: vel tm̃ inde sumere puram necessitatem: ⁊ h̃ non amore delectatióis sed recreationis. Et quá uis quo ad paupertatem maior virtus sit non habere qđ cupiat: tamen quo ad fortitudinem abstinentie maius est posse appetitum retrahere ab vsu vel delectatióe presentis voluptatis qꝫ absentem non desiderare. Cautius autem est ⁊ securius fugere corporales delectationes: q: sepe victi sunt in certamine: qui nimis voluerunt eé securi. Et qui ex presumptione sibi victoriá spoponderant victi ⁊ confusi didicerũt qꝫ stultum est cómittere se periculis preliorũ: vt pót oportune vitari. Facilius in littore non submergitur: qꝫ in gurgite aquarum.

¶ Qđ virtus consistit in medio. vitia in extremis. ca.xxxv.

s Ciendum tamen q virtus mediũ viciorꝫ tenet ⁊ in vtroqꝫ latere tam a dextris qꝫ a sinistris vicijs é obsessa. Et ita vt si modice a discretionis tramite declinauerit iaꝫ virtus nó sit. verbi gratia. Parsimonia vł abstinétia si metas suas excedat in superfluitate alimẽti. declinat in vicium gule. Si nimis modicũ admittat de necessario alimento vicium indiscretionis incurrat per quaꝫ vires corporis destruat vigorem mentis extinguat: naturam debilitet: ⁊ bona que promereri potuit negligat ⁊ vitam citius perimat vel sensum perdat: vel si vires recuperare debeat: tanto postmodũ studeat corpus reficere cómodis ⁊ fomentis: quanto prius indiscrete eidem eas subtraxerat. Similiter contemptus diuiciarum. si vltra qꝫ iustum est aggreget temporaliũ substátiam

in auaritie vitium cadet. Si nihil tēporaliū
velit ad vsum admittere ex tali indiscretio
ne necabit naturam fame. frigore: egritudi
ne. Patientia si minus declinat in impatiē
tie viciū incidet in torporem vt zelum iusti
cie perdat ꝛ dissimulet tam in se q̄z in alijs
vitia crescere que debet persequi ꝛ vlcisci.
Humilitas si nimis timet extollere ex indi
screta abiectione perdit confidentiam salu
tis vel profectus spūalis. Caritas proximi
si indiscrete tenere facit proximo fauere in
detrimentū salutis proprie ꝛ illius sicut qui
periurat amore proximi: ꝛ alijs modis. Ca
stitatis amore aliqui sibi virilia amputaue
runt ꝛ dum voluerunt temptationis ardorez
temperare periculo se proprie interfectio-
nis exposuerunt. Agilitas boni operis sic
quandoqz fugat pigritiam vt quietem de-
uotionis extinguat. Spūalis leticia sic acci
diam vel tristiciam declinat: vt q̄nqz in dis
solutionem incidat: ꝛ vanā gloriā. Tacitur
nitas verba ociosa declinans. q̄nqz vtilia
ꝛ necessaria retinet in detrimentū proximi
ꝛ sui. Obediedtia indiscreta sic fugit ꝓprie
voluntatis vitium: vt obediat superiori ad
peccatum. Cū tamen obedire magis opor
teat prohibēti omne peccatū q̄z cui vis pre
cipienti peccatum. Et sic de alijs virtutibꝰ
faciendis.

De distinctione virtutum a vitijs.

Capitulū. xxxvi.

Et q2 virtus tam nobilis ē ꝛ ve
nerabilis oībus ꝛ pre oībus. ꝙ
vitiosi eam sup omnia venerā
tur. Jdō ꝛ vitia quādoqz virtu-
tes se esse mentiunt: ꝛ velamini virtutis as
sument. vt aūt securius dissimulent ꝛ non
arguantur: aūt etiam laudem virtutū asse
querentur. Unde videmus ea quādoqz a
quibusdā religiosis: ꝛ studiose exerceri ꝛ
ex auctoritate quasi ꝓ v̄tute defendi ita vt
vera virtus eis: ꝛ in alijs q̄nqz displiceat ꝛ
etiam pro vitio despiciant: ꝛ impugnent et
interpretent esse vitiū qd̄ pura virtus ē: ꝛ
econuerso virtutē afferant qd̄ vere vitiuz
est: sed virtutis colore velatū. verbi gratia
paupertas spūs. i. volūtaria pro xp̄o pau-
pertas magna ꝛ vera virtus est q̄z multi
religiosi ꝓfitent: ꝛ tn̄ videmus plures sub
pretextu necessitatis pietatis: ꝛ honestatis
diuitias desiderare in pecunia: p̄dijs. ꝛ edi
ficijs vestitu. ꝛ victu: ꝛ libris: ꝛ alijs que ha
bere diuitie reputant ita vt saciari neque-
ant: q2 si etiā qd̄ cupiūt haberēt si quis plꝰ
offerret plus acciperent: vsqz ad magnaz
quantitatē: q2 nō dicerent: sufficit. nolumꝰ
plus habere. Ecōuerso ꝑce viuere. ꝛ pau-
cis ꝯtentum esse tenacitas ꝛ auaritia nun-
cupat: quasi nō audeat vti his que habet.
Silētiū reputat tristicia. Maturitas ama
ritudo. zelus iusticie temerariū iuditium di
citur. Quies deuotionis pigritia vocatur.
Corporis castigatio indiscretio censetur.
Simplicitas stulticia creditur. Timor dei li
tigiosa ꝯsciētia extimatur. Fugere publicū
singularitas vocatur. Cauere scandalum
ypocrisis iudicatur. Ecce quō ꝓscribitur:
ꝛ peruerse vitiū interpretatur. Econuerso
aūt plerūqz dissolutio socialis iocunditas
putatur. Curiositas edificiorum librorum: alio
rū honestas habetur. Laxa conscientia li-
bertas deputatur. Corpus delicate fouere
discretio reputatur. Garrilitas. affabilitas
dicitur. Inuidia fraterna. zelus iusticie dici
tur. Duritia ꝛ inclemētia. rigor ordinis pu
tatur. Auaritia acquirendi. fidelis prouisio
nūcupatur. Astucia prudentia nominatur.
Elatio auctoritas ostensio monstratur. zelꝰ
ꝛ contētio ordinis defensio appellatur. Ja
ctantia de bonis. proximi edificatio vult vi
deri. Detractio vitij alterius vult putari.
Cōformitas vitiosa vult credi fuga singula
ritatis. Torpor negligentie vult humilitas
videri. Altiora se nō querendi pusillanimi
tas. timor dei dici querit. Inquietudo eua-
gandi ꝛ negociandi. vult agilitas dici bene
operandi. Prodigalitas: vult largitas vide
ri: ꝛ sic de alijs. Sciendū itaqz est ꝙ disce

tio spiritus mediū virtutis eligit non declinans ad dexterā: vel ad sinistraꝫ regia gradiens via non dicit malū bonum: ⁊ bonuꝫ malū ponendo lucem tenebras: ⁊ tenebras lucem diuidēs diem virtutis a nocte vitiorum ne angelum sathane pro angelo lucis recipiat. Verū a falso distinguens ⁊ qđ bonum est bonū tenens.

¶ De castitate. Capi. xxxvij.

c Astitas est sobrietati similima: ⁊ nutrit ab ea sicut econuerso luxuria nutritur a ventris ingluuie. Mēbra enim genitalia sub ventre posita ex eius redundātia in libidinem resoluunt. Sic econuerso ventris exinanitio humorem luxurie arefacit. Sicut cum fons obsturatur: riuus ex eo profluēs desiccatur. Unde pro generali regula a bonis spūalib⁹ hacten⁹ obsuatū est. Qui castus eē desiderat studeat sobrietati. quia sine illa nō diu castitas est secura. Et cum iā ꝓficiente proficit. ⁊ cū decrescēte decrescit. Licet quidā sine ea mō sibimet alio nescio qua presumptione promittant. Omnis aūt laus in fine canitur. nec credo tot ⁊ tantos virtutū inquisitores. qui dictaꝫ secuti sunt regulam in sua extimatione deceptos. Unusquisqꝫ ei in arte sua sapiēs ē. Et studiosi virtutū fuerūt in eaꝝ exercitijs sapientes. Studiosi vero diuitiarū vel delitiarū seculariū efficiuntur in eaꝝ ꝓuisione prudētes. Luc. Filij huius seculi prudētiores sunt filijs lucis in generatiōe sua. Castitas est virtus origine celestis. Hanc ipsi angeli sancti ab ipso domino oīum virtutū fontali principio primitus didicerunt ⁊ indeclinabiliter seruauerunt. Hanc sūmus ⁊ vnus magister noster qui est in celis. Angeloruꝫ magister xp̄s dn̄s. nobis de celesti scola ad terram publice docendo attulit: et matrē gloriosam virginē perfectā. primaꝫ qꝫ post se huius discipline magistram in cathedram virginalis mundicie ceteris mirandam ⁊ imitandam prefecit.

¶ De quatuor vtilitatibus castitatis. Capi. xxxviij.

c Astitas quatuor facit in p̄senti. Corpus mundificat. sicut econuerso luxuria inquinat. Ita qꝫ si non merces alia castitatis qꝫ presens mūditia foret: nec aliud luxurie supplicium qꝫ eius feditas castitatis hōestas eēt amplectāda: ⁊ luxurie turpitudo horrenda. Itē mētē liberā facit. ⁊ expeditā: qꝛ nec ꝓ vxoris ꝓuisiōe: nec ꝓ filioꝝ educatione sollicitū reddit: nec affectus dilectionis ad cōiugē ⁊ ad filios ligat. nec spūs zelotipie castū exagitat. nec sollicitus est qūo vxori placeat: vl̄ qualiter heredes diuites faciat: nec querit generos: vel nur⁹: nec ē seru⁹ affinū ꝑ vxorē soli sibi viuēs: ⁊ ꝓ se solo sollicit⁹ in seipso quiescēs. Multa sūt de quib⁹ oꝫ coniugio ligatos esse sollicitos ita qꝫ illa carnis delectatio nullo mō est eis tā iocūda qꝫ anxietas variarū curarū quas patiunt erit postmodū amara. quā apostolus tribulatōnē carnis appellat a q̇bus casti sunt liberi ⁊ exornati. Cor. vij. Uolo vos sine sollicitudine eē. ⁊c̄. Itē ꝯsciam letificat: qꝛ gratū deo p̄stat obsequiū. q̇ ꝓ xp̄o carnis dulcedinē respuit. quā mūd⁹ ꝓ magno bono cōcupiscit letificat: aut qꝛ deū placat ⁊ deo ꝓximare facit. ⁊ dei offensaꝫ cauet in delectatiōe carnali: ⁊ p̄miū celeste meret: ⁊ deum auctorē mūditie ꝑ castitatē imitādo seqt. cū sit gloria magna seq̄ dn̄m q̇ nos p̄cessit i mūditia castitatis ꝯgo virginis fili⁹ ⁊ ꝯginū spōsus. Itē tā hoīb⁹ qꝫ angelis tā amabilē: ⁊ spectabilē facit hoīb⁹: qꝛ tā boni qꝫ mali venerant eā Angeli: qꝛ cū naturalr oē aīal diligat sibi simile angeli castos homines familiarius diligunt.

¶ De his qui valent ad castitatis profectum. Capi. xxxix.

a D castitatis āt acq̇sitiōeꝫ ⁊ ꝓfectū ac obseruatiōnē valēt ea q̇ supra posita sūt de remedijs luxurie. s. Alienatio: ⁊ sepatio feminaꝝ a viris.

Et consortiū contuberniale castorum quorū exē-plo castitas doceat. Itē deliciarū fuga que nutriūt carnis illecebras. Itē exteriorū sen suū custodia. vt nō videat: vel audiat vl' tā gat vā tētet. Itē ocij deuitatio. qd ē ianua oiuz vitiorum maxie carnaliū. Itē custodia i ternarū cogitationū. & affectionū cordis p qs coluber capit venenatū igerit. Itē orō nis frequētia q obtinet auxiliū a deo ɔtra omnes impugnationes.

De gradibus & pfectibus castitatis. Capi. xl.

Profectus vel gradus castitatis pluribus modis distinguit. Est. n. castitas ɔiugalis. vidual'. virginalis. Est ēt alia castitas i actu. Alia i affectu. Quidā. n. casti sūt cope. sed nō mēte: & qui dā casti mēte. lz corpe oporteat eos debituz reddere ɔiugale. Sz de castitatis gradibus sicut in religiosis ɔuenit videamus. Primus gradus ē ɔtinētia ab actu carnali cuz pposito manēdi: & oibus illicitis motibus ɔsensum negādi. Iste gradus est adhuc vici nus eterne voluptati pp ɔuersiōis nouitatē: q: vapor tangit eū carnalis tētatiōis. qsi fetor sodome ardentis. Ne igit quasi vxor loth. retro aspitiēs peat festinet ad mōtē: & sublimiōis castitatis gradū labore attinget vt saluet ne peat i scelere ciuitatis i peccato luxurie quo pleni peūt. Primus iste gradus ē adhuc i labore pugne: & in icerto victorie dū sola volūtas cū adiutorio grē pugnat ɔ quatuor hostes carnis pruritū. affectiōis appetitū. mūdi puocamēta ad libidinē. & demonū suggestionē. Et ita sūt qttuor ɔ duos. Cōfidat tn̄ volūtas bona & inhere at ei fideliter q dicit. In mūdo pssurā hēbitis. sz ɔfidite ego vici mūdū. Qui ēt diabolū fortiorē alligauit: & spolia eius distribuit: & cito inimicos eius ɔuertet ad pacē. & subiciet exactores suos carnis libidinosū. pruritū: & affectiōis illecebrosū appetitū. Secūdus gradus ē cū maceratione carnis: & p alia studia spūalia affectus mūdat: & caro ita spūi subiugat: vt rarius tētet: & mitius. Et qnuis adhuc plene n̄ careat ɔcupiarum stimulis: qsi spinarū aculeis: & iebuseus adhuc intra eius terminos lateat: tn̄ ita depssus & iminutus vt facili labore sedet eius cōmotio & ipando magis qz reluctādo isurgētē ɔpescat: nisi forte ex ppria negligētia & desidia vires sumere: & grauius ipugnare pmittat. Sic filijs israel dns ɔminat. Iudic. ij. Nō pp negligētiā hostes añ sibi vt subiectos noluerit a facie eorum delē. Ut p q peccauerūt: p h ēt punirēt. Vñ postea sepius ab eis sūt grauius tribulati & subiugati. Si hostibus igit vitiorum fidelr resisteremus: qñ nos ipugnare icipiūt n̄ solū n̄ viceremur ab ipis illa vice: sz etiā ita debilitarēt. q postea rarius auderēt nos ipetere. Sz si ipeterēt facile vincerent do nec penitus delerent. q vix auderēt mutire. Sz tepide reluctādo damus eis vires: & ausum sepius: & acrius nos deiceps ipugnādi. Sciēdū tn̄ q aduersarius. qñ fortiter vincit aliqñ diu expectat. qd de eodē vitio nō ex pugnat. donec iterim dissuescat hō ipugnare. Et ex tūc subito irruit vt iprouidos tan to securius psternat: qzto ad repugnandū i uenit ipitos. Exēplū d illo q sup hostē irruit cū iā arma dposuit: & se ad qescēdū ɔposuit: vl' adiutores suos post pliū a se dimisit q: iminētis pugne suspitionē nō habuerat. Mat. ij. Hostes iuda bellū ɔstituerunt die sabbato populo in qete & ocio existente. Et ita plurimos occiderūt. Semp ergo simus pati hostibus viriliter resistere: q: ipi n̄ quiescūt. nos ipugnare dū vident qescere. Q: h ipm cessare ab ipugnatiōe ipugnare est. q: illud cessare nō eorum clemētie ē: vel lassitudinis. sz astutie & fraudis. Hec qtuor dixerunt hostes nri. nesciāt & ignorēt. donec se uiamus i medio eorum: & iterficiamus eos: & Prouer. Intelligit inimicus cū i corde tra ctauerit dolos. qñ submisit vocē suā a sub iectione cessando ne credideris ei. qm̄. vij. nequitie sunt in corde illi qui opit odium fraudolenter reuelabit malitia eius. &c.

¶ Tertius castitatis gradus est ita edomi
tas habere carnis concupiscétias. q̄ vix ra
rissime ⁊ tenuissime sentiantur. Et ex affe-
ctu talez induisse se castitatis amoré: vt hor
reat ⁊ ita detestetur omnes carnales mot⁹
q̄ quasi nauseá inde patiantur: nec possit
audire tractari de operibus carnis: nisi cū
horrore cordis: ⁊ extorsione. Si vero p̄ vti
litate aliorū de matrimonij casibus aliq̄d
tractandum occurrerit ita quietos motos
sue carnis sentiat ac si de luto vel lapidib⁹:
vel similibus tractaretur. Et cum per sopo
rem somni humoris habundantia naturali
ter se resoluit ita quiete ⁊ insensibiliter pro
fluat: vt nec turpium fantasiarum imagina
tiōibus illudatur: nec ī sensu fede delectati-
onis titilletur. Ita q̄ perfecte castitatis de-
strictio prout in hoc peccati corpore potest
haberi a viris profectissimis obtinet. Ut
aūt stabiliter in hoc gradu: ⁊ continue pse-
uerent: puto ad hoc requiri priuilegiuz sin-
gulare eo q̄ supra possibilitatis naturalis
metas esse videatur in carne viuere: ⁊ car
nis vitia non sentire. Frigidi tñ ex natura:
vel ex debilitate corporis carnis motib⁹ ca
rere plerūq3 possunt. sed métis castitas cuz
predicta carnis puritate ex sola virtute cuz
dei gratia possidere. Unñ ⁊ propheta. Hec
quasi prodigiū miratur cum dicit. venite ⁊
videte opera domini que posuit p̄digia su
per terrá auferens bella vsq3 ad fines ter-
re. s. tentationum carnalium. vsq3 ad termi
nos mortis. Sequitur igitur. Uacate ⁊ vi-
dete quoniá exemplo sum deus. ⁊c̄. Uaca
tio notat quietem. Uisio intentionem. quia
bellis viciorū sopitis ⁊ hostibus subiugatis
mens valet iam in se quiescere: ⁊ deo inten
dere ⁊ intelligere. qm̄ ipse est deus qui taz
potenter potuit: ⁊ tam pie voluit impetus
tentationum: ⁊ vitiorum comprimere: ⁊ pa
cem facere quá se per scripturas sepe pro
mittit homini bone voluntatis donare. Le
ui. xxiij. Dabo pacé visceribus vestris. dor
mietis: ⁊ non erit qui exterreat. auferá ma
las bestias. ⁊c̄. Qui deo vult intédere ne
cesse habet vacare: ⁊ se sup̄ se leuare. p̄s.
Elongaui fugiés: ⁊ mansi in solitudine. Ex
pectabam eum qui saluum me fecit. ⁊c̄.
Treñ. iij. Bonum est prestolari cum silen
tio salutare domini sedebit solitarius: ⁊ ta-
cebit: quia leuauit se super se. Uacandum ē
a concupiscentijs: a perturbationibus. ab
occupationibus mundanis. Ista maxime ī
pediunt vacationem spiritualem. Qui aūt
nihil concupiscit in mundo pro se vel p̄ ca
ris suis iam non habet vnde perturbetur:
quia nihil timet amittere comodi honoris
vel rerum ⁊ si excutiat se a factis alienis vt
nec curiose discutiat: nec temere iudicet ea
nec occepetur cogitando: ⁊ tractando po-
test se tanto liberius ad interiora transfer-
rere intuéda quanto ab exterioribus ē ma
gis expeditus. Nam qui in superioribus
intendere. debet ab inferioribus liber eē.
8 Si vero deſiderat aliquis experiri. Utrum melius ſit ſepius an rarius corporis chriſti ſuſcipere ſacramentū: videtur mihi ꝙ non poſſit ſuper hꝫ omnibus dari regula vniformis. Uana enī ſunt hominum merita: diuerſa operuꝫ ſtudia ⁊ dura deſideria: ⁊ multiplices ſancti ſpiritus operationes in ſingulis. Et diuerſi etiam ſtatus in religione. Et ideo ſicut egrotantibus non poteſt vna forma obſeruari in dādis medicinis corporis: ſiue propter diuerſitates complexionum: aut virium: vel loci vel temporis ſeu diete: vel aliorum conſideratione pro quibus aut rarius aut ſepius: aut in maiori: aut in minori quantitate ex eadem medicina daf. Ita ⁊ de medicina que eſt corpus chriſti intelligendum eſt. Mundialibus enim curis occupati rarius poſſunt ſeſe ad illud recipiendum expedire q̄ꝫ qui tm̄ ſpiritualibus curis ⁊ ſtudijs ſunt intenti. Et alij magis: alij minus ſunt circūſpecti in cuſtodia vite ſue ⁊ morum ⁊ conſcientie ſue puritate. Aliquādo etiā ardentiori deſiderio trahuntur ad illius cibi ſalutarem perceptionem. Alij vero quodammodo terrentur cuꝫ debent accedere: ⁊ niſi cōſcientia vigeret ⁊ conſuetudo religionis induceret: vel timor maioris adeo elongationis ipelleret: valde raro accederent ad illud mirificum ſacramentum. Uix tamen aliquis ita religioſus videtur eē ⁊ ſanctus exceptis ſacerdotibus quin ſemel in ebdomada ſufficiat ei ex conſuetudine communicare niſi ſpecialis cauſa quandoqꝫ ⁊ raro plus ſuadeat: vt infirmitas ſuperueniēs vel ſingulariter ſolemnis feſtiuitas vel immenſitate deuotionis feruor ⁊ intemperata deſiderij ſitis pro illius ſuſceptione: qui ſolus ſufficit ardorem anime ſe amantis refrigerare. Et quia talis ardoris impetus non niſi a ſpiritu ſancto infunditur: ideo legibus humane conſuetudinis ⁊ ſtatutis mortalium nō arctatur: ſicut aliquos quandoqꝫ vidimus: licet paucos quibus viuere chriſtus erat: ita vt ſi non frequentius pane vite reficerentur ſacramentaliter quaſi videatur vita corporis velle iam deficere pluribus inditijs prodentibus hunc defectum. Et qui ante tam debiles erant ꝙ nec inceſſum directum habere poterant poſt receptionem illius ſacramenti tantum confortabantur quaſi nullam ante ſenſerint debilitatem. Manifeſte iuxta illius ſententie veritatem. Caro mea vere eſt cibus ⁊ ſanguis meus vere eſt potus: quia nullus cibus materialis vel potus poſſet ſic celeriter ⁊ efficaciter non ſolum corpus ſed etiam animam recreare. Salubre ⁊ vtile eſt tamen ꝙ homo ſepe ſe ad illius medicamenti ſuſceptionem preparet: ⁊ quanta deuotiōe valet illud percipere ſtudeat ⁊ poſt perceptionem in ſtudio deuotionis ſe conſeruet attentius maxime religioſi: ⁊ qui ſe obtulerunt deo ad ei perpetuo ſeruiendū. Sic enim erunt in maiori cuſtodia vite ſue ⁊ conſcientie: dum ⁊ ante ⁊ poſt euchareſtie pceptionē ob reuerentiam ipſius ſtudent magis innocenter viuere ⁊ ſtudio deuotionis frequentius intendere. Et licet aliquando tepide: tamen confidens de miſericordia dei fidutialiter accedat: q: ſi ſe indignum reputet cogitet ꝙ tāto magis eger neceſſe hēt requirere medicū quāto magis ſentit ſe egrotum. Non eſt enim opus valētibus medicus. Nec ideo queris te iungere chriſto vt eum ſanctifices: ſed vt ſanctifi-

ceris ab ipso. Nec propterea pretermitten-
da est sacra cõmunio si quandoqꝫ non sen-
tit homo specialem deuotionis gratiam cũ
se ad illam preparare studet: vel cum in ipa
preparatione nihil post se forte minus de-
uotum sentit q̃ꝫ vellet: q: forte ex aliqua pre
dictarum causarum ratione solet illis eue-
nire. Circa sacerdotes autem põt hec for-
ma teneri: vt nec nimis caro nec semper cõ
tinue ꝛ ĩpretermisse sacram hostiam stude-
ant imolare. Nimis enim continue celebra
re aliquam videtur notare irreuerentiã: cũ
vix aliquis tam deuotus sit ꝙ semper eadẽ
deuotione ferueat ꝙ semper illud cum de
bita reuerentia faciat ꝛ cordis ardore: quin
aliquando tepeat quantulũcunqꝫ. Nimis
etiam caro celebrare: quãuis ex reuerentia
soleat aliquando fieri ꝛ humilitate: tamen
quandoqꝫ torporem nutrit: quia minus cir
cũspectus est homo in omnibus quasi non
indigere videatur sui custodia cum non pro
ponit accedere ad mensam christi. Humili
tas etiam non est vsqꝫ quaqꝫ secura ꝑpter
quã diu se subtrahit: q: sicut non est dignꝰ
sepe corpus xp̃i percipere ita nec semel. Jõ
non recipimus illud: quasi qui digni sumus
sed vt illo nos sepe visitante: ꝛ habitaculuꝫ
cordis ꝛ corpis nostri subintrante magis
ac magis digni efficiamur. Quo eniꝫ ĩtro-
ierit benedicet deus sicut olim domũ obed
ꝛ edom benedixit ꝑꝑ arcaꝫ domini in qua
mãna seruabat: ꝑpter h̃ Dauid voluit cã
reducere cũ benedictiõe. Sap. viij. Pro-
posui eam adducere mihi sciens quoniam
communicabat mecuꝫ de bonis suis. Que
bona pretereo: quia in scripturis pluribus
inueniunt.

De diuersis affectionibus quibꝰ trahimur ad communicandũ: ca. xxij.

(d) Diuersis autem affectibus ꝛ in-
tentionibus diuersi ad cõmuni
candũ trahuntur: vel ad celebrã
dum. Aliquos trahit amor dei
vt dilectum ad se sepius inuitent: eumqꝫ in
semetipsis delectabiliter amplexentur. Ali-
quos proprie infirmitatis intuitus: vt eum
quasi medicum ad se vocent per quem ab
infirmitate curentur. Aliquos conscientia
delictorum suorum vt per euꝫ quasi per ho
stiam placationis ab omnibus peccatis ex
piati purgentur. Aliquos pressura alicuius
tribulationis: vt per eum qui omnia potest
ab omni aduersitate citius liberentur: ꝛ tuti
us protegantur. Aliquos desiderium alicu
ius gratie vel benefitij impetrandi per euꝫ
cui pater nihil negare potest pro se interce
dentem. Aliquos gratiarum actio pro be-
nefitijs diuinis: cum nihil dignius habeat
reddere dño pro omnibus que nobis tribu
it q̃ꝫ calicem salutaris. i. iesu accipere. Ali-
quos laus ꝛ honor dei ꝛ sanctorum: cũ nõ
habeamus maius quo possimus: vel san-
ctos pro sua dignitate laudare q̃ꝫ christum
ĩmolare deo patri. Aliquos caritas ꝛ com
passio proximorum cum pro salute viuoꝝ
ꝛ requie defunctoꝝ nihil efficatiꝰ interpel
lat q̃ꝫ sanguis xp̃i pro nobis effusus: hoc ẽ
summũ auxiliũ nostrũ cũ oramus deũ: ꝛ il-
lum intercessorẽ inuocamus: qui nos patri
recõciliauit: ꝛ semp interpellat pro nobis.
Posce ꝙ ignoscat deꝰ malis: aut bona det
aut mala tollat: ꝛ pro concessis tibi grates
dando vigil sis.

De his que petunt in oratiõe. ca. xxiij.

(m) Multis de oratiõis studio ꝛ vir
tute omissis: q̃ studiosius orans
meliꝰ per experiẽtiã discet hõ
in fine dicendũ ꝙ oĩa que peti
mus sunt ista: aut oramus ꝑ mal' q̃ fecimꝰ
ignoscẽdis: aut ꝑ mal' q̃ patimur ammouẽ
dis: aut pro bonis que cupimꝰ adipiscẽdis:
aut cũ gratias agimꝰ pro acceptis vel pro
promissis: que nobis cõcedat deꝰ. Qui vi
uit ꝛ regnat in sec̃la secl'oꝝ Amen.

¶ Incipit regula nouitiorum secundum Bonauenturam abbatē.

r
Enouamini i nouitate sensus vestri: vt probetis que sit voluntas dei bona beneplacēs et perfecta. Hoc dič Apostolus in persona nouitiorum et hijs qui fuerunt per peccatū in seculo deformati et erant tenebrosi: modo in religione positi per finalem sententiam reformentur et fiant luminosi: vt dicatur de eis. Eratis aliquando tenebre: nunc autem lux in domino vt filij lucis ambulate. Qui ergo desiderat in spiritu et moribus reformari studeant vitam suam subscriptis rationibus reformare. Cognoscent enim quia voluntas dei erit eis bona quantū ad remissionem culpe deformantis: beneplacēs quantū ad infusionem gratie deformantis: sed perfecta: quantum ad fruitionem glorie premiātis: in qua recipiēt diadema decoris de manu domini iesu qui retribuet vnicuique iuxta opera sua: iustus est et iustitiam dilexit.

De offitio. Capitulum primū.

c
Um spūalia sint speret vbique omnibus preponenda iccirco cū fueris in ecclesia vel alibi ad diuinū officiū celebrandum: nō sis ibi cum vagatione cordis: interponendo nociua cogitando diuersa: quia dicit Bernardus. Magna abusio ē habere os in coro et cor in foro. Nam de talibus dicitur: per prophetam ore suo benedicebant: et corde suo maledicebant. Sz dicas cū profunda cordis humilitate et reuerentia et timore. Nam teste scriptura. Timor domini delectabit cor et dabit gaudiū et letitiam: Et stude intelligere ea que dicis si potes: si vero non potes intelligere: reuerere: quia sicut dicit sapiens: per reuerētiā accedet ter bona gratia: et semper ad totum officiū sis erectus tā in officio beate Marie virginis qz in alio hoc modo excepto: quia in nocte dicto matutino beate virginis: licet tibi apodiare. Officium vero beate virginis nunqz dimittas: et quādiu stas in offitio totaliter sis honestus vt non respicias circūstantes nec cū aliquo loquaris ibidē: sz inclinato aliquātulū capite dimissas manus habeas ante: aut in modum crucis: aut manū in manu portans. Nunqz autem ante pectus vel in sinu vel in loco inhonesto portes. Cogitās te esse non solum corā fratribus sed etiam coram deo et angelis eius. Nam teste propheta qui dicit. Preuenerunt principes .i. angeli coniuncti psallentibus. Et sis semper sollicitus ad horā ne aliquādo negligentia vel verecondia ductus aliquod verbum pretermittas. Et non dicas horas tuas solūmodo prolatione vocis exterioris versipelles: de quibus conqueritur dominus per prophetam: dicēs. Populus hic labijs me honorat: cor autē eorum longe est a me. Caue tibi multum ne aliquid facias vel dicas ibidē quod alios prouocet ad risum: quia sicut dicit Isidorus. Nullus habebit accessum ad compositionem vbi fuerit inmoderatus iocus vel risus: sz

iocundatio tua sit semper in iesu: et meditatio tua sit semper in iesu vt psallendo et meditando possis dicere cũ propheta. Et erũt vt complaceant eloquia oris mei et meditatio cordis mei in conspectu tuo semper et dicta qualibet ora dicas. Miserere mei deus: cum oratione. Omnipotens sempiterne deus qui gloriose virgis marie matris.

¶ De oratione. ca. ij.

Cum dominus dicat in euangelio: q: oportet semper orare et non deficere. Stude semper expendere tempus tuum: aut in oratione: aut in lectione: aut in bona meditatione: aut in seruitijs. Nõ eniz cessat orare qui non cessat benefacere. In oratione aũt frequenter et morose permaneas cum profunda cordis deuotione et humilitate. Oratio autem humiliãtis se nubes penetrat: iuxta sentẽtiã sapientis. Quicquid autẽ in oratione petieris cum fiducia ĩpetrandi petas. Ueritas enim dicit. Quicquid orantes petitis credite et accipietis et fiet vobis. Sit autem oratio tua in excelsa charitate fundata. Grego. eniz dicit. Quia virtus perfecte orationis est celsitudo charitatis. Sit secreta: verecunda: iusta: lachrymosa et frequens: et quia oratio nihil aliud est accensus intellectus ad deum: iccirco antequã incipias orationem prepara te ad intimam deuotionem. Si vis attingere ad diuinam pregustationem. Nam teste Gregorio: oratio sit cordis non labiorum. Nec inquit verba deprecantis tantũ deus intendit: sed cor orantis aspicit: et ideo dicit sapiens. Filij ante orationem prepara animam tuam: et noli esse tanq̃ ille qui tentat deuz. Tunc enim orator dicitur temptare deum: quando absq; cordis preparatione currit ad vocalem orationem et petit ibi diuinam speculationem. Si vix aut nunq̃ poterit impetrare: quia talis dicitur non deuotus orator sed potius verborum latrator. Si ergo vis affici in oratione prepara cor tuum ad deuotionem. Nam de cordis preparatione dicit dominus per prophetam. Preparationem cordis eorum audiuit auris tua. vnde legitur in vitis patrum. Quales volumus orantes inueniri: tales debemus ante tempus preparare nos. Ad istam autẽ preparationem tria occurrunt. primo vt dicit Gregorius. Quinq; sensuũ reuocatiões s. ab exterioribus vt ad nihil intendat: nisi ad quietem mentis: ne forte anima que soli deo vacare intendit per eos ad plura diffundatur. Nam si inuisibilis anima inuisibili deo conformis est dum deum orat debet omnium visibilium obliuisci: vt inpermixta terrenis ad celestia cito tendat. Anima enim in modum arboris cogit leuari: vnde Grego. dicit. Tanto auidius gustum sapientie orator intus acciperet: quanto saporez carnis pro eodem sapientie fonte robustium repressisset. propter qđ dicebat dominus. Tu autẽ cum oraueris intra in cubiculum tuum et clauso ostio ora patrem tuũ Sed quia nemo ascẽdit ad dei cõtẽplationẽ nisi prius descendat per sui humilitatẽ ideo sequit. scđo. s. prie paruitatis consideratio. Si autẽ vis videre tuã paruitatẽ qui oras cõsidera illius imẽsitatẽ que oras. Nã nihil est respectu dei viuentis. Tu eniz es vermiculus putridus: ipse vero deus ẽ eternus. Tu creatura mortalis et infirma: ipse vero creator oĩpotẽs. Naz tamẽ cũ nihil sis ips̃ deũ honorasti tanq̃ creatura creatorẽ suũ et tanq̃ seruus dñm suũ. Quid periculosius est: peccando eũ ad iraz prouocasti: et semp eum suis stipendijs impugnasti: et iđ nõ es dignus exaudiri: sed potius cruciarũ eternis et sic mentaliter descende ad infernum cogitãdo. s. grauia peccata que comisisti et quãtam gloriã perdidisti et q̃ dura supplitia incuristi: vt cogitando cognoscas tuam transgressionẽ: et q̃ iuste dãnatus es: et diuinam passionẽ, qua redemptus es. Nunc

igitur ſequitur tertium.ſ.chriſti redemptoris ignita dilectio. Si auté vis diligere xp̄ꝫ conſidera quãtū fueris dilectus a chriſto. Nam maiorem charitateꝫ nemo habet vt animá ſuam ponat quis pro amicis ſuis.ſꝫ chriſtus plus:quia pro nobis inimicis ſuis mortuus eſt. Cogita ergo hec grandia benefitia dei:qui deberes meritis tuis etenaliter cruciari:voluit tamé ipſe dei filius pro te redimendo de muliere paupercula naſci:⁊ crudeliſſima ſupplitia pati ⁊ horibile morte mori vt mortuus ad inferna deſcenderet:⁊ nos de inferni pelago liberaret:⁊ in celeſti collegio collocaret. Et aſcende métaliter ad illud collegium beatorum:⁊ tunc diuina charitate ignitus incipias orare feruenter: vt poſſis dicere cuꝫ propheta. Collocauit cor meū intra me ⁊ in meditatione mea exardeſcet ignis:⁊ dū diu oras ſpeculare illá celeſtem hieruſalem triumphalé vt orando poſſis dicere cū apoſtolo. Noſtra auté conuerſatio in celis eſt. Oratiões autem quas facis ſemper habeas ſub certo numero terminatas quas nunq̄ꝫ dimittas niſi manifeſta neceſſitate vel infirmitate coactus que ſunt he. Primo ad laudem dei ⁊ beate virginis quotidie inter diem ⁊ noctem dicas centum pater noſter cum gloria patri:⁊ totidem aue maria cū genuflexionibus. Ité dicas quotidie pſalmos penitentiales cū letania pro benefactoribus viuis:⁊ vigilia defunctorum:hoc eſt placebo:⁊ alias facias ſicut tibi dominus miniſtrabit. Hic tamen attende vt in oratione quam facis magis ſtudeas ad deuotionem q̄ꝫ ad conſumationem:vt ſtatim cum inueneris chriſtum orationé vlterius nó protendas. Sed eo fruere qué querebas: dicens cum ſponſa. Inueni qné diligit anima mea tenui eum nec dimittam:⁊ ſubtrahente ſe ieſu orationé perficias q̄ꝫ incepiſti:⁊ conſulo tibi vt nunq̄ꝫ predicta dimittas. Nó enim qui incipit eme daẗ:ſed qui finaliter perſeuerat. Oro ergo cariſſime ⁊ te in oratione exerce quia pauperi nó oranti eterna ſupplicia promittunẗ. Ait enim Bernardus. Ora frater inſtanter:ora quia ille dicitur habere tunicá mixtá ſanguine qui carnem ſuam nutrit de pauperis ſudore. Cantádo vobis inquit iſta bona preueniunt: graues ergo pro eis effundite gemitus:alioquin qꝛ hic in delitijs ſumitis in torméntis euometis. Studeas ergo tanto feruentius ⁊ moroſius cū feruore deuotionis orare:quanto plus ceteris maiora benefitia tibi conferunẗ:qꝛ ſicut dicit Grego. Tanto ergo humilior:atqꝫ ad ſeruiendū deo próptior: qſqꝫ debet ex munere quáto ſe obligatioreꝫ cōſpicit in reddédá rationé:⁊ oīs oratio tua ſemp̱ voluaẗ circa dei benefitia collata cuꝫ gratiarū actióe:aut circa tua ⁊ proximi ſcelera perpetrata cū oī dolore ⁊ lachrymarū effuſione. Iſta eſt ſcala per quam vidit Iacob angelos aſcédétes ⁊ deſcédétes:⁊ quotidie ſemel a fratrū ꝯſortio ſeparatus. Stude aīuꝫ tuū ab oī ſollicitudine reuocare:⁊ illicitis cogitatióib⁹ īmixtus cū ꝓfunda cordis hūilitate ⁊ deuotióe grãrū actóe recogita circa bñfitia creatoris ⁊ maxíe qm̄ pro te voluit hūiliter īcarnari:⁊ acerbiſſima ſupplitia pati ⁊ morte turpiſſima mori:q̄ át de paſſióe tūc debeas cogitare:vñ dič Ber. O hó reſpice métali oculo quáto remunerationis debito dño tuo ſis aſtrictus. Reſpice ſanguiné alapaꝝ:ꝯtumeliá:flagelloꝝ duritiá:coroná ſpineá:v̄boꝝ blaſphemiá:ſputi ludibria:crucis angariá:ſuſpédiū patibuli:oculos láguétes:oris palorem:felica cibaria:acetoſa pocula:caput inclinatū: mortis ſupplitium. Et quid plura. Vita pro nobis mortua é. Et cū hec prolixius cogitaſti:conuertere protinus ad teipſum ⁊ cóſidera qꝛ xp̄s non ſolū ſupradicta ſed etiam alias mlˀtas ſuſtinuit paſſiones:vt te de ſeruitute diaboli liberaret. Et tu ingratus bñfitia creatoris tui non cognoſcis cum ſis ſua morte redemptus: ⁊ non ſolum ardentius non amaſti:ſed peccando potius īpugnaſti ſicut

ipse conquerit per prophetam dicens. Qui retribuebat inquit. mihi mala pro bonis: et odio pro dilectione mea. Et prolixa hora cogita cum dolore quantum et qualiter deum offendisti: et per consequens quantam gloriam amisisti: et quanta supplicia acquisisti et in hoc liquefiat anima tua dolendo: et penitendo in amaritudine lachrymetur vt possis dicere cum propheta. Exitus aquarum deduxerunt oculi mei: quia non custodierunt legem tuam. Ad vltimu3 vero surget sperando de misericordia iesu christi. Patiens enim est et multum misericors sicut dicitur in ps. Et ideo confidenter et humiliter roga eum: vt qui sua morte te redemit et redemptu3 de mundo te vocauit in religione positum immaculatum finaliter te conseruet in sanctorum collegio. Deinde roga deum pro ecclesia romana.

¶ De confessione. ca. iij.

Quia ad remissionem peccatorum requiritur contritio amara: confessio pura: et satisfatio condigna. Iccirco antequam vadas ad confessioné omnia peccata que post predictam confessioné fecisti: vel corde vel ore vel opere: aut omittendo bona: aut cómittendo contraria cum profunda contritione ad mentem reuoca diligenter ne ea in confessione pretermittas: cũ singula ad mentem reuocaueris verecon de vade ad sacerdoté et deposito mantello humiliter genu flecte et cum extracto capucio et iunctis manibus dicas. Cófiteor: vsq3 ideo precor: et hic icipias dicere peccata que cogitasti sepius: et pro singulo peccato dicas tuam culpam: quibus dictis iũgas vltimo dicés: et de istis et de aliis multis peccatis meis mortalibus: venialibus confessis et ommissis quibus offendi creatorem meũ: visu: auditu: gustu: odoratu: et tactu. dico meam culpam. Ista sufficiunt ad confessioné frequentem cum volueris prolixius confiteri dicas de offensionibus regule: maxime de obedientia: paupertate et castitate: et exprimas si in aliquo istorum offendisti. Item de multa ingratitudine et irreuerentia quã habes circa temporalia et spiritualia benefitia: nam spiritualia non cognoscis iuxta beneficium redemptionis et religionis: quia cum gratiarum actione frequéter ruminare debuisti: et etia3 de benefitiis corporalibus es ingratus: quia pro elemosinis acceptis non reddes deo debitas gratias sicut debes: et paru3 pro benefactoribus oras. Item de modica charitate qua3 habes circa deum et proximum: quia deum non diligis sicut debes toto corde: nec obedis suis consiliis et preceptis sicut debes: sed quod periculosius in eius volũtati resistis frequenter: nec etiam diligis proximum sicut debes quia nõ congaudes ei in prosperitate nec in aduersitate cópateris sicut debes. Itẽ de perditione temporis: quia stas ociosus in die audiendo verba vana et ociosa et nociua ad risum prouocantia. Item de inhonestis et nociuis cogitationibus luxuriosis et ociosis quibus non resistis humiliter sicut potes: sed forte quia peius est negligis principia motuum carnalium qui insurgunt. Itẽ de multa superfluitate in comedendo et bibendo et alia non necessaria faciendo. Ite3 de falso et temerario iudicio. Item de vana letitia et tristitia. Item quia tu es próptus ad malum et remissus ad bonum. Itẽ de multa superbia: vanagloria: inuidia: iactantia: auaritia: accidia: et luxuria. Item de modico quem habes de peccatis tuis dolore: et non doles de offensibus sicut debes: et de aliis dicas que conscientia reprehendit: et dũ hec oia dicis descende ad similia que fecisti: et semper accepta penitẽtia osculare terram: et sit confessio frequens: aperta et integra: vereconda: et lachrymosa et cum contritione: et sine excusatione. Et si potes confiteri quotidie bene quidem: sin autem de

ertio in tertium diem saltem studeas confiteri: ⁊ studeas generaliter annuatim ꝯfiteri.

¶ De sacramento eucharistie. ca. iiij.

c

Um apostolus dicat ꝙ qui illud incogitabile sacramentum indigne mãducat iuditium sibi manducat ⁊ bibit. Idcirco quã docũq̄ cõmunicare proponis: studeas per totam ebdomodã precedentem ad hoc preparare: ⁊ per peccatoꝝ contritioné ⁊ continuam confessioné ⁊ deuotam orationem. Nam de hac preparatione loquebatur Apl's cum dicebat. Probet autem seipsum homo ⁊ sic de pano ille edat ⁊ de calice bibat. Quod si in die dominico proponis cõmunicare studeas te ante ꝑ triduũ ad feruorem spiritus ordinare vt sis in sexta feria precedenti ab omni cogitatiõe immunda abstractus. semper autem habeas mentales oculos ad iesum crucifixum: spinis coronatum: aceto felle potatum: sputis ⁊ contumelijs saturatũ: a pctõrib⁹ blasphematum: acerbissima morte consumptũ: lancea perforatum: a mortalibus iam sepultum. Hec cogita illa die siue comedas siue bibas: siue aliquid aliud facias vt cogitando creatorem crucifixum: dolorem in corde habeas: tota die ostendas tristitiam in corde in corpore: dicente cum Apostolo. Mihi autem absit gloriari nisi in cruce domini nostri iesu xp̄i. Sabbato ꝓponas penitus fratrum consortia declinare: ⁊ quietem mẽtis eligere. Dies enim requietionis est: ⁊ pone strictum ori tuo silentium vt saltem illo die non solum ociosa verba succidas: sꝫ ipsa necessaria vix loquaris. Nam teste Ieremia. Bonũ est prestolari cum silentio salutare dei nostri: ⁊ vsq̄ ad complectoriũ exerceas te aut in lectione: aut in bona meditatione. Post completorium vade in ecclesiã ⁊ ibi reuoca mentem tuam: vt quicquid cõtra creatorem tuum fecisti: recogita cũ dolore ⁊ amaritudine cordis dicendo cũ propheta. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine anime mee. Et semper quando communicare proponis: die precedenti ieiunes ⁊ post matutinum non dormias: sed vigila in oratione: sciens ꝙ in vigilia post matutinum saluator noster potissime inuenitur ipso attestãte qui ait. Qui mane vigilauerit ad me: inueniet me. Cum communicatus fueris, statim vade ad cellã tuam: ⁊ cum gaudio magno ipsius communicationis affectum quem quidem ipsa veritas exprimit dicens. Qui manducat meã carnem ⁊ bibit meum sanguinem habet vitam eternam: ⁊ immediate dicas psalmos penitentiales cum letanijs: ⁊ caue illa die similiter ne egrediant̃ verba nociua vel ociosa de ore tuo propter quod intrauit iesus refectio gloriosa: teste Apostolo. Nemo põt digne calicem domini ⁊ calicem demoniorum sumere. De frequentatione vero communionis nec audeo suadere nisi ꝙ aug. suadet. ait. n. Quotidie eucharistiã recipere nec laudo nec vitupero omnibus tamẽ dominicis diebus communicandi ortor: si tamen mens in affectu peccandi est magis grauantur q̄ꝫ purificantur: ⁊ tamen licet quis peccato mordeat. Si tamen de cetero non habet voluntatem peccandi ⁊ satisffaciat lachrymis ⁊ orationibus accedat securus: sed de illo dicat quem mortalia peccata non grauant.

¶ De comestione. ca. v.

c

Um pulsatur campanella ad mensam vel ad comedendum stes in silentio: ⁊ examina te ipsum quomodo in orationẽ vel lectione vel in seruitijs laborasti: vt preparatas elemosynas possis secura conscientia manducare. Nam peccatores ibi elemosinas largiuntur non vt loquaris de partibus vel de guerris vel nu

neas ociosus: sed vt pro eis incessanter ad dñm fundas preces: q si te inueneris ociosum stetisse: aut dixisse illicita timeas cũ dolore cordis: sciens q de elemosinis accepti oportebit te reddere rationẽ vilicatiõis tue & vsq ad secũdã pulsationẽ cogita supradicta semp pro benefactoribus exorando. Cũ aũt intraueris ad mẽsam sede circa honestiores si fieri põt bono modo: & anteq inci pias mãducare dicas glia in excelsis deo: vel tribus vicibus pater noster: & inuocando nomẽ sancte trinitatis: dicendo in nomine patris & filij & spũssancti amẽ. Et tunc incipias mãducare cũ timore & dolore cordis vt verificent in te illud. Anteq comedo suspiro: & sic Bernardus dicit. Cũ comedis nõ totũ comedas sed attendas lectioni si fueris vbi legat. Si vero nõ legit ibi dẽ cogita de deo vt vtiq hõ sit ppria refectione refectus. Sis ergo in mẽsa honeste: capite semp cooperto: oculis nõ difusis: & nulli loquaris inde nisi necessitate coactus: nec cures scire quid vel quãtũ vel qualiter alij mãducẽt. Paulatim incidas panẽ: & vinũ moderate propina: vt cũ comedas nec panis incisus nec vinũ in cipho sit: nec sis primus in comedẽdo nec vltimus in finiẽdo. Et dũ sanus es nunq panẽ eligas meliorẽ nec deteriorẽ tantũ dimittas ne deũ offendas & primũ scandalizes: sed cõmunit mãduca illũ: & nõ comedas rapaciter sicut faciunt gulosi: quorum deus vẽter ẽ: sicut dicit apls. Sed curialiter & honeste manduca sicut decet religiosum & pauptatis sanctissime sectatorẽ: & cũ biberis dicta aue maria cũ duabus manibus bibas: nc qd dat tibi ad nutrimentũ fiat tibi in detrimẽtũ. habet eniz ad libidinẽ prouocare: sicut dicit sapiens. q: luxuriosa res est vinum. Et iõ dicit apls. Nolite ebriare vino in quo est luxuria. & alibi. Semp modico vtere vino. Appone igitur semp aquam in vino: specialia tibi nunq procures: nec oblata recipias si euitare poteris bono mõ. Ensenia nõ mittas per mensam nisi forte illis qui iuxta te sunt. In fine vero micas diligenter collige & manduca: q: dicit dñs colligite fragmenta ne pereant.

C De abstinentia. ca. v.

Cum dñs dicat in euãgelio. Attendite ne grauẽtur corpora vestra crapula & ebrietate. In hius mũdo semp stude crapulaz fugere & ebrietatẽ & sobrietatez elige: q: dicit sapiẽs. Multi per crapulam perierunt: qui abstinens ẽ adijcet sibi vitaz Si ãt fueris ad comedẽdũ: nõ sapor sed fames te prouocet: vt dicit Bernardus: vt nunq voluptate sed necessitate pascaris: q: dicit Aug. Mẽs lassata nimietate ciborũ perdit orationis vigorẽ. Toto tempore vite tue modico & cõmuni cibo vtere: quia dicit Isidorus. Vbicũq sacietas & ebrietas ibi libido & furor dñatur: & ne modũ excedas in comedendo & bibẽdo sicut dicit Isidorus. Tantũ tibi ieiunij ipones quantum ferre potes: Melius est eniz inquit quotidie parũ q multũ raro sumere. Augu. Quid eniz pdest tota die lõgũ ieiunium durare & postea sacietate vl nimietate aiaz saturare. & caue ne de cetero specialitatẽ vel singularitatẽ tibi pcures. Sed oi tpe qui sanus es ijs cibarijs esto ptentus: vt pane: & vino: & coquina tantũ: & si aliquid apponat si indiges accipias moderate sicut decet seruum dei & paupertatis sanctissime sectatorẽ. Cibaria vero que magis pnocent ad gulam q ad sustẽtationẽ nature semper deuita: sicut sunt cibaria inusitata vel delicata. s. speciebus cõposita & similia. Nam sicut dicit Bernardus. Satis est ad omne condimentum sal cum pane & fame: nec tamen ea occasione permittas aliud tibi dari quia tunc nõ eẽt abstinentia sed simulate sanctitatis apparentia. Caue etiam vt non manducando manducantes iudices vel condẽnes: q: sicut dicit Augu. Qui nõ maducat mã

ducantes nō ſpernat: ⁊ ecōtrario. Qui enī māducat dño māducat: ⁊ qui nō manducat dño non māducat. Namextra refectoꝛium nunq̄ȝ comedas niſi neceſſitate vel infirmitate coactus: ſed cōmunem vitam ſemp in bono ſequaris: ⁊ omni tpe quando ſanus es quadrageſimā epiphanie ⁊ aliā apoſtoloꝝ que incipit ab aſcenſione vſq̄ȝ ad pentecoſtē ⁊ diē ſabbati ſemp ieiunare pcures: ⁊ qñ abſtinētia tibi īpoꝛtabilis videret̄: ſtatim cogita de ieſu: qui cū eēt dñs omnium: in anxietate patibuli eſt fatigatus: ſpinis coronatus: clauis perfoꝛatus. ſitiens potatus ē aceto cum felle mixto. Tunc enim talia cogitādo nō ſolū ciboꝛum abſtinētias: ſȝ quaſi oēt pſperitates ⁊ paſſiones facile ſuſtinere valebis. Ait enim Grego. Si paſſio chꝛiſti ad memoꝛiā reuocet̄ nihil adeo durum ꝙ equo animo nō tolleret̄. Abſtineas igit̄ maxime frater a cibis delicatis ⁊ calidis: quia ſunt incitatiui ad nutrimētū luxurie: ⁊ ſemper in oī cibo ⁊ potu ſuperfluitatē ⁊ auiditatē deuita: vt ēt poſt comeſtionē videare exuriri: ⁊ famelicus eſſe ſi vis in eterno cōuiuio ſaturari. Ait enim Hieronym⁹. Impoſſibile ē enim vt pſentibus ⁊ futuris qs fruat̄ bonis: vt hic ventrē ⁊ illic mentē impleat: ⁊ de delitijs mūdi ad delitias angelorum tranſeat: ⁊ in celo ⁊ in terra appareat glorioſus. Beati ergo qui exuriūt ⁊ ſitiunt in pñti: quoniā ipſi ſaturabunt̄ in futuro.

De doꝛmitione. ca. vij.

Semper cū ad hoꝛam pueneris doꝛmiendi nō peruento tempore. pꝛimo aſpergas te aqua benedicta: ⁊ tunc vadens ad lectū aliquam oꝛationem permittas: ⁊ facto tibi ſignaculo crucis in lecto: ⁊ te domino humiliter commendato honeſte ⁊ compoſite iaceas in dextro vel in ſiniſtro latere: nunq̄ȝ tamen ſupinus vel aliter inhoneſtus: nunquā doꝛmias cum manibus in ſinu poſitis: nec cruribus eleuatis vel diſcopertis: ſed ſemper teneas tunicam inter crura: vt nullus te inueniat inhoneſte iacentem. In lecto autem ſic poſitus dicas pſalmos vel aliud vtile meditare: vel quod vtilius eſt imaginare ieſum in cruce pendentē. Qđ ſi ſollicite agitabis vix aut nunq̄ȝ poterit te diabolus moleſtare: quia per deuotam meditationem ieſu omnis demonum exercitus efugatur. Cum autem ſurrexeris de lecto ſtatim recurre ad memoꝛiam crucifixi: vt cum apoſtolo nihil ſcias inter homines niſi ſolum ieſum ⁊ hunc crucifixum. Ait enim Bernardus. Totus ſit tibi crucifixus in coꝛde qui pꝛo te fuit fixus in cruce: ⁊ facto tibi ſigno crucis vade ad eccleſiam feſtinanter ⁊ aſperge te aqua benedicta ⁊ ingrediens eccleſiā dicas. Introibo domine in domum tuam ⁊ adoꝛabo ad templum ſanctum tuum in timoꝛe tuo. domine deduc me in via tua pꝛopter inimicos meos dirige in ꝯſpe. tuo viam meam. Cum autem perueneris ad altare humiliter genu flecte ⁊ deum adoꝛa ⁊ lachꝛymare ſi potes: ⁊ facias ibi oꝛationem quam dominus monſtrabit: ⁊ recomenda te ſibi cū pꝛofunda coꝛdis humilitate: ⁊ ſemper ſis in eccleſia anteq̄ȝ officium incohatur: vt congregato animo tuo coꝛam deo liberius poſſis intendere his que dices. Omnia ſeruitia que facis ſemper radicentur in charitate: alioquin non expectes inde meritum apud deum: quia ſicut dicit Auguſtinus. Tanta eſt virtus charitatis: vt ⁊ pꝛophetia ⁊ martyriuȝ ſine ipſa nihil eſſe credatur. Celebꝛantibus autem miſſas libentiſſime ſeruias cum pꝛofunda coꝛdis ⁊ coꝛpoꝛis humilitate reuerentia ⁊ deuotione: quia ad illud deuotiſſimum ſacramentum nemo debet accedere indeuote: nec expectes ꝙ alius te inuitet ſed potius tu ſolicita ſacerdotes: ⁊ ſis ſemper ſollicitus circa omnia

seruitia facienda: ne forte tua negligentia ꝙ absit ipediatur aliquando sacerdotis. Alia autem seruitia que sunt necessitatis ⁊ vtilitatis libentius facias q̄ȝ alia.: sicut est lauare pannos: scutellas: tunicas: ⁊ pedes infirmorum: ⁊ aliorum: ⁊ capita cum oportebit: ⁊ similia. Cum fueris cū fratribus pro aliquo seruitio faciendo: caue ne loquaris ibidem nisi forte interrogatus: ⁊ tunc submisse: sed potius audi tacēs: q: teste ps. Vir linguosus non dirigetur in terra. Infirmos vero debes frequenter ⁊ solicite visitare saltem bis vel ter cum exhibitione seruitij si oportet sicut in regula continet: ꝙ fratres debēt eis seruire sicut vellent sibi seruiri: ⁊ hoc fiat sine multiloquio: quia teste sapiēte in multiloquio non deerit peccatū.

De ociositate fugenda. ca. viij.

c Um ociositas multis sit occasio delinquendi. teste sapiēte q ait. Multa mala docuit ociositas stude semper in diuinis laudibus vel charitatis operibus occupari. Nam ocium diuina sapientiā reprehēdit dicens. Quid hic statis tota die ociosi. Nec mirū quia diabolus. frequēter eos precipitat. vnde Hiero. Semp aliqd boni facito: vt te semper diabolus inueniat occupatum. In his ergo maxime exerce te. s. in frequēti ⁊ feruenti oratione ⁊ lectione ⁊ in seruitijs: ⁊ per ista tria tota vita tua decurrat: ⁊ semper ores aut legas: aut seruias: ⁊ potissime sensibus forensibus: ⁊ infirmis: ⁊ factis seruitijs nō stes cum fratribus ociosus sed statim vade ad cellā ⁊ ibi ores vel legas: ⁊ sta in ea quotidie vsqȝ ad tertiā: ⁊ non exeas nisi vrgenti necessitate coactus memorans illud Bernar. Qd sancti angeli cellas habent pro cellis ad inquid ad celum sepe ascendit.

De honestate. ca. ix.

c Um honestas sensuū exteriorꝝ sit ornatiua virtutū: iō cū omni verbo ⁊ actu tuo semp honestatē cū discretiōe ꝑtēdas. Ait enīȝ apl's. Oia honeste cū ordine fiāt in vobis. Si ergo desideras honestatē ⁊ felicitatē virtutū inuenire: ⁊ inuēta facile retinere: stude semp hēre subscripta: ⁊ primo hēas seruētē ⁊ frequētē orationē: de qua dicere poteris illud sapiētie. Venerunt mihi oia bona pariter cū illa: ⁊ innumerabilis honestas per man⁹ illius. Deinde stude semper oia verba ⁊ ociosa vitare vt ea non proferas nec audias proferētes: q: teste Paulo. Corrūpunt bonos mores colloquia mala. Postea inhonestorum ⁊ dissolutorꝝ ꝯsortia caue. Adulatorꝝ blandimenta deride: dona cōtēpne: colloquia susurronū ⁊ murmuratorꝝ bilinguiū: ⁊ detractorū semper abhorre. Naȝ teste scriptura. Murmuratores ⁊ detractores deo odibiles sunt: Nūq̄ȝ loquaris cū aliquo nisi verbū premeditatū: ordinatū: vtile ⁊ honestuȝ: duplicitates ⁊ simulatiōes in loquēdo semper deuita: q: dicit Augu. Ois simulatio ⁊ ois duplicitas mēdatiu ē. Et pph. dicit ipe alibi. Oia vba ante veniāt ad limā q̄ȝ ad linguā. Ad lauādū parapsides quotidie vade. Insup nō sis murmurator nec iudicator aliorum: nec aliquē de cetero reprehēdas nisi apte fecerit ꝯ deū sed poti⁹ reprehensus statiȝ dicas culpā tuā genu flectēs siue sis culpabilis siue nō. Nā teste greg. Bonarū mētiū est ibi timere culpa vbi nō est. Et qñcūqȝ aliqs te offenderit non rñdeas ei: sed statiȝ recurre ad patiētiā dicēs. Dignū est qppe vt oēs creature mihi offendāt: q: ego superbus creatorē oiuȝ semp offendi: ⁊ iniuste ⁊ frequēter offendo: ⁊ semper qñ vadis in ecclesiā corā altari si fieri pōt cōgrue igrediēdo vel egrediēdo humiliter genu flecte: q: scriptū est. In noie iesu oē genu flectat. Iterū qñ vadis p domum vel extra semp hēas gressuȝ mitē. Man⁹

ꝯtinētes oculos dimissos stabiles nō vagā
tes: q: dicit Isido. Impudicus oculus im-
pudici cordis est nūci⁹: ⁊ qñ vides fratres lo
quētes de aliquo ⁊ non de deo vel etiam
nō de scriptura: statī recede: maxīe si mur
murāt de aliquo vel loquātur de guerris.
Nā teste scriptura. Lingua eorū gladius
acutus: ⁊ vt melius hec ꝯserues: stude sem
per in corde ⁊ ope humilitatē hēre: q: sicut
dicit gre. Qui ceteras virtutes sine humi
litate ꝯgregat q̄si puluerē in ventū portat.

De tētatiōe. ca.x.

Via humani generis aduersa-
tor nitit̄ incessanter per ipulsio
nē tētationū fidelib⁹ obuiare la
tenter. testāte petro. Aduersari
us vester diabolus tanq̄ leo
rugiēs circuit querēs quē deuoret. Iccirco
semp custodi aiā tuā solicite. iuxta consiliū
sapiētis. Et semp qñ senseris te huiusmodi
tētatiōib⁹ ipugnari: statim recurre ad xp̄m.
Fidelis ē enī vt faciat cū tētatiōe ꝓuentū:
⁊ dicas imediate. Adiuua me dñe de⁹ me
us ne discesseris a me: intēde in adiutoriū
mihi dñe de⁹ salutis mee. Libera me de ini
micis meis fortissimis: ⁊ ab his q oderunt
me. Pone dñe me iuxta te ⁊ cuius vis ma
nus pugnet ꝯtra me: q: si ꝯsistāt aduersum
me castra nō timebit cor meū. ⁊ cogita sta-
tim q: pp peccatū priuatur q̄s iextimabili
glia btōrū ⁊ cōdēnat̄ ad horibilissima ⁊ in
finita supplitia dānatorū. Nā ista duo si be
ne habebis in mēte expellēt tētatiōes oino:
q: si tētator adhuc ꝑualet. cogita feruēter
de acerbissima passiōe iesu. Nā teste scri-
ptura. Cogitare de ea sensus ē ꝯsumat⁹: ⁊
q vigilauerit per eā cito erit securus: ⁊ hꝫ
est q: si bene ip̄mat̄ in mēte passio redem
ptoris nō hēbit locū in carne tētatio detra
ctoris: ipsa est enī armatura ꝯ hostes. de
qua dicebat Apl's. Induite vos armatura
dei vt possitis stare aduersus insidias dia-
boli: ⁊ merito q: nulla ē efficatior medicina
p quā citius inimicorū exercitus depellat̄.

Christo inqt in carne passo ⁊ vos eadem
cogitatione armamini. Hoc ait etiam exp
sius. Quotiēs te senseris turpibus cogita-
tiōib⁹ ipugnari: ⁊ ad illicitas cogitatiōes af
fici: totiēs pone tibi ante oculos menti tue
quō xp̄s crucifix⁹ ē pro te. Intuere quō a
iuda iudeis tradit⁹ ē q̄ꝫ viliter ꝑtractatus:
blasphemat⁹: ⁊ colaphizat⁹: iudicatus ⁊ cō
dēnat⁹: expoliatus: ⁊ flagellatus: ad vltimū
ꝟo ꝯtumelijs ⁊ opprobrijs affect⁹: int̄ du
os latrones suspēsus: clauis ꝯfixus: sputis
derisus: spinis coronatus: felle potatus: lan
cea pforat⁹: ex oib⁹ ptibus corpis sanguis
emanauit: ⁊ inclinato capite emisit spūm.
Bernardus itaqꝫ inqt. Redemptor tuus
mortuus ē pro te in cruce ⁊ tu nescis cuius
modi turpi cogitatiōe sordidaris in mēte.

De familiaritate mūdi. ca.xi.

Oto tpe vite tue studeas q̄ꝫtū
poteris bono mō familiarita-
tes seculariū deuitare. genera-
tio enī puersa ē ⁊ ifidelis teste
scriptura. Cū āt fueris cum eis
aliq̄ necessitate vl' vtilitate cogēte: caue ne
vnq̄ꝫ loq̄ris cū eis nisi ꝟba vtilia ⁊ hone-
sta: ⁊ si ipi loquant̄ de seculo vl' de guer-
ris vl' de alijs inutilib⁹ nunq̄ꝫ seq̄ris eos ēt
si scires dicēs cū ꝓpha. Nō loquat̄ os me
uꝫ opa oiuꝫ: ⁊ semp sis cū eis timidus non
securus: humilis ⁊ breui loquēs ⁊ honest⁹
vt ipleat̄ in te illud euāgeliū. Luceat lux ve
stra corā hoib⁹: vt videāt vr̄a bona opa: ⁊
glificēt patrē vr̄m qui in celis ē. Mulie-
res ꝟo fugias sic ꝟpētes: ⁊ nunq̄ꝫ loq̄ris
cū aliq̄ nisi vrgēs necessitas te cōpellat: nec
vsq̄ꝫ aspicias in faciē alicui⁹ mulieris: ⁊ si
mulier tecū loquat̄ ꝟba sua citissime occi
de: nā teste ꝓpha. Molliti sunt ꝟmones ei⁹
sup oleū: ⁊ ipsi sunt iacula. Jō dicit Augu.
Asper ꝟmo breuis ⁊ rigidus cū mulierib⁹
hñdus ē: nec q: sancte sunt: iō min⁹ cauen-
dū ē. Quo.n. sanctiores sunt eo magis ali-
ciūt ⁊ sub ptextu blādi ꝟmonis imiscet se
viscus ipudissime libidis: crede inqt mihi

epus sui: veritaté loquor: in xpo nō métior. Cedros libani et gregū arietes sub hac spe cie corruisse vidi: de quorum casu non magis presumebā q̄ Gregorij nazanzeni et Ambrosii. Fuge ergo laqueos mulierū q: non es Dauid sanctior: nec Sansone fortior: nec sapiētior Salomone.

¶ De iuditio vitādo. ca.xij.

Cum nō sit comissum alicui occulta cordis iudicare sicut dicit Apl's. Nolite iudicare quousq3 adueniat dn̄s qui et illuminabit absċōdita tenebrarum: et manifestabit ꝯsilia cordium. Jccirco nunq̄ te trāsferas ad aliorum iudiciū vel ꝯtēptum: sed qn̄cūq3 videris aliqd id fieri qđ tibi displiceat ante q̄ iudices faciēté. primo respicias temetipsum: vtrū in te inuenias aliquid reprehēsibile: q: si inueneris tunc in illo in quo aliū iudicas temetipsum ꝯdēna dicendo cū ,pph'a. Ego sum qui peccaui: ego sum qui inique egi: et nō sis sicut hypocrita qui nunq̄ despicit defect⁹ suos sed p̄sumit de se et oēs alios iudicat: detrahit et ꝯdēnat: et vult videre festucā in oculis eorum: trabem aūt qui ē in oculo suo nō ꝯsiderat. Quem veritas rephēdit dicēs. Hypocrita eice ip̄m trabē de oculo tuo: et tūc ,pspicies et videre poteris festucā in oculo fratris tui: vnde v'sus. O qui festucā fratris concernis ocello. Que tua ꝯturbat lumia tolle trabē. Bernardus dicit. Caue aliene vite eē curiosus et eē explorator aut temerari⁹ iudex ēt si ppetrat actū q: reprehēdas: nec si videris iudices ,primū tuum: magis aūt excusa. Excusa intētionē si opus excusari non pōt: puta ignorātiā: puta casum: puta surreptionē. Qđ si rei certitudo nullā oīno excusationē recipit: suade nihilomin⁹ ipse tibi: et dic apud temetip̄m. O vehemēs fuit p̄ma tētatio: et qd de me illa fecisset: si accepisset in me similē ptātē. Nō sis ergo ,pn⁹ ad iudicādū vl' ad murmurādū: sz poti⁹ iudica et respice temetip3 dicēdo cū ,pph'a. Iniquitatē meā annūciabo et cogitabo pro pctō meo.

¶ De obedientia. ca.xiij.

Quoniā ad viā salutis mihi ē tutius q̄ per humilē obediētiam negare seipsum. Jccirco sequētibus se veritas dicit. Qui vult venire post me abneget semet ipsum per obediētie subiectionē et tollat crucem suā per carnis macerationē et sequatur me per finalē ꝯsumationē. Et merito inuitas eos ad obedientie subiectionem: q: per eā hētur mira victoria ꝯtra hostes. teste sapiēte qui ait. Vir obediēs loquetur victorias. Et q: plus est ipse deus per obedientiā vinci pōt. Dicit enim Grego. Si obedientes fuerim⁹ prelatis nostris deus obediet orationibus nostris. et Augu. Citius inquit exaudit vna oratio peccatoris obediētis q̄ decē milia contēptoris. Item toto tpe vite tue studeas oib⁹ s'm deū subiacere et semp humiliter obedire nō solū prelatis sed etiam subditis: et nō cures dicere: quis est qui pcipit. Ait enim Grego. Nō lz subditis discernere sed statim simpliciter obedire. et caue ne vnq̄ per te vel p alios obediētiā extorqueas publice vel occulte qui talis nō dicitur obedire sed propria voluntate abuti. Ait Bernardus. Si qs apte vel occulte satagit vt qđ hēt in voluntate hoc ei pater spiritualis iniūgat ipse se seducit: sz forte sibi quasi de obediētia blādiatur: neq3 enim in ea re ip̄e p̄lato sz ei p̄latus obedit. Caueat ergo talis q: dicit idē Ber. Nihil ardet in inferno nisi ,ppria volūtas. Tolle inquit ,ppriā voluntatē et nō erit īfernus. Caue igit in bn̄fitijs tuis tuā ,pficias volūtatē: et maxie cū discordas a volūtate p̄lati. Nā Bernardus dic. Grāde malū ,ppria voluntas: qua fit vt bona tua bona nō sint: et qn̄cūq3 aliq̄ grauis obediētia te ꝯturbat citissime cogita de iesu q̄ cū eēt rex regū et dn̄s dn̄antiū humiliauit semetipsum teste Paulo. Factus obediens vsq3 ad mortē. Dicebat .n. descendi de celo nō vt faciā volūtatē meā sz ei⁹ q̄ misit me

p̄ris: ita dicas si vis imitari deū. Exiui de mūdo nō vt faciā volūtatē meam ſꝫ alioꝝ. Qualis āt debet eē ꝑfectꝰ. Bernardus describit dicēs. Verus obediēs nescit moraꝫ mādatū nō ꝑrastinat ſꝫ statiꝫ parat oculos visui: aures auditui: lingua voci: manꝰ opi: pedes itineri ⁊ totū se iterius colligit vt ipe rantis faciat voluntatem.

¶ De paupertate. ca. xiiij.

c
Um pauptas volūtaria sit totius spūalis edificij p̄marium fundamētū. Idcirco tanto tpe vite tue in oibꝰ trāsitorijs rebꝰ strictā pauptatē obſua: vt nihil sub celo hēas nisi ea que necessitati tue ꝑ regulā ꝯceduntur. Dicit eni ibi. Qd fratres nihil sibi approprient nec domū: nec locū nec aliquā reꝫ: ⁊ merito q: teste Joāne. Oē qd ē in mūdo aut ē ꝯcupiscētia carnis: aut ē ꝯcupiscentia oculoꝝ: aut supbia vite. Nā ista trāsitoria sunt ⁊ ꝯ̃ria eternis: vn̄ sis semp paup in terra si de celo desideras te nō repelli. Ait eni Grego. Tāto enim vnusquisqꝫ a superno amore disiūgit quāto iferiꝰ delectat: e contrario. Quāto q̄s fastidiet terrena tāto deo erit ꝓpinquiꝰ: pp qd dicebat apl̄s. Oia reputaui vt stercora: vt xp̄m lucrifacerem. vn̄ si vis terrena bona ꝯtēnere semp celestia meditare. Ait. n. Gre. Si ꝯsideremꝰ que ⁊ q̄nta sunt q̄ nobis ꝓmittunt in celis vilescūt aio oia q̄ h̄n̄tur in terris. Beati igitur paupes spū qm̄ ipsoꝝ ē. regnū celoꝝ. Igit si sp ꝑ pauptatē terrenoꝝ ꝑuenit ad gl̄iaꝫ btoꝝ: stude semp tenere strictissimā pauptatē maxie in libris ⁊ soleis ⁊ tunicis: vt eas nō hēas nisi sicut tue necessitati stricte videris expedire: neqꝫ supflua necessaria dicas ſꝫ potiꝰ ipa necessaria supflua time. Ait eni Grego. Et solis necessarijs vtimur: ꝓbabit mlta supflua in vestris facultatibꝰ habuisse vn̄ nihil hēas nec per te nec ꝑ iterpositam ꝑsonā: ⁊ attēde semp vt nihil hēas in cella nisi necessaria: ⁊ h̄ circo ⁊ de minimis rebus nc forte negligēdo modica: paulatiꝫ cadas ad maiora. Ait. n. Augu. vitasti grādia caue ne obruaris arena: q: teste scriptura. Lignū vite ē q̄ apphēderit eā ⁊ qui tenuerit eā btūs: vn̄ si scāꝫ pauptatē finalr̄ retinebis ad regnū celoꝝ poteris ꝑuenire: q: ita v̄itas repromisit ꝑfectj paupibus dicēs. Beati paupes qm̄ vestrū ē regnū dei: qd q̄dē regnū tāto ē vtiliꝰ quāto fecūdiꝰ: tāto securius: quāto sublimiꝰ tāto iocūdiꝰ: quāto lucidiꝰ: tāto nobiliꝰ quāto a nobilibꝰ possidet ad qd nos ꝑducat qui viuit ⁊ regnat in secula seculoꝝ.

¶ De silentio. ca. xv.

q
Uia diuina ꝯsolatio sepe ꝑ multiloquiū denegat: toto tpe vite tue tene strictū silētiū in locis ⁊ tpibꝰ opportunis ⁊ ad h̄ ordiatꝫ. Nā teste scriptura. In silētio ⁊ in spe erit fortitudo nr̄a: ⁊ sileas semp vbicūqꝫ fueris in diuino officio celebrādo: in comedēdo: in qnolibet ſuitio faciēdo: ⁊ vbicūqꝫ fuerit vltra tres frēs: ⁊ ēt a cōpletorio quotidie vsqꝫ ad tertiā nō loq̄ris nisi itegratꝰ vl' aliqua necessitate vl' vtilitate coactꝰ. Nā sicut dic Gre. Mēs q̄ nō hēt muꝝ silētij de facile penetrat iaculis inimici. Et iō dic aug. Mutum inq̄t debēt eē os hoies nisi ad tria. s. ad laudē dei: ad accusationē sui: ⁊ ad vtilitatē ꝓximi. Sileas igit ita vt nūq̄ꝫ v̄ba d̄tractiōis vl' dissolutiōis vl' ihonesta loq̄ris sciēdo q̄ nō solū de v̄bis ociosis nociuis ⁊ ꝑiculosis oportebit te reddere rōnē ſꝫ de oi v̄bo ocioso qd locuti fuerit hoies reddēt rōnē in die iuditij ſꝫ sn̄iaꝫ saluatoris: iō dic ꝓph̄a. Letati sūt q̄ siluerūt: vn̄ si bn̄ vis fugere v̄ba nociua supradicta. ꝑ repmes ociosa. Ait. n. Aug. Qui ociosa v̄ba nō reprimit de noxia cito trāsit. Iō dic sapiēs. Fili loq̄re i tua cā vix ⁊ cū bis iterrogatꝰ fueris rn̄suꝫ hēat caputituū. In h̄ āt potissime sileas: vt nunq̄ꝫ loq̄ris de seculo nec de guerris: nec audeas referētē: cū id sit venenum mortiferū aiarū. de talibꝰ dr̄ i ps. Linguis suis dolose agebāt: vene. aspi. sub la. eoꝝ.

i

N priori formula nouitioꝝ q̃z
scripsi de exterioris hoīs ꝯposi
tióe aliquá formá ei ꝓposui ꝭz
q̇d se regerét tá in domo q̃z ex
tra. Nūc de īterioris hoīs.i.mé
tis reformatióe ad quá oīs ꝟa religio é ordí
nata: tradere aliq̄ dispono ꝟbis indoctis ꝛ
materia inordiata. Est aūt rō q̄re corpalis
exercitatio p̄cedit spūalé: q: hō ab ītimis ꝛ
summis cadés p peccatū in ꝭ exteriora ꝛ
visibilia delapsus é: q: nō intelligit nisi cor-
poralia: iō ibi p̄mittit resurgere vbi iacuit
ꝛ paulatiꝫ erigē ad spūalia ꝛ diuina ad que
creat⁹ fuit. Jō quádiu religiosus cupit ītelli
gere ꝛ sape q̄ sunt spūs dei: sꝫ in exterioꝛib⁹
obꝭuātijs adhuc putat totū ꝯstare ꝙ ad ve
rá religioné ptinet. nouiti⁹ é ét si pluribus
annis steterit in hitu religionis: imo iuxta
aplīm aial dr̄ q nōdū p̄cipit ea q̄ sunt spūs
dei. stultitia.n.é illi: ꝛ nō pōt ītelligē q: spūa
liter examinaꝭ: ꝛ ꝭ ppéde duos eé nouitia
tus in religióe: vn⁹ ad ꝓbationé qui termi-
naꝭ qn̄ ꝓmittit obediétiá ꝛ stabilitaté in or
dine p ꝟba: alius durat quousqꝫ statū bn̄
viuédi ita in ꝯsuetudiné ꝯuertit ꝙ iá nō so
lū ꝟbis sed ét factis ꝓmittit se stabilé in or
dine ꝛ in ꝓficiédi studio pmásurū: quá diu
fluctuat méte ꝛ mūdū stabeliꝭ: apprehédit
viá studij spūalis ꝛ mō vult hoc mō illud
nesciés q̇d poti⁹ eligat: īcipiés est ꝛ nōdum
ꝓficiés. Stet tn̄ in volūtate bona ꝯstáter ꝛ
attédat q̄re venerit: ꝛ ad q̇d ꝛ op⁹ iūgat vo
ti: ꝛ cito īcipiet videre viá q̄ pgat ad deū.

q

Quatuor át sunt in q̇b⁹ noui ꝛ īci
piétes cauti ꝺbét eé si volūt ꝓfi
cere. Primū é vt a p̄ma volū
tate q̄ ad religioné venerūt vt
a p̄ nouitiat⁹ feruore nō tepescat sicut cui-
dá in apocalipsi improbat vel ꝓsperat dn̄s
dicés. Habeo aduersuꝫ te pauca: ꝙ charita
té tuá p̄má reliq̄sti: quapropꝭ penitétiá age
ꝛ prima opa fac: charitaté primaꝫ relique-
runt: qui cū p̄ fuerint feruétes ꝛ deuoti ad
oīa postea tepidi ꝛ effecti ꝛ desides: tradūt
se leuitatibus ꝛ vitia que expugnare vene-
rát: pmittūt sibi dn̄ari ꝭuiétes deo pro suo
libito nō ꝙ ei⁹ bn̄placito voluntatis: vnde
dn̄s filijs israel p̄cepit. Meniétote diei hu
ius in q̄ egressi estis de egypto: dies q̄ de
egypto egredimur é bona volūtas q̄ egre-
dimur de seculo. Hui⁹ semp meminisse ꝺbe
m⁹ vt a feruore illi⁹ recedam⁹ a feruore illi⁹
nunq̄ꝫ retrocedam⁹: vn̄ q̇dá volés religio
né igredi de seculo q̄siuit a quodá scō p̄re
quō viuere deberet: ad ille dixit ei. vade ꝛ
vide q̄lis p̄ die fueris sic semp viue: hoc est
ꝯsidera statū volūtatꝭ tue in prima die qua
religioné ītrare disposuisti q̄z humilis tūc
fueris q̄z paratus obedire ad oīa tá aspa
q̄z despecta: q̄z patiés ad correctióes penité
tiales ꝛ labores q̄z verecūdus ꝛ timoratus
q̄z solicitus vt emédares vitá tuam ꝛ dies
quos in seculo pdidisti recupares: q̄z parū
curaris rumorib⁹ seculi q̄rere vl̄ referre:
nec detractoribus intétus: nec aliq̇b⁹ curio
sitatib⁹ occupat⁹: ꝛ quō abegisti ꝛ abijcisti
oés carnales affect⁹ ꝛ te totū q̇ꝺ obtulisti
deo holocaustū viuū: vt nihil deiceps in te
viua vita peccati: sed tota macteꝭ ꝛ imoleꝭ
dn̄o obediétie ferro p sacerdotꝭ ministeriū
vt xp̄s in te īnouato resurgas. Scḋm hác
formá semp postmodum studere viuere
ne in scola religióis dicere vl̄ re
trocedē magis q̄z ꝓficere videaris: sicut il
li qui vadūt ad studiū litterarū ꝛ tépus va
ne ꝯsumétes: cū redeūt domū expéças solū
cōputát ꝯsumptas: q: q̇d fecerūt nō appa-
ret. Sic ꝛ nos quando tempus in religióe
expésuꝫ ꝯputamur vt ꝓfect⁹ ꝟtutꝭ exigu⁹ é
cū forte ī nouitate deuotiores ꝛ feruétiores
fuim⁹ q̄z postea p plures annos ꝭ é ꝟecun
dū ꝛ valde nociuū hébiꝭ cū deberem⁹ eé
magr̄i ꝟtutū pp tp̄s quo iá in religióe fui-
mus rursus īdigem⁹ vt doceam⁹ q̄ sūt ele
méta exordij ꝭmōi dei.i. necesse hém⁹ doce
ri sic rudes nouitij. quō incipiendū sit ser-
uire deo: ꝛ sancti sum⁹ quasi infantes: qui-
bus lꝫ opus sit nō solido cibo.i. tales sum⁹

qui molibus blandimentis puerilium con
solationum ⁊ carnaliū foueri indigemus: ⁊
fortia virtutū exercitia pati non valeamus
sine diris reprehēsionib⁹. i. contumelijs in
necessitatibus: in persecutionibus pro xpo.
Ois enim qui lacte ē particeps expers est
sermonibus iustitie. Paruulus enim ē tam
mentis q̄ȝ virtute. Scōm in quo incipiens
nouus debet eē cautus ad imitandū est ne
moueat malis exēplis tepidoꝝ. Sūt qui
daȝ infirmi spiritu: qui vidētes alios apud
se desides in seruitio dei ⁊ ociosos: dicunt
apud semetipsos. Si hoc alijs licet quare
non etiam mihi: ⁊ proniores ad malū exē
plum sumunt ab alijs quos deteriores vi
dent ⁊ gaudent se socios inuenisse vicioꝝ
ne soli possint erubescere: q: si parcit alijs
volunt ⁊ sibi in similibus parci. Contra h̄
deuotus dei summe apud se respōdere de
bent. Ego veni pro deo punire: non pro ali
quo: ideo nolo aliquem sequi ad hoc vt a
deo recedam: quia si hos discolos sciuisseȝ
nunq̄ȝ eorum societatem eligissem: vnde
solos illos imitari debeo qui ad hoc me in
formant propter qd̄ religionē intraui. i. vt
apprehenderē deū ⁊ satisfaciam ei de pec
catis meis ⁊ promerear glīā sempiternā.
Pictor ⁊ artifex notabile opus volēs face
re querit nō vilia sed meliora exemplaria
que possunt hēre. Et viator nō querit vi
am ab ignorātib⁹ sed sciētibus eā: ⁊ qui se
pe ambulauerūt per eā. ideo noli imitari
malū ſ3 bonū. Tertiū in quo incipiens no
uus debet eē cautus: est: vt nō videlicet te
merarie facta aliorū marie vbi nescit qua
causa vel intentione fiant. Sicut enim non
vidimus aliorum cogitationes: ita ne inten
tiones eorum quare hoc vel illud fiat: vnde
quicquid pōt aliquo modo excusari semp
ad meliorem partem interpretetur si volu
mus cor tranquillum habere vbicūq3 cum
alios non turbare ⁊ deum offendere: sepe
iudicamus malum esse q̄ in se non est ma
lum ⁊ peccamus propter temeritateȝ vsur
pando nobis iudicia dei de ocultis cordiū.
Magistri nostri vicarij dei aliquando id
possunt iudicare propter coniecturas cir
cūstantes: alijs autē non expedit pronos
esse ad iudicandū donec plene in omnibus
conditi per donum discretionis spirituum:
⁊ vere spirituales effecti omnia iudicent:
omnia ⁊ quando a nemine iudicentur: si
cut clare videns qui cecuȝ videt: ne tamen
a ceco videtur cum cecus nō videat seipm.
Ad Romanos. Tu qui es qui iudicas ali
enum seruum suo dn̄o stat aut cadit. Sepe
enim merent temerarij iudices aliorum vt
aut in similibus aut in grauioribus recessis
cadere permittantur: vt dictant ex sui infir
mitate compati aliene. Luc. Nolite iudica
re ⁊ nō iudicabimini. In quo enim iuditio
iudicaueritis iudicabimini: ⁊ tamen diffe
rentia est inter timorem suspitioneȝ ⁊ teme
rariū iuditiū ⁊ iustitiā. Timor est ſm istam
acceptionē: quādo nihil mali suspicor de ali
quo timeo: tamē q̄ malū quod nōdū eueni
possit euenire: nisi caueat. Sicut eniȝ obser
rant seris monasteria: ⁊ iuuenes ꝓhibent
ab incautis familiaritatibus: non q: maluȝ
iam velle facere presumatur sed timet ma
li actio si non precauetur. Suspitio est quā
do sine rationabili presumptiōe reputo ali
quid factum eē mali vel aliquē velle malū
facere: ⁊ non est ita. Hoc vitium est etiam
sepe peccatum. Judicium temerarium est
quando credo aliquid factum aut dictum
mala intentione cum actio sit in se indiffe
rens: ⁊ hoc est vitium. quia cordis intentio
iudicatur: que soli deo manifesta est. Jer.
xiij. Dominus scrutans corda ⁊ probās re
nes. Justum iuditium est quando excusabi
lis cōiecturis aliquis discernit aliquid ma
lum eē: vel quando ipse est in se malus ⁊ il
licitus: vt cum video aliquē occidere homi
nem iniuste: vel tales conatus ad peccatuȝ
qui semper sunt illiciti ⁊ cogniti. Quartum
in quo cauti debent esse noui in religione
est: vt non frangātur aduersitate vel tenta

tione sed cogitent ꝙ ad hoc venerūt vt oīa
que eis in hac vita accedere possunt sustine
ant propter deum: sicut qui intrat in bellū
scit ꝙ nō quietē ⁊ delitias sed laborē ⁊ vul
nera oportet eum sustinere vel expectare.
Eccle. Filij accedens ad seruitutē dei sta in
timore ⁊ iustitia ⁊ prepara animam tuā ad
tentationem: ⁊ deprime cor tuum ⁊ sustine
⁊c. Act. Oportet nos per multas tribula-
tiones intrare in regnū celorum. Ergo ad
uersitas est via ad regnū peruenire. Luc.
Oportebat pati xp̄m ⁊ ita itrare in gloriaꝫ
suā. s. magis couenicbat. Ad Thi. nō coro-
nabit nisi qui legitie certauerit.

N conuētu fratrū minorū pari
sius ꝯuersante bone memorie
fratre Bonauētura tūc gene-
rali ministro: ⁊ post cardinali:
frater iuuenis studēs ibidē bo-
ne idolis ⁊ ei satis familiaris accessit ad eū
semel: ⁊ deuote rogauit vt sibi exponere di
gnaret: quō iuuēt⁹ sua posset in ordie ꝯser
uari sine macula ⁊ q̄rela: ⁊ ad vitā eternā
ꝑficere. Qui magno cū quodā suspirio sic
rn̄dit. Filij mi iuuenis: si vis sine macula ⁊
sine labe infamie ꝯseruari in religiōe. Sex
tibi mādata recolē ⁊ icessanter repone que
de documētis ⁊ exēplis scōꝝ patrū accepi-
mus. Primo circa orōnē ⁊ scōꝝ lectioneꝫ
semper vigila: que duo vt ꝑficere possis ⁊
nō ꝑdere. ecclesiā valde frequēta: die ⁊ no
cte cellā ꝯtinua sup oīa: ita ꝙ ex eā vel ec-
clesiā nunq̄ꝫ inueniaris cū aliquo ociosus
in via vel in platea: sed semp finito officio
vel finita comestiōe vel ꝑuitio vl' alterius
obediētie mādato: sine aliq̄ mora regrede
re ad cellā oculis inclinatis: ⁊ ibi redigis te
2° Scōo circa honestatē cordis oīuꝫ sensuuꝫ
corpis tui sup oīa stude: que duo vt valeas
adiplere: nūq̄ꝫ cū aliqua ꝑsona spālē fami
liaritatē habeas: sꝫ oibus sis cōis: itaqꝫ ꝙ
nullus possit aduertere te nisi in cōeꝫ ⁊ nul
3° li spālē mō iā dicto. Tertio circa custodiaꝫ

lingue: studiosissimus esto: itaqꝫ ꝙ q̄n stas
cū alijs nunq̄ꝫ loquaris nisi necessaria: ⁊
tūc nō nisi requesitus. Nec laudes aliquē
nec vitupes absentē vel p̄ntē quātūcunqꝫ
audias alios similia dicentes. Quarto sis 4
summe solicitus vt nunq̄ꝫ referas vl' loqua
ris cū aliquo de his que audis de alijs ni
si illa sint edificatoria. Quinto ꝯsect ad cor 5
tuū frequēter memoria beneficioꝝ dei ⁊
peccatoꝝ tuoꝝ ⁊ desiderioꝝ paradisi ⁊ pē
narū inferni ⁊ ēt oīuꝫ qui sunt in tribulatio
ne ꝯstituti ⁊ ēt miseriarū mūdi. Sexto sis 6
solicitus nō iudicare in corde tuo vel ore ni
si teipsum. Hec faciens saluaberis inter
homines.

In nomine sancte ⁊ indiuidue trinita-
tis beatissime virginis marie ⁊ oīuꝫ scōrū.
Incipit liber qui dicit speculū discipline p
fratrē Bonauēturā ordis minoꝝ editum.

Peculū discipline ad ho
nesta tēdētes in ꝑmis ne
cessariū hn̄t: vt ꝑ exercita
tioneꝫ discipline cognite
ꝯtutꝫ titulū citi⁹ apphēdē
possint. Nā vt ait Ugo
de scō victore. Usus di-
scipline ad virtutē aīuꝫ dirigit. virtus autē
ad beatitudinem perducit. Ac per hoc in-
quit. Exercitiū discipline eē debet incoha-
tio: virtus: perfectio: premiū virtutis: eter-
na beatitudo. Uerū qui disciplinā in noīe
ꝯuersatiōis initio negligit ad eā postmodū
difficile applicat: ⁊ formā quā quis primo
recipit vix deponit. Adolescēs nāqꝫ iuxta
viā suā etiā cū senuerit non recedet ab ea.
Optima viuēdi forma eligēda ē quā red-
dit assuetudo iocunda. Prim⁹ autē ad pro
fectū gradus: defectus cognitio. Magna
nāqꝫ aīo prudēti securitas viuēdi modum
nouisse congruū pro varia rerū ⁊ acciden
tiū qualitate. Nec minimū ē contēnere mi

nima que nõ minimã moribus maculam: ⁊ turpius neglectu habita ingerũt quo vitari facilius cognita voluerunt. Proinde q̄ ſpũ dei aguntur: moralibus documẽtis intendũt: que tamẽ ſupbi ⁊ fatui cõtẽpnẽtes: nũc ſuperſtitiones: nũc cerimonias vocãt: aut certe calũnijs fucatis impugnat. Nec enim ſtultus verba prudẽtie recipit: niſi ea dixeris que verſant in corde eius. Hic ergo tractatulus per ſupioris impoſitionem exactus rudi quidẽ iuxta ſcribentis ruditatẽ ⁊ intẽti exigẽtia ſtilo ex diminutis quoq; ac nudis ob breuitatẽ incõpactiſq; interdũ ſed cõgruis pro moꝝ traditione ſententijs editus nouis chriſti diſcipulis pro aliquali ſpeculo inſpiciendus proponitur: vt p pauca ſibi propoſita occaſionaliter fiãt in pluribus cautiores. Da ſapienti occaſionẽ ait ſalomõ ⁊ reddet ei ſapiẽtia. Attẽdãt tamen quedã hic accipienda fore: cõiter: ⁊ magis ac minus pro loco ⁊ tpe obſeruãda: lʒ non ſemper pro ſingulis conditionũ modificatio replicetur. Prudẽs vt rerum varietas exigit ita ſe accõmodat tẽpori: non ſe in aliquibus mutãs ſed potius aptans: ſicut manus que eadẽ ẽ: ⁊ cum in palmũ extendit: ⁊ cũ in pugillũ cõſtringit. Nec moueat ſi qua pro iunioribꝰ ĩpertinẽtia videant: pro inde iunior in hijs que ipʒ excedũt inſtruit vt ſeniorum ſe ꝑpoſito applicans ſit quantũ congruit: promptior ad agenda: cautior ad cauenda. Prolixitatem forte treticus ſi quis fuerit inſpector cauſabit: ſi neceſſariã in expertis dicendoꝝ expreſſionẽ aduertat: nec facile rudes pro quibꝰ eſt opa generalibus poſſe conatibus erudiri: aut conciſis paſſim proferre paradoxis: vnoq; nihilominus nouerit titulo: quandoq; multa cõſtringit: que ſpecialem requirerent explicãda tractatũ. Duas autẽ particulas: principalẽ vʒ: ſecũdariã ſeries habet. Principalis in duas diuiditur: in quarum prima de preparatorijs ad diſciplinã: ⁊ aliquibꝰ eius effectibus incidenter. Preparatoria ſunt ad modum principij: medij ⁊ extremi. Depoſitio vetuſtatis ſublimitas mentis aduerſus tentationes diaboli ⁊ ſubiectionis humilitas. Primum preparationem incohat. Secũdũ continuat. Tertiũ vero cõſumat. Seruãda eſt vbiq; minoꝝ ⁊ maiorũ paragraphoꝝ diſtinctio ad ſeriei ⁊ ordinis euidentia ampliorem.

¶ De preparatorijs ad diſciplinam: ⁊ primo de vetuſtatis depoſitione. ca. pͥmũ.

d Eponendus eſt ſcḋm Apoſtoluʒ vetus homo: ⁊ induendus eſt nouus. Quod perfecte adimplẽt: qui trãſitorijs abdicati nõ ſolum peccata verum etiã occaſiones fugiunt peccatorum: veteriq; fermẽto per puram confeſſionem plenius expurgato in vite nouitate perfecta ſoli preeligũt domino meditari. ¶ In odorẽ igitur vnguentorum chriſti per compendioſam ⁊ tutam ſacre religionis ſemitam currere cupientes. Prius rerum temporalium faſciculos deprimentes abijciant: vt ab omni poſſeſſione q̄ʒ cura penitus expediti: chriſtum dominum expedite ſequantur: ⁊ non ſit eis tentationis occaſio vel ruine. Q̄ ſi ante religionis ingreſſum nõ fuerint expediti poſt ingreſſum ſaltẽ expeditionẽ huiuſmodi p alias pſonas vel p bonas iuxta ſupioris arbitriũ: quãta pñt acceleratiõe ꝓcurẽt: nõ expectãtis oportunitatibꝰ vl' vtilitatibꝰ deceptoris q̄s frequẽter diabolus ſub ſpẽ pietatis oſtẽtat. Sũma ſit eis vtilitas ⁊ vtilitatis huiuſmodi ꝯtẽnere pp xp̄m: iuxta v̄bũ beati Hieronymi. Homo renũtiãs ſeculo bñ põt vẽdere q̄ ꝯtẽpſit vt vẽderet. Si hẽs inquit in ptãte rẽ tuã: vẽde: ſi nõ hẽs: ꝓijce. Totũ dedit q ſeipʒ obtulit. Poſt religiõis ĩgreſſuʒ ꝯtinuo debẽt ꝯfeſſiõi faciẽde vacare: ⁊ de oibꝰ q̄ in ſeculo a pueritia cõmiſerũt ad memoriã quantũ poterũt ſtudioſa ſolicitudie reuocatj: gnãlit ⁊ itegre ꝯfiteri. Maloꝝ nãq; ꝯfeſſio initiuʒ ẽ bonoꝝ. v̄ſi. Q; dis ergo ſtatꝰ res reijcit atq; reatus.

De constantia mentis 7 cautela contra tentationes diaboli. ca.ij.

q

Uoniam autem Pharao persequitur israel fugientem 7 contemptus surgit in scandala: nec aperte nec occulte sub specie boni periculosius téptans faciant quod scriptum est. Fili accedens ad seruitutem dei sta in iustitia 7 timore 7 ꝑpara animam tuam ad tentationem. Solent precipue vires tentatiói prebere. Fluctuatio méntis circa propositū igressure vl' ingresse tétationis tarda tepidaqꝫ repulsio: 7 deictio spūs desolati. Ea propter in primis in proposito sancto cor suum omnino stabiliant 7 confirment: ne velut arundo diuersis véto℞ flatibus agitati vacillét. Optimū é inquit Apostolus gratia stabilire cor. Et ꝓsp quélibet ait hominem: donec se in eo ꝙ elegit certa diffinitióe confirmet velut in quodá deliberationis in certo biuio constitutū discerpit ipsa diuersitas voluntatū. Uirtus inquit hortatur 7 ꝓuocat vt diffinitióis ambiguitate deposita propositum speciale suscipiat perseueraturum se in suscepti labore propositi: non sua possibilitate sed dñi miseratione confidat. Cogitet quanti 7 quante potuerūt 7 possunt quod se posse desperat. Uude illi potuerunt inde se posse firmiter credat. Meminerit illud apl'i. Fidelis deus qui vocauit nos: qui etiá faciet cuꝫ tentatióe prouentum. Qui sperant in domino imitabuntur fortitudinem: current 7 nó ambulabunt: laborabunt 7 non deficient. ¶ Ad hec tentationum 7 cogitationum malarum principia viriliter 7 absqꝫ more dispendio est obstandum. Qd̄ si earuꝫ insultus spiritum inquietent non solum familiaris confessor: verum etiam fratres alij seniores sunt in adiutorium vocandi: vt vnius debilitas multorum adiutorio sustentetur. Frater qui adiuuatur a fratre quasi ciuitas firma. Qui autem vulnus detegere vel auxilium petere negligit sua non immerito negligentia perit. Deniqꝫ cum diabolus serui dei spiritum per tristitiam deicere studeat: ipsam si quando irrepserit citius repellentes christo domino qui datorem ilaré diligit in cordis letitia famulentur: attendétes solicite: ne de sua vnqꝫ vocatione ingrati: ac tepidi regratiatores appareant coram eo: vbi sol gratie irradiat nubilum turbationes abscedit. Solet in aqua latere turbida piscaturus aiaꝫ coluber tortuosus. Maximū inhabitantis gratie signum spiritualis letitia. ¶ Poro qui vocantis gratiam non agnoscit: indignum se vocationis fructu constituit. Beneficijs ingratus exhibitis: ineptus efficit exhibédis. Ualet quoqꝫ interdū conuersis pro salute anime mutatio loci. Plerūqꝫ enim dum mutatur locus mutatur 7 animi affectus. Ualet pro mentis tentationib' impulse presidio. Ualet pro mo℞ citius 7 perfectius assequendo peculio extra cognationé 7 patriam vel ad tempus secedere. Uerū quia per se nullo modo sufficerent ad machinamenta diaboli repellenda, ad christum propter quem omnia contempserunt: qui est tentatorum refugiū 7 debilium fortitudo: qui se fideliter inuocantibus facit eum tentatione prouentū: vt possint sustinere crebris supplicationibus 7 deuotis recurratur: vt qui eos dignatus est de fornace babilonis eripere: bonum é eis perficiat qđ incepit. Frequens 7 feruéns oratio dissipat omne malum. Olle feruenti musce non insident

¶ Rubrica ꝙ necessaria sit ad discipline susceptionem humilitas. ca.iij.

d

Eniqꝫ vt ait Ugo. Sicut cera nisi prius molita fuerit formam nó recipit: sic 7 homo quidem ad formá virtutis nó flectitur: nisi per humilitaté ab omni elationis 7 contradictióis rigore moliat. Ne-

cesse habent qui disciplinę cupiunt mo-
ribus informari vt humilitatis radicem in
corde figere studeant: ⁊ timore proprie vo
luntatis presumptionis ⁊ irreuerentie vitiũ
que a superbia procedere solent tã in re q̃
in signo vigilantius caueant: vt humilitas
ancille more locum preparet discipline.

¶ De captiuatiõe ꝓprie volũtatis. ca. iiij.

Oluntatem itaq̃ propriam in
genti curent studio captiuare.
Quid enim prodest sub vnius
ordinatione viuentibus q̧ fa-
cultates suas abijciunt si volũ
tates proprias non relinquunt cum sit lon
ge prestantius voluntatibus renunciare q̃
rebus. Tota religionis perfectio in volun-
tatis proprie abdicationem consistit q̃ po-
tissimum perfectionis ⁊ discipline industri
us apetitor: volentibus proprijs edoman-
dis vt presidentium nutui subiugandis in-
uigilat. Profecto in duobus erit subiecte
probatio voluntatis: si videlꝫ in iniunctis
deuote obediant: ⁊ in agendis suis habere
semper auctorem obedientie nõ ommittã.
Primi: hoc est adˀ obedientie ad iniuncta
patet necessitas patet ⁊ meriti magnitudo.
Nam quicq̃d vice dei precipit homo qui
non scit tñ displicere deo: aut secus omnino
accipiendũ ẽ quasi precipiat deꝰ. Ad meri
tum etiaꝫ melior est obedientia q̃ victime
sancte que obediẽtie, olocausto nil deo gra
tius exhibetur. Nemo magis ad currẽdã
perfectionis semitam expeditur quam ve-
rus obediens. Quãobrem obedientie filij
se totos ad obediendũ exponant: moxq̃ vt
prelati vocem audierint quasi diuinitus im
peretur morã nesciãt: sed relictis omnibus
adiuncta queq̃ si fideliter exequenda prõ
pta deuotione consurgant vt vicino obedi
entie pede. velut vno momento iubẽtis vo
cem factis exhibitione sequantur. Perfe-
cta obedientia sua imperfecta relinquit: qn
imo bonus obediens nec verbuꝫ expectat
vbi de superioris sibi extiterit volũtate. Il
lum autem dixerim optimum obedientie
gradũ cum eo animo opus iniunctum reci
pitur quo ⁊ precipitur: cum ex voluntate iu
bentis pendet intentio exequentis. Nunq̃
de maioris sententia iudicent: quoꝝ officij
est obedire ⁊ implere que iussa sunt. Dein
de si ad perfectũ volunt obedientie perue
nire: constanti secũ deliberatione proponãt
semper ad omnia obedire. Si quid graue
vel impossibile forte iniungitur: suscipiant
quidẽ cum omni mãsuetudine iubentis im
perium. Qđ si omnino suarum mensuram
virium pondus excedat impossibilitatis
sue causas ei qui preest patienter ⁊ oportu-
ne insinuent non superbiendo aut contradi
cendo aut alias vel leui murmure resisten-
do: si adhuc superior in sua perdurat sentẽ
tia: ita sibi nouerint expedire ⁊ ex charitate
vel adiutorio dei confisi obediant. Christꝰ
factus est pro nobis obediens vsq̃ ad mor
tem: mortem autem crucis: qui licet ad pa-
trem pro mortis translatione clamauerit:
continuo tamen adiecit: verumtamen non
mea voluntas sed tua fiat: nõ solum maiori
bus sed sibi etiam inuicem obediẽtiã certa
tim impendant. Incũbit christi discipulo vt
omni petẽti se tribuat: exẽplo apostoli: vo
luntarios se omniũ seruos constituant: sint
vt scriptum est subiecti inuicẽ in timore xpi.
Scđi necessitas hoc ẽ obediẽtie sancte in su
is agendis auctoritas ne q̃s vꝫ sine obediẽ
tia presumatur quia simplicioribus forte ali
quibus minus patet aliquanta videnť pro
sequere tangenda habenda plane in agen-
dis obedientie sancte auctoritas sine qua
nec ipsa etiam bona sunt bona. voluntas si
quidẽ propria boni virtutẽ infirmat. Sãctꝰ
Ber. ait. Grãde malum ꝓpria volũtas qua
fit inquit vt bona tua non sint bona: etenim
si in die ieiunij mei inueniať voluntas mea
nõ tale ieiuniũ eligit dñs nec sapit illi ieiu-
nium meum qui non obedientia sed vitiuꝫ

proprie voluntatis ſapit: ⁊ ſubdit eo autem non de ieiunio ſed de ſilentio: de vigilijs: de oratione: de lectione: de opere manuū: poſtremo de omni obſeruantia monaci: vbi inuenitur voluntas ſua in eo: ⁊ nõ obe dientia magiſtri ſui: idipſum ſentio: minime prorſus obſeruantias illas: ⁊ ſi bona in ſe ta men inter virtutes cenſuerim deputandas. Itaqꝫ noui chriſti diſcipuli ſemetipſos pe- nitus abnegantes in agendis ſuis: ideſt in operatiõibus: in locutionibus ⁊ in rerum qualibet vſu non propriam voluntatem ſed ſuperiorum in omnibus diſpoſitionem ſe- quantur: pro quibus tamen ſit ſpecialis eo rum licentia vel aſſenſus habendus conſi- derari oportet: ⁊ primo circa operationes viuendum: ꝙ earum quedam communes ſeu cõuentuales ſpeciales ſeu perſonales eſſe noſcuntur. Specialium etiam quedam ad proximum: quedam ad perſonam per- tinet operantis. Pro conuentualibus que communem ſimul adiſcunt colegium exe- quendis: non eſt licentia requirenda cũ ad huiuſmodi ſit eatenus ſuperiorum licentia: immo in ipſo generalis: vt que ſiue in cho ro ſiue in refectorio ſiue alibi modo predi- cto ad conuentualis vite conſuetudinē per tinent: nullus conuentualis auctoritate pro- pria propter euidentem neceſſitatem licite pretermittat. Inde ē ꝙ ab offitio chori ab aliqua videlicet ora canonica: vel a prima conuentus refectione: aut a conuentualibꝰ alijs q̃ꝫq̃ꝫ abſqꝫ licentia remanere vel aſ- ſiſtentem recedere his nec dum in colegio conſumatis non licet. Pro ſpecialibus ad proximum alterius videlꝫ fratris neceſſita tem ſpectantibus: nullum communis ſeu conuentualis conſuetudini aut executioni ſpeciaaliter inuictorum impedimentū pre ſtantibus nequaq̃ꝫ ad ſuperiores ſicut ne pro cõmunibꝰ pro licentia dixerim recurrē dum: cum ſm̄ Apoſtolū: alter alterius one ra portare: ⁊ per charitatem ſpiritus inui- cem ſeruire debeamus: verum tamen tem pore quo conuentualia vel alias iniũcta fie ri debeant: non ſunt preter licentiam ſpecia lia ſeu gratuita huiuſmodi facienda. Illa quoqꝫ que ad cõmunitatis diuino officio- rum obſequia: vel ad proximi neceſſitatem non pertinent: quale eſt ſcribere in quater- no ⁊ alia huiuſmodi: maxime ſi occupatio nem prolixiorem inducunt agenda ſunt de ſuperioris aſcenſu. Pro ſpecialibus ad per ſonam operantis ſpectantibus: ſiue ad car- nis mortificationem pertineant: vt ſunt vi gilie nimis longe: vel abſtinētie ſingulares: ſiue ad exercitium ſpectent operis manua- lis per ſe vel per alium faciendi licentia re quiritur: ſine qua religioſus ſuas facere ſin gularitates non debet. Quippe cui nec cor pus ſuum licet habere in propria volunta- te: ⁊ ꝙ ſine permiſſione patris ſpiritualis fit preſumptioni deputabitur ⁊ vaneglorie nõ mercedi: nec poteſt ſibi operari pro vo lito: ſiue ſcribendo: ſiue aliud faciendo: ſiue rebus ſuo vſui deputatis vt ſunt libri: ve- ſtes ⁊ alia huiuſmodi aliquid immutando: incongrue quoqꝫ pro vno res pluribꝰ ſer- uitura mutatur: fit res frequenter ex muta tione deterior ꝙ mihi ſtudioſe coapto alijs diſapto: h̄ de operibus: nec tamen negaue rim ad minima ſeu exilia quidem: ⁊ vix ali cuius reputanda momenti ſolam ſufficere commutantiam prelatorum. Circa locutio nem hoc teneant: vt coram ſuperiore maxi me in capitulo ſine aſenſu eius prehabito non loquantur. alias de neceſſarijs ⁊ hone ſtis loco ⁊ tempore debitis loqui prout eis ordinatum fuerit poterũt inter fratres. Lo cutio cum extraneis ſiue ſeculares licet fra tribus obſequentes: ſiue religioſus quili- bet fuerit fratribus eſt nouitijs probatio- nis tempore penitus interdicta ſine fratre profeſſo qui omnia loquentis ⁊ reſpondē tis audiat verba ⁊ intelligat: ⁊ licentia ſpe- ciali ſine qua nec ad portam nec ad ipſos

extraneos eis indulgetur accessus: perso-
nis tamen huiusmodi si occurrant poterũt
inclinare: vel si locus aut tempus loquendi
fuerit: ⁊ non potuerint subterfugere bono
modo eos breuiter salutent: si de loquendo
secum requirantur ab eis: respondere hu-
militer debent. se loquendi aut morari licẽ-
tiã non habere: nulla prorsus alia eorum au
diant verba: nec cum eis aliquatenus sede
ant vel alterius commorentur: sed si locu-
tionem necessitas exigat vel honestas di-
cant se ad eos obtenta si poterunt licentia
reuersuros: valeq; potius recedendo faci-
ant q̃ morando. De licentia tamen huius-
modi prelato est cautius prouidendum: vt
ab ipso tantum vel ab coꝝ tantum instru-
ctore: qui est eis ab ipso religionis ingressu
specialiter assignandus: semper cum pre-
sens fuerit requirat ne a diuersis nõ absq;
vitande confusionis periculo minus pro-
uide concedatur. ¶ Circa rerũ receptio-
nem distributionẽ ⁊ vsum quoniam a supe
rioribus auctoritas dependet duo precipue
subditis attendenda videntur. ¶ Primũ
vt qui dat aliquid: id ex officio possit dare.
¶ Secundũ vero vt det: non quidem iu-
xta propriam voluntatem sed prout sibi a su
periore fuerit constitutum: nec superflue ad
officium dixerim attendendum. Qui enim
nullum habet administrationis officium:
nihil alijs dare: cõmutare: vel in fraudem
horum dimittere potest. Rursus horũ of
ficialium officia sunt distincta. Alijs nãq;
necessariarum procuratio rerum: non ta-
men procuratarum distributio est commis-
sa. Ab his non est absq; licentia recipien-
dum aliquid speciale: alijs autem iuxta di-
uersa officia communium distributio re-
rum conceditur. Ab his communia ipsa:
que ordinarie quando secũdum ⁊ vbi vel
quomodo iuxta sui limitationem officij di-
stribuere debet distribuuntur: licite recipi
possunt. Qui vero aliquid extraordinarie
postulat ad licentiam superioris recurrat:
preter communia supradicta quicunq; rem
aliquam occulte. i. sine superioris tacito vł
expresso assensu recipit habet vel vtitur a
religiõis delirat linea: ⁊ quicquid habet ta
liter male habet: poro cum ad proprium
esse dicatur de dispensare sed iuxta propri
am voluntatem: omni assensu alio circũscri
pto: non pauper sed dominus reputandus
videtur: qui rem quantumcunq; alijs di-
stribuendo sine superioris auctoritate dispẽ
sat. Res quoddã sunt cões: sed vsus dispẽ
satiõ pertinet ad prelatos: vt per eorũ curã
singulis iuxta modum ⁊ regulam sub san-
ctis apostolis constitutam prout vnicuiq;
opus fuerit diuidantur. Usurpatus autem
sine licentia rerum vsus culpabiliter teme-
req; presumitur. prorsus illicite vendicatur.
Statum quoq; religiose mancipatiõis eua
dit: qui nisu proprio rem sibi aliquam siue
a parentibus siue a quibuslibet alijs reci-
pit: aut qȝ maioris est culpe receptam ocul-
tans superiorum iuditio non exponit. Qui
rẽ sibi collatã celauerit: sanctꝰ augu. eũ fur-
ti censet iuditio condemnãdũ. Nulla oĩno
res quam superior non dederit aut promi-
serit est licita proprium abdicanti. Sunt qui
oblata non sibi sed prelato mox deferenda:
recipere licitum extimant sed regulari pri-
uato subdito nõ habẽti officiũ recipiẽdi re
ceptionẽ siue licentia generali vel speciali
occultam non dixerim esse licitam. In co-
modandis pro cohabitantium indigẽtia re
bus non est lex posita charitati: possiq; rem
fratri presenti exponere committendaq;: nõ
tamem impendere vendicandam. Proin-
de fratres nouitij nullatenus sine licentia:
nec a se inuicem nec a fratre: neq; a quoq;
hominum rem aliquam siue tabulas: siue
acum: siue aliud quodlibet accipere aut da
re attemptent aliqua ratione: sic nec litte-
ras sibi missas: aut aliquo casu repertas
apiant: que a portantario vel a quo recepit

eas primus debent ad superiorem: vel si superior ordinauerit ad eorum instructorem referri: sed nec fratris alterius vsui deputatam preter ipsius fratris licentiam occupare licebit: genus est furti ⁊ plerũq̃z turbationis occasio: rem fratris vsui deditam eo si adsit inscio detinere. Potest fidelis seruus ⁊ prudens non nulla pro loco ⁊ tempore facere de tacito vel probabiliter presumpto superioris ascensu: ad ipsum deinde acta queq̃z per ausum huiusmodi relaturus: de cetero quicquid boni facit religiosus: aut dicit q̄d suo non nouerit displicere prelato a vere obedientie merito non fraudatur. Felix hec seruitus: immo gloriosa libertas: qua quis sponte venditus in regiam seruitutem deum ⁊ eius vicarios potius q̃z seipsum super se regnare constitués sue prorsus renũtiat voluntati.

¶ De presumptione tam in re q̃z in signo vitanda. ca. v.

P Resumptionem interiorem ⁊ exteriorem: summo opere fugiant. Interiorem: vt sensum suũ sensui non preferant aliorũ nec de bonis sibi a deo collatis inaniter extollãtur: immo in tantum ceteris inferiores atq̃z viliores se ex ĩtimo cordis credant affectu: vt nec etiã se aliquid eẽ existiment. Nempe secundum apostolum. Qui se existimat aliquid esse cum nihil sit: ipse se seducit: neminem spernant: neminem iudicent: cum frequenter humanum fallat iudicium: ⁊ beato Augustino attestante. Cum sepe spẽs facti se aliter habeant aliter anim⁹ facientis: pie de omnibus que occurrunt sentiant: licet rei non intelligant rationem: sinistre ĩterpretari: deprauate mentis ẽ proprium: omnia peruerse possunt peruertere mentes exterioris presumptionis ⁊ sup̃bie notant in oĩ actione sua: gestu ⁊ verbo summo studio fugiant: que humilitatis sunt magnibus amplexantes: respectu actionis: presumptionem in officijs: ⁊ in locis vitent: in offitijs p̃latiõis vl' ordis: aut in alijs que aliquam videantur superioritatem habere nihil vsurpent. liber a culpa non est qui alienum vsurpat officium: presente superiore vel alio fratre: in maiori q̃z ipsi fuerint in ordine constituto ad recipiendum extraordinarie officium: ad benedicendum cibum vel potum: ad dandam fratribus aquam benedictam: vel ad alia huiusmodi nullatenus ingerant. Ad diuinum quoq̃z officium nequaq̃z post seniores vel alios maiores ordinis gradu proprio legant iniectus quandoquidem nullus in minori ordine constitutus post alium maioris ordinis permittendus est legere: nisi necessitate cogente vl' legentiũ ordine permutato: vt in aliquibus festis fieri solet: preter q̃z in omelia quãtum ad primam lectionem q̃z ratione euangelij diaconus legere consueuit. Lectiones autem que de omelia supersunt: non sunt ab alijs q̃z a sacerdotibus faciliter presumẽte: in choro pro dissonantia forte cantantium. vel ob aliam huiusmodi causam manu ad formam percutere. In mensa ictu cultelli vel quõlibet aliud signum cum sono facere ad eos quorũ est super defectus chori vel mense intenderet: pertinet: nec huiusmodi facile debent ab alijs vsurpari. Multa tamen sunt senioribus licita que reprehensibiliter ab alijs presumuntur. Ad hoc nouissimũ elegi locum. Magister ipse humilitatis hortat: locis semper nouissimis nouitij gaudeãt: superstitione: his salua: qui quasi pro cõitatis zelo aliud dogmatizãt. Nunq̃z in choro: mensa: vel alibi ad prima se ingerant loca: sed ea potius a deo caute sedula si valuerint prouisione declinent: vt vix ab alijs perpendantur. Alias omnimode caueant ne congregationis ordinem turbent: ⁊ fiant inter alios pro tumultus occasione notabiles. Cauendum proinde ne dum nimis vitatur presumptio inordinationis ac-

cedat confuſio: vitanda vbiq3 diſconuenien
tie nota. maxime in conuentu. Locus ſupe
rior ad quem neceſſitas ſuperioris trahit
inductio: preſumptionis vitiū non inducit.
Porro moleſta humilitas que confuſioni
deſeruit. Si quando iuxta ſuperiorem vel
alios ſeniores neceſſario ſederint non ſe ni
mis applicēt iuxta eos. Junior ſiqdē aliquā
a ſeniore diſtātiā: reuerentie ritus indicit.
Antiquior autē in ordine frater: vel alias in
officio preeminens licet ſit iunior etate: ſe-
nior appellatur: ⁊ a ſenectutis vita immacu
lata. Preſumptionē in geſtu: elatum caput
ſublimes oculi: faciēs vultuoſa declarant.
Nam vt ait Proſper. Erecta ceruix: tru-
ces oculi: ſermo terribilis: nudam ſuperbi
am clamant: ſed ⁊ quantum poteſt per mē
brorum miniſterium deprehendi: prima ſu
perbie oſtenſio in oculis eſſe ſolet. Qui in
clinauerit oculos ſuos ipſe ſaluabitur. Pre
ſumptio etiam geſtus: in ſignis ⁊ nutibus
frequenter agnoſcitur vt exempli gratia.
Si quis in choro vel alibi pro fratrum de
fectibus vel offenſis ſatyrice nubilum vul
tuoſitatis aſſumat: aut leui cachino: aut mo
tu capitis oculorum circūluſtratione: nariū
contractione: labiorum compreſſione: vel
alio quouis modo defectum fratris tacite
arguat vel ſubſanet. Si eranti in choro vel
menſa lectore ſubmuſitet aut circūſpiciat:
quaſi eum legentem non lateat: qꝺ frequen
ter ſolent facere minus docti. In locutione
notatur preſumptio ſi quod dicit non perti
neat ad dicentē: aut dicendi modus aliquā
ſuperbie tipum pretendat: aut pro loco ⁊ tē
pore ⁊ perſonis fuerit a locutiōe ceſſandū.
Propter primum humilis frater de alie-
nis factis curioſe requirendis ſe nullatenus
intromittit alios fratres regere: docere: ar
guere: vel aliquid imponere non preſumit:
q: hoc eſſet ſuperioris vel ſeniorum officiū
vſurpare. Superbus autem vt ait ſanctus
Ber. Prima die qua ingreditur habita-
re: incipit leges dare. Poteſt frater ſi ſup
aliquo cum inſtantia requiratur: petentibus
ſuper interrogatis humiliter inſinuare qđ
ſentit: ita tamen vt contra reſiſtentes dicta
ſua nulla ratione ptinaciter defendat. Quā
do etiam ſuperioris mandatum ſuper ali-
quo faciendo denunciat: mandantis aucto
ritatem cum humilitate preponat: ne quod
denunciat ipſe imponere videatur. Si pro
prium cogatur recomendare officium ne
quaq3 imperium imponitis vſurpet: ſed id
ſuppleri a ſocijs obſecratione humili obti-
neat. Preſumptionem ergo prudens eui-
tat humilitas: preſumit tamen interdum hu
militer: viſceroſa ⁊ prouida charitas. In
modo loquendi vitium preſumptionis in-
nuitur: ſi qđ dicitur id iactanter impetuoſe
clamoroſe: contēptioſe: deſpectiue vel ni-
mis rigide proponatur. Suauiter enim ⁊
humiliter eſt loquendum. Rurſus qui tem
pore vel loco ſilentij: aut in ſuperioris ſenio
rum vel conuentus preſentia non compri-
mit linguam ſuam preſumptuoſus ⁊ intē
perans merito iudicatur. Loqui in medio
magnatorum non preſumas ait ſapiens. Et
iterum. In medio ſeniorꝝ non adijcias lo-
qui. Hec precipue intemperantie ⁊ preſum
ptionis eſt nota: ſi nouus in ordine frater:
vel iunior quiſpiā: preſente ſeniore ſine ipſi
us nutu: maxime coram extraneis loqui ſeu
reſpōdere preſumit: niſi ex officio commiſ
ſo habeat prius loqui. Temperantia eſt ait
Proſper: quod preſtamus ſeniori loquen-
ti: ſilentium: qđ ipſius ad loquendum pre-
ſtolamur officium. In preſentia vero con-
uentus nullum conuenit loqui ſine requiſi-
to ſuperioris aſcenſu: niſi tantum ſe accuſan
do: vel ad interrogata: ſuperiori vel corigē
ti ad menſam breuiter ⁊ humiliter reſpon
dere: vt breuiter voce ſancti preſumptuo-
ſus agnoſcas. Primus ait in conuentibus
reſidet: in conſilijs primus reſpondet: non
vocatus accedit: non viſus ſe intromittit: re

ordinat ordinata: reficit facta: vilem se: si nō emineat extimans: ⁊ humilem inter alios erubescens: in locis ⁊ ceteris que honorē redoleant se quibuslibet alijs parificare cōtendit. Audax ipse ad quelibet fit frontuosus: ⁊ impudens qđ est maximum in neophito ⁊ iuuene vitium. Religionis confusio: iuuenis presumptuosus ⁊ efrons. Reprehensibilis maxime in iuuene vel minore presumptio quem magis humilitas stabilit verecundia ornat: venustat simplicitas timor insignit ⁊ aptum efficit discipline cuius ⁊ initiū est: qui sine timore est non poterit iustificari.

¶ De vitio irreuerentie fugiendo. ca. vi.

i

Rreuerentie deniqʒ vitium ē humili seruo dei vitandū: cum scriptum sit: cui honorē honorē: ⁊ honore inuicē preuenientes. Attēditur irreuerētia respectu personarum: loci sacri ⁊ temporis officij diuini: ⁊ specialiter rerum eidem officio additarum. De reuerentia prelatis aut alijs fratribus: etatis aut prioritatis: aut diuturnitatis in ordine gratia vel ob sacri ordinis gradu: vel alias pro vite merito exhibenda: sanctorū dicta patrū ⁊ vera humilitas que nō solū prelatis aut senioribus: verum etiam paribus ⁊ inferioribus se subitanea subijcit voluntate: plenius docent: ⁊ oppositum detestantur: non senioribus tantum: imo ⁊ omnibus honorem: Petrus apostolus sententiat exhibendum. Deferre humiliter socijs charitatis est fraterne fomentum: conscientie bone illustrisqʒ animi euidens argumentum: vix nisi socio deferas: cum ipso proficies: ē precipue cōuētui deferendum. Conuentus quidē venerabilis est: imo terribilis: vt castrorū christi acies ordinata. De superiore sapiens ait. In medio fratrū rector eorum in honore. Istis quanto ⁊ maior est reuerentia exhibenda: tanto esse amplioris offense arguitur irreuerentia circa ipsos: sane cōmittēdo ⁊ ōmittendo irreuerentie nota ad ipsos cōtrahitur. Cōmittendo si coram eo deliberate quippiā inordinate attemptetur: vnde nō decet coram conuēti in claustro vel alibi residente: sine debita maturitate ac honestate quantum ad membrorum ⁊ habitus dispositione transire: vel: idem transeunt occurrere: si ab eo cōmode valeat declinari: aut tumultum aliquem facere coram eo. Magnus vtiqʒ cultus conuentuali congregationi debetur: quem qui musitatiōibus aut cachinis: alia ve clamoris vel dissolutionis lasciuia soluere non veretur: aut attrite frōtis superbus: qui arctari silētio dedignetur aut honestatis aut religionis ignarus liquido cōprobatur: quod autem superiore presente agitur minus religiose vl' dicitur id sibi turpius. Propter hoc qui talia in eius presentia committere non veretur ipsum irreuereri ⁊ inhonorare conuincitur. Magis autem si eum scienter per alicuius insolentia facti vel importunitatem verbi: temerario ausu molestet: immo de necessarijs docet sanctus Bernar. q̄ si qua requirenda sunt a maiore: cum omni humilitate ⁊ subiectione reuerentie requirātur. Cū ipso autem prelato contendere nefas est: ⁊ execranda in subdito irreuerentie turpitudo. Deniqʒ tam circa prelatos q̄ʒ circa alios seniores cauendum: vt attrectatione: allocutione: officiorum recomendatione ⁊ similibus aliquod ad eos vel signū vilificationis appareat. Nunq̄ʒ iunior frater ad senioris caput: aures vel faciem quasi applaudendo: vel ob aliam quālibet non necessariam causam manum apponat: vel ali

ter cum eo facto seu etiam verbo minus reuerenter iocetur. Quādo seniores sibi presentes alloquitur: et si forte aliquando eorum propriū nomen ipsis quidem ex reuerentia supprimendum necessario nominat semper tamen cognomen subticeat: nisi propter astantes equiuocum specificare cogatur. Senioris auribus nomen eius propriū vel cognomen nisi ex causa iunior irreuerēter iculcat: verū lȝ vilitatis notā nomē propriū exprimi: ex amore vel reuerentia supprimi scriptura inuēte noiem⁹ sine vitio tñ palā lȝ seniorib⁹ ipsis exprimitur: qñ irreuerentie notam: mos: modus et congruentia redimunt. Sepe quod erat incongruum necessitas: gratia vel consuetudo conuertit. Sapit et vitium si ad te verbo vel nutibus superiorem accersis: ad quem est tibi facilis seu liber accessus: honestius quidem ad eū tu accersis cui reuerentiam debes q̄ȝ ipsuȝ accersire ad te facis. Nullus etiam frater puro nomine est appellandus: sed proprio nomini semper apponendus est religiose prenominationis insigne. Ad hec humilia et laboriosa offitia recomendari coequalibus et iunioribus maxime conuenit. Quō aut suum quisq; officium suo dumtaxat cō pari: vt acolitus acolito: subdiaconus subdiacono et sic de alijs recomendet: in offitio diuino specialiter locum habet: vbi personarum acceptio non quidem vitiosa sed ordinata discretio: iuxta cuiuslibet statuȝ et ordinen est habenda: ne sancita patrum auctoritate distinctio confundatur. Propter hoc et si tantorum officium ad fratres nouitios nullo modo pertineat: si quando tamē ad hoc per superiores cogantur caute prouideant q̄ lectiones rubrica et antiphonas distribuant ordinate ordinum gradibus obseruatis: primas antiphonas maiorib⁹: vȝ prelato vel ebdomadario: vel seniori alicui sacerdoti: vel quando mos habet minoribus in vesperis nocturno: et laudibus offerentes. Deinde post vnum vel duos fratres eiusdem gradus si oportuerit: ad alios ordinate secundum gradus ordinum progressuri: nec facile diuersorum in ordinib⁹ graduum fratres combinent: aut minorum officia in maiori ordine constitutus imponant. Prius quoq; ordinatos alijs preferendos iura decernunt: si preordinationi rarius deferunt: ordini tamen semp: nunq̄ȝ ordinum confusionem in choro religioneȝ putent: cum id magis abusionem irreuerentieq; obnoxium esse constet. Omnia inquit apostolus honeste et secundum ordinem fiant in vobis. Et in paralipomenon de ministris domini dicitur q̄ stabant secundum ordinem suum in ministerio. Si quis sediliū chori dūtaxat ordinē: sine alio persona⁊ delectu iductiōe in huiusmodi extimat conseruandum: penset si a carpentarijs cōstructus dignior ordo in sedib⁹ sit ordini preferendus: tractetur in psonis. Seruādū saltē vel in ecclesia: ecclesie ordinem decreuit auctoritas: equitas et honestas. Omittendo notam irreuerentie quis incurrit: quando senioribus et prelatis maxime honoreȝ vel obsequium debitum: aut in obsequio ipso negligit reuerentiam exhibere: aliqua hoc potius expressiōe patebit. Honori quis detrahit si eis humiliter non assurgit: vel eis stantibus ipse sedet si deficientibus in choro vel alibi sedibus locum eis non offert: si eis in choro: in mensa: in sedendo: eundo: et huiusmodi si eodem potest nō cedit. Obsequio detrahit si hoc eorum psonis: quādo palam egent nō exhibet si eis in aliquo humili vel laborioso officio in sui presentia occupatis se ad illud faciēdū vel coadiuuādū nō offert: si qd̄ ad se ex officio pertinet eis faciēdū dimitit. Expedit itaq; vt iuniores frēs seniorib⁹ hūil'r deferētes: eos in his q̄ pure sūt honeris non oneris agēdis:

siue ad officium diuinum: siue ad alia perti
neant humilitatis officia studeant preueni-
re. Ad prouidendum de lumine ac libris in
choro ad tenendam candelam ad libruꝫ: ad
dicendum in choro ⁊ extra officium beate
virginis quantum ad inuitatorium ⁊ lectio
nes necnon ⁊ horarum: versiculos: vbi ad
hec dicenda presens nō fuerit aliquis assi-
gnatus. Ad offerendum aquam pro mani
bus abluendis: ad leuandum mensam fini-
tis gratijs. Ad ministrandum celebrantib⁹
in altari: quotiens necessarium fuerit in of
ficio suo: siue in minorib⁹: siue in sacris fue
rint ordinibus constituti: soliciti sint ⁊ prō-
pti: nec ista aut similia senioribus facienda
relinquant. Erubescat diaconus vel subdia
conus vacans vel obtendens officium: qꝺ
apte potest cōmittere vel differre: sacerdo
te ad missam vice diaconi: vel diacon pro
subdiacono ministrante. Nec magnum est
si ebdomadas casu cōtinuent: grauiora pas
sim continuantur officia. debet cuilibet or-
dini gradus suus: nec de gradibus est agē
dum: nisi forte aliud congrua interduꝫ cau
sa deposcat. In obsequijs eorum maxime:
qui vice christi nostraruꝫ sunt custodes ani
marum non est reuerentia ommittēda: que
per caputij extractionem: dum eis ministra
mus: aut loquimur: per humilem corporis
inclinationem pro loco ⁊ tempore: vel ali-
as per humilem assequendi modum osten
ditur. Superb⁹ autem vt ait Prosper: non
seruat in obsequio reuerentiam. Stolidis
quibusdam decreti est: nulli deferre distin-
ctionem personarum: ⁊ graduum non cu-
rare: curantibus autem: nunc adulationis:
nunc acceptionis personarum crimen im-
pingere: vaniqꝫ admodum ⁊ confusionis
amici vt senioribus de superbia caueant: si
bi non cauent: seduniqꝫ irreuerentie vitiuꝫ
pro religione defendunt: humilitatem maio
ribus exhibendam: euangelij sanctio ⁊ pro
fessio nostra cōmendāt: nusqꝫ tamē vt re-
colo superbiam alijs seu temerariā parita-
tis vsurpationem indulget. Seniorꝫ ē itaqꝫ
vt humiliter sentiat: venerationē non appe
tāt: humiles se alijs ac sociabiles exhibeāt.
Sapientis est consilium quāto magnus es:
humilia te in oībus: sapiētie vero ꝑceptum
qui maior est vestrum fiat sicut iunior. Et
petrus cū dixisset adolescentes subditi esto
te senioribus: pro vtrisqꝫ subintulit oēs in-
uicem humilitatē insinuate. Ceterum cum
omni indifferenter per se humilitas sit que
dā turris fortitudinis a facie inimici: nescio
quo pacto tamē ius eius maiorē maiorib⁹:
⁊ in clarioribus clarior cōprobatur. Por-
ro respectu personarū nō solū vt dictum ē:
verum etiā respectu loci sacri: vt est in ec-
clesia: maxime circa altare irreuerentia est
vitanda: vt cū ad ipsum acceditur: maturi-
or ⁊ humilior gestus accedentis: ⁊ maxime
ministrantis deuotionē ostendat: nec aliqs
cuꝫ impetu vel alias inhoneste accedat. In
ecclesia vero cauendum ne quāuis extra ca
nonici tempus officij: loquendo: ridēdo:
vel alio quoquomodo min⁹ honeste aliqd
fiat. In aula regia ingressurus ait sanctus
Criso. Oculis incessu: ⁊ habitu te compo-
nas: ⁊ in ecclesia ingressurus que vere est
aula regia rides: Est etiam sacro tempori:
hoc est diebus solēnioribus deferendū: vt
in eo a cōmuniū operū occupatione cesset:
⁊ diuinis officijs attentius insistat. Nā vt
ait Ago. Festi dies aliud studiū: ⁊ alium cō
uersandi modum exigunt: atqꝫ alium hi: in
quibus licet operari exposcunt. In illis in-
quit nos oportet ad celebranda diuina mi-
steria deuoti⁹ insistere: atqꝫ in oratiōe diuti
us pseuerare. Oēs deniqꝫ actū ⁊ oēs motū
cordis pariter ⁊ corpis ministerio diuino
mancipare: atqꝫ vt ita dicā quadā conuer-
sationis nouitate festos dies honorare. In
ceteris vero diebus quando operari licet:
nullus oīno ociosus apparere debet. De
irreuerentia in diuinis officijs ⁊ rebus ad

ea spectantibus euitanda: infra per reuerē tie positionem agetur.

¶ Pars secunda huius operis. De disciplina in generali. ca. j.

Icto de preparatorijs ad disciplinam et aliquibus eius effectibus incidenter sequitur: vt de ipsa plenius exprimentes: que vetustate deposita animoqꝫ cōtra hostis insidias stabilito super radicem humilitatis consurgit. Primo in generali: quid sit: que sit eius vtilitas: qualiter ad eius perueniatur notitiam: et de ipsius custodia: deinde in spirituali dicamus. Disciplina est vt ait Ugo. Conuersatio bona et honesta: cui paruꝫ est malā non agere sed studet et in que bene agit: per cuncta irreprehensibilis apparere. Itē disciplina est membrorum omnium motus ordinatus: et dispositio decens in omni actu et actione. Audistis quid sit disciplina: nunc attendite quā vtilis et qꝫ necessaria sit: Disciplina est malorum desiderioꝝ carcer: frenum lasciuie elationis iugū que domat intemperantiam: leuitatem ligat: et oēs inordinatos motus mentis suffocat. Sicut enim de inconstantia mētis nascitur inordinata motio corporis: itaqꝫ dū corpus per disciplinā stringitur animus ad constantiā solidatur: et paulatim intrinsecus mens ad quietē cōponitur: cū per disciplinę custodiā mali motus foras fluere non sinuntur: sed qui statū mentis perdit: subsequēter foras in incōstātiam motionis defluit atqꝫ in exteriori motione indicat: quod nulla interius radice subsistat. Unde per salomonē dicitur. Homo apostata vir inutilis graditur ore peruerso annuit oculis: terit pede digito loquitur. Scientiā que ad instructionē recte et honeste viuendi pertinet: multis modis hominem colligere et comparare sibi oportet: partim ratione: partim doctrina: partim meditatiōe sanctarum scripturarum: partim assidua inspectione operibus ac morū suorum. Hoc nouissimū maxime fortassis pre ceteris necessarium: vt sit. s. homo in omnibus operibus suis circūspectus et prouidus: et quotidiana discussione: cogitationes: locutiōes pariter et facta sua apud semetipsum camisei. Sapientes quippe semper agendo discunt: et per exercitium bonorum operum quotidianis profectibus in maiorem virtutum agnitionem excrescūt. Per experientiam nāqꝫ eorum que faciūt: ad ea que post modū agēda fuerint cautiores fiūt. Et quāuis in nullo loco disciplinam suaꝫ homo deserere debeat: diligentius tamen et magis solicite ibi est cōseruanda vbi neglecta scandalum generat: vel custodita bone imitationis exemplū. Discernendum que sint illa que in disciplina custodiēda nunqꝫ intermitti: et que rursum illa sint: que pro loco et tēpe nunc intermitti: nunc exerceri volunt. Sepe tamen etiam illa que in publico necessaria sunt: prius in secreto exercitationis vsum exposcunt: quia si prorsus ea que in occulto negligimus: vti postmodum eis: dum opus est in publico non valemus: et tūc aut prorsus a disciplina deficientes: intuentibus scandalum facimus: aut inepte id quod in nobis non est simulare conantes irrisioneꝫ excitamus.

¶ De disciplina in speciali circa spiritualia inter fratres et primo respectu amotionis mali. ca. ij.

Am dē disciplina in speciali: et inter extraneos suādа vidēdū inter fratres. Primo de disciplina circa spūalia quedā: dein de circa corporalia. Circa spiritualia vero: primo quo ad amotionē mali.

Secundo quo ad positioné boni: quo ad motioné etiá mali. erit primo de disciplina circa cófessioné priuatá: deinde circa publicam attendendú. Et cú disciplina per Ugonem vt dictú est: bona τ honesta ɔuersatio describatur: in dicédis de ea ad bonitatem simul τ honestatem considerationis est oculus dirigendus.

¶ De disciplina circa confessioné. ca.iij.

(d) E quotidianis offensis sine q-bus hec vita nó ducitur: facienda erit ɔfessio: de priuatis priuata: de publicis publica: τ nihilomin⁹ qñqʒ priuata. Attédédum de cófessione priuata: quibus: quotiés quomodo: τ vbi fieri debeat: τ que circa eam sit nouis fratribus disciplina ſuanda. Debét supioris vel si ipse ordinauerit instructori suo τ nó alij nisi in ei⁹ absentia ei tantú qué supior vel instructor de supioris ascensu eis dixerit assignádú tribus vicibus in qualibet septimana vel pluries ɓm q̄ necesse: habuerint indicto sibi tpe in loco pro sacraméti reuerétia ɔgruo cú diligétia ɔfiteri. Nunqʒ eis placeat vicaria ɔfessoris mutatio vt núc vni confiteanꝛ: núc alij: qn potius si qñ id cogat necessitas: notabilia deinde ad principalé referát confessoré. Causa tñ deuotióis ea possunt plurib⁹ confiteri. Aliter nó est consciétie ordinate seu pure varios querere cófessores. Fit inde salubriter: vt cui de peccatis preteritis semel quis generaliter est cófessus: de quotidianis etiam ɔfiteaꝛ eidé: vel nouo si deserit curatori: suorú denuo vulnerú aperiat corruptelá. De disciplina circa confessionez: discretio: puritas: τ reuerentia probent. Habeát discretionis cautelá: vt anteqʒ ad confessorez accedant: diligéti super ɔfitendis examinatione prehabita offensas suas: prius speciales: deinde alias seriatim τ breuiter sine culpe τ vboꝝ replicatione inutili ꝓsequentes: ɔfessioné suá sub prima τ vltima culpe nominatione concludát: Aliqua tñ iterdú deuotioni τ consciétie replicatio idulgetur. Sit etiá pura ɔfessio: vt confiteanꝛ simplr τ deuote sine excusatione τ accusatione seu noiatione alterius: de quibus conscientiam habuerint remordenté: nec specialia passiz sub generalitate pertranseant. Temptationes suas τ cogitationes malas nulla ratione occultent. Nó cótépnát modica ne paulatim defluant ad maiora. In domo quam subintrás radius solis illuminat: quátúcúqʒ fuerit premúdata: athomi nihilomin⁹ diligentius intuéti apparent. Sic τ cor gratie radijs illuminatú: etiá minima videt: ac vitioꝝ laqueos subtili examinatióe discernit. Quáto quis fuerit mente purgatior: tanto se sordidiorem videbit τ maiores causas inueniet. Deponende sunt tamen scrupulositates quedá superflue: que consciétiá in erroris confusioné inducent. Reuerétiá non solú interioré. verú etiá exteriorez decet cófitenté habere: vt suo deferés confessori se illi: siue in eleuatióe capitis: siue in alia corporis dispositióe: si comode vitare poterit nó coequet: sed flexis genibus dú ɔfiteꝛ nudato ac demisso capite sit humilir corá eo.

¶ De disciplina circa confessionem publicam. ca.iiij.

(o) Ffensé publice publicá vt dictú é ɔfessioné requirút: circa quaz attédédú est eis: vbi: de quibus τ qualr fieri debeat. Cófessioné huiusmodi facere debét: aut corá supiore in capitulo ꝓfessoꝝ: si adesse liceat τ si moris é: aut corá instructore suo qñ tenet eis capitulum separatim: aut alibi priuate corá aliquo vel aliquib⁹: si priuate offenderint corá eis. Ante oia si peccauerint se facto vel verbo aliqué vel leuiter offendisse ante comestioné vel somnú: cú humi

li studeát satisfactione placare: et in petitióe uenie preuenire: ne alius preueniés de ma nibus eorum humilitatis mercedé surripiat. In capitulo professor: statim post preciosa recomédationibus factis se de maioribus et manifestis accusent ipsumque denique caplim continuo in siml' exituri: et ad locú sibi determinatú ad qué nó sit seculariú accessus itu ri. Mos tñ iá apud multos provide abnuit: fratres nouos in caplo satisfacere professor: sed pro suis offensis suus ibidé proclamat seu premunit instructor. In scdo caplo vz instructoris qd debet eis tenere duabus vel pluribus vicibus si superiori videbit in qlibet septimana sup predictis si in primo nó fuerit capitulo satisfactú: alioqn sup notabilibus et aptis circa eiusdé instructoris monitióes: offensis et negligétijs se incusent: qui super his de qbus sibi videbit eos caritatiue corripiens: prout cuiusque moribus viderit expedire: salutaribus debet instruere documétis: cósiderás diligéter: vtrú deú querát ex animo: si sint ad orationé et officiú diuinú soliciti: si ad iniúcta faciles et deuoti: si ad correctioné ac ét opprobria patiétes: vt sic de moribus ipsorum ac proposito héat plenius certitudo. Matré se eis in lenitatis dulcediné: patré in correctionis censura exhibeat. Sit seueri or iuditio q̄z sermone. Qui dulcis est eloquio maiora recipiet. Nec oportet q eis penitétiá corá toto conuentu publice faciédá: sine cósciétia superioris iponat. Postremo vt disciplinato et debito mó huiusmodi fiat có fessio: debét circa eá: honestaté: cautelam: et humilitaté seruare. Honestaté vt culpe nar rationé nudato capite: nó ridédo: nó circúspiciédo: aut cú manu aliqd faciédo: sed iunctis potius vl' aliter honeste dispositis manibus exequat. De cautela dictú é in capitulo precedéti: q̄z in hoc precipue héant: vt se paucis verbis expediát: et in culpa sua nullú aliú q̄z seipsos inuoluant: qd et puritaté et cautelá concernit. Humilitaté habere debent: i gestu corporis et verbis. In gestu quidé vt ad terram iuxta fratrú consuetudiné humiliter se prosternant. In verbis autem vt sint verba subiectionis et penitentie: nullá oino superbie aut impatientie continentia notam. Quádo in capitulo vl' extra nimis austere: vel minus iuste suo iudicio super aliquo arguuntur: non turbentur animo sed potius pro fratrum diligentia circa ipsos: qui quos amant arguút et castigant: et exercitio virtutis oblato: in domino gaudeant et exultent: ad verba et verbera gratanter propter xpm et humiliter sustinenda parati. Et licet fratres professi: aliquando propter infirmos provide duxerint abstinendum: ne pro qualibet offensa reprehendant eos indifferenter: aut minus improbe: quáuis pie. vt.s. quod in eis reprehensibile viderint: suo cósultius denúciét instructori: ipsi tñ fratres nouitij ab oibus corripi: ab oibus erudiri affectent. Qui nó vult corripi: nó vult corrigi ait quidá. Admoneberis inquit libéter: si reprehéderis patiéter. Probata siqdé patiétie virtus reddet eos deo et fratribus gratiosos. Culpá suá nullo mó defendát: et nimirú vt ait scús Gre. Que defendit culpa gemina tur: sed si sentiút imunes: satisfactióe semper quátúcúque fuerit inocétes: humilit probata pñt inocétiá suá cú reuerétia tñ corripiéti ostendere: si reqsiti fuerit aut pmissi. Btus seruus q nó é velox ad se excusandú: et húliter sustinet verecúdiá de peccato vbi nó có misit culpam.

¶ De disciplina respectu positionis boni. ca.v.

Congruit iá de disciplina quo ad positioné boni tágere. Et primo de disciplina circa cordis informationé: ad quá é lectio illuminás itellectú: et oro accédens affectú. Scdo circa corporis exercitationé ad q̄z diuinum spectat officiú. Tertio circa exercitationé opis ad quá altaris pertinet ministerium.

De diſciplina circa orationem. Capitulum .vi.

Inſtent orationi feruenter: non ſolum in oratorio: verumetiam vbicunque fuerint: cum ipſi templum ſint dei: aut certe in lectis ſuis oculte ac ſine perceptibili ſibilo: quippe tanto ſecurior quanto ſecretior exiſtit oratio: ⁊ quaſi capitulum ſibimet ipſis tenentes in quo deficiant vel proficiant quottidiana ſecum diſcuſſione perquirant. De vocatione ſua ⁊ inumeris beneficijs ſaluatoris: gratias ei debitas tota intentione ſoluentes: quod incohauerunt bonum ab eo proficere inſtanti oratione depoſcant: nec ſolum pro ſe verumetiam pro alijs tam viuis quam mortuis orent: ⁊ quaſi quoddam ſibi memento conſtituant. Poterit oraturus primo a dei laude incipere: hinc impenſa ſibi beneficia memorari: deinde neceſſitates quas patitur ⁊ defectus exponere: poſtremo humiliter poſtulare. Ordo tamen ⁊ modus quem ſpiritus ſugerit ⁊ affectu magis ſapit eſt in oratione ſeruandus: ad orandi ſtudium meditatio prouocat ⁊ informat. Sic orationi ſancta meditatio neceſſaria eſt: vt oratio perfecta eſſe nequeat ſi eam meditatio non committetur aut precedat. Nam ⁊ hi qui mala ſua conſiderare negligunt: aut nihil petendo aut aliud petendo quam oportet facile per ignorantiam fallunt: aut certe minus quam oportet digne petendo per diſidiam tepeſcunt. Quanto magis homo mala ſua intelligit: tanto amplius ſuſpirat ⁊ gemit. Primum igitur neceſſe eſt: vt ſi prudenter ⁊ vtiliter deum orare volumus animum noſtrum iugi meditatione exerceamus ⁊ in conſideratione miſerie noſtre diſcamus: quid nos neceſſe ſit petere: in conſideratione miſericordie dei noſtri: quo deſiderio debemus poſtulare. Iſtis duabus ſ. miſeria hominis ⁊ miſericordia redemptoris oratio ſubleuatur. Sit autem ipſa ſemper deuota: que oportunitate iuuetur: frequentia foueatur: deuotionem: intentio: diligentia: puritas: ⁊ affectio probent. Tota mentis intentio a curis exterioribus reuocata orationis vigilantia applicanda: ne aliquid preter id ſolum quod precatur animus cogitet: non eſt labiorum ſed cordis oratio: dum orant ſic ſemetipſos conſiderent tanquam preſentatos domino maieſtatis. Negligentes autem orationes: nec ab ipſo homine impetrare valent quod volunt: ⁊ non in multiloquio: ſed in puritate cordis: ⁊ compunctione lachrymarum nos exaudiri ſciamus: ⁊ ideo breuis. debet eſſe ⁊ pura oratio: niſi forte ex affectu inſpirationis diuine gratie protendatur. Quanto vero feruore timore ac reuerentia ſit deo ſupplicandum: inſinuauit qui docuit nunquam ſine gemitu eſſe orandum. Oportunitas loci ac temporis: quietis motuum interiorum: diſpoſite affectionis: ⁊ ocij ad orandum non tranſeat ocioſa. Qui oportunitatem deſerit: oportunitas eum fugit. Oratio priuatis locis oportunius funditur dum deo tantum teſte deprimitur. Proderit ergo aliquando ab obtinendam compunctionem: ſi ita ſemoti fuerint: vt puras manus ad celum leuando: etiam ſuam interdum audiant vocem. Nonnunquam etiam ad ſubleuandam intentionem in celum ſuſpiciant: vt corpus pariter animuſque tendatur ad dominum: ⁊ ibi ſit cor vbi eſt theſaurus ſuus, dominus ieſus chriſtus. Ceterum mane ac veſpere tempus eſt orationi oportunum quod penitus a peculiari vacuum oratione ſi vacat culpabiliter pretermittitur. Maxime autem cum profundum nocturnus ſopor indicit ſcilentium: tunc plane liberior erit puriorque oratio nullo inter turbata clamore nulla aſpicientis laude temptata. Sic mentis tranquillitas ⁊ quedam ſpontanea quandoque animi promptitudo immo inſpiratio que ſe offert ocijque libertas non innoxie negliguntur: que ſi etiam deſint

[l]abore ſunt quodam ac ſtudio comparāda: pſalmorum: hymnorum: ſanctarum meditationum ⁊ genu flexionū inſtantia: deuotionis ⁊ ſpiritus excitandus. Ocium ſi deſit ſicut ad cibū corporis: ita quoqꝫ eſt ad refectionem anime vendicandum. Sicut enim carnalib⁹ eſcis alitur homo exterior: ſic deuotis orationibus homo interior paſcit ⁊ nutritur. Porro deuotus vir oportunitate fraudatur: deū quem ex animo querit vbi inuocans inuenit: ingratus ac tepidus orādi affectum: nec ipſo valeat oratorio inuenire. Plorat in conuiuio Magdalena: nec preſentiā impedit conuiuarū. In ipſo autē domini templo deſcipit phariſeus. Eſt autē frequēter orandū: quia oratio eſt hoſtis flagellum: peccatoris ſubſidium: proximi ſolatium: dei ſacrificium: frequens oratio viciorum expugnationem extinguit: in oratione datur bona voluntas: Oratio grandis ē intentio anime. Quāobrem poſt horas canonicas anteqꝫ oratorium exeant aliquod orationis vel laudis gratuitū deo munuſculum offerant. Aſſueſcant huic conſuetudini ſancte cōſtanter inſiſtere motuſqꝫ animi refugos diſcant deo vel paululū applicare.

De diſciplina in lectione. ca. vij.

Lectionib⁹ quoqꝫ diuinis ē anima nutriēda. Idcirco illis qui primo circa diuinum officium adiſcendum prout infra tangit extiterint diligentes per inſtructorē. ſcriptura ē aliqua morum informationi conueniens prouidēda: ſpiritualis potius ex ſacra pagina conſolationis habende qꝫ ſtudij gratia. Nouorum ſtudium fratrum in orationis inſtantia: in diuini cura officij ⁊ fratrum obſequijs maxime debet eſſe. In lectione itaqꝫ ſi quā ſibi permitti contigerit non magis querant ꝙ ſenſum acuat qꝫ ꝙ mores inſtruat. non magis querāt ſcientiam qꝫ ſaporem. Hauriendus eſt ſepe de lectionis ſerie affectus ⁊ formanda inde oratio que lectionem aliquando interrumpat: hoc modo: lecta diuina lectio cōfert intelligentiam ſalutarem: ⁊ ſcientia ipſa que pro veritate deſpicitur per virtutem poſtmodum inuenitur. Certis autem oris certe lectioni vacādū ē: fortuita lectio ⁊ caſu repta nō hedificat: ſꝫ reddit aiū iſtabilē faſtidientis ē ſtomaci mlta deguſtare. De quotidiana lectiōe aliqd quotidie in vētre memorie dimittēdū ē: qđ fidelius digeratur ⁊ rurſū reuocatū crebrius ruminet: qđ propoſito cōueniat: qđ intentioni proficiat: qđ aiū detineat: vt aliena cogitare nō libeat.

De diſciplina circa diuinum officium adiſcendum. ca. viij.

Reſtat de diuino officio prout ē in adiſcēdo: deinde prout in exequendo videre. Adiſcendum ē diuinū officiū maxime in principio diligenter: ⁊ licet de totali officio ⁊ ordinis eius vſu ſeu forma notitiā habere oporteat: ſunt tamen quedam communia. ſ. officium beate virginis ⁊ mortuorum ⁊ cōe de ſanctis cum pſalmis hymnis ceteriſqꝫ ad illud ſpectantibus: lectionibus tm̄ exceptis: prima: cōmpletorium: ⁊ precioſa: capitula: verſiculi: preces: ⁊ ſuffragia horarum ferialium: abſolutiones ⁊ benedictiones que in matutinis dicuntur: hymni: ferie: laudumqꝫ pſalmus ⁊ cantica: benedictio quoqꝫ menſe cum gratijs necnō pſalmo prime dominicalis: ⁊ omnes etiā pſalmos a vndecimo vſqꝫ ad vltimū niſi totū qđ magis expedit diſcatur pſalterium que ſunt cordetenus adiſcēda ⁊ menti per exercitiū arctius imprimēda. In ſabatis quoqꝫ ⁊ precipuarū ſolemnitatū vigilijs prouidēdū eſt diuinum officium tam in cantu qꝫ in nota. Quotiens autē extra chorum cantat propter honeſtatem: ⁊ ne orantibus vl' ſtudentibus fratribus impedimētū preſtetur:

vocem in cantu depꝛimi decet: ꝙ pꝛecipue
poſt refectionem ſicut ⁊ in verbis modeſti
am congruit obſeruari. Ante ſumptum ci
bum: vt ait Hugo magis illares non eſſe
conuenit: ne ipſa noſtra abſtinentia grauis
⁊ moleſta eſſe videatur. Poſt vero ma-
gis modeſtos ⁊ tacitos: ne pꝛo gule vitium
crapula nos inflamaſſe putetur.

¶ De diſciplina circa diuinū officium in choꝛo. ca.ix.

D diſciplinam in offitio diuino
cum in eccleſia dicit̃ obſeruan-
a dam: reuerētia ſpectabilia: dili
gentia q̃z ⁊ honeſtas pꝛecipua
requiritur: reuerentia qͦ tam
exterioꝛ q̃z interioꝛ eſt habenda. Interioꝛ
vt cum timoꝛe ⁊ humilitate tanq̃z deo pꝛe-
ſente pſalamus. De hoc ſanctus vbiq̃z ait.
Credimus diuinam pꝛeſentiam maxime ta
men hoc ſine aliqua dubitatione credimus
cum ad opus diuinum aſſiſtimus ideo me-
moꝛes ſemper ſimus qͦ ait pꝛopheta. Ser
uite domino in timoꝛe. Cōſideremus qua
liter opoꝛteat nos in conſpectu diuinitatis
⁊ angeloꝛum eius aſſiſtere: ⁊ ſic ſtemus ad
pſalendum: vt mens noſtra concoꝛdet voci
noſtre. Reuerentia exterioꝛ in hoc attendi
tur vt deuote inclinetur: qñ ſtādū fuerit ſte
tur: fiat etiā pꝛoſtratio qñ fuerit faciēda de
quoꝝ diſciplina infra agit̃. Eſt ⁊ reuerētia
vt in officio ad ea que moꝛe agēte ſingulari
ter vnꝰ dicit: puta colectas vel verſiculos:
⁊ alia queq̃z huiuſmodi caput nudet. Nē-
pe que ab vno dūtaxat exercere moꝛe dicū
tur: nudato capite habēt dici etiā extra cho
rum. Orandū ē ſm aplm capite nō vela
to: ſaltē vbi ſolēni aliquid diſtinctione pꝛo-
fert̃: nudi quoq̃z reuerētia virtutis deuota
quedā in officio venerant̃: verū irreuerēs
nec ſolēnia vel alias deuota diſcernit: dili-
gentiam in officio ꝓbāt: ſtrenuitas quedā:
pꝛudēſq̃z ſolicitudo habēs circa neceſſaria
ꝓuidēda: ⁊ cōtra impedimēta cautelā: ſtre
nuitas: toꝛpoꝛis ⁊ tepoꝛis fugat inertiā: doꝛ
mitationes quas pigredo imittit non patit̃
quippe intēta ſupplicatio doꝛmire: coꝛ mun
dū vetat: doꝛmitatio in officio tunc maxīe
iputatur: remiſſi dicit̃ reſtitutione officij re
dimēda: quomō manū in ſinu tenendo vl̃
ſegniter apodiando: ⁊ occaſionem quis pꝛe
ſtat: aut ſubꝛepentem eam viriliter nō re-
pellit. Pꝛouidētia reſpectu ꝑparandoꝛum
⁊ dicēdoꝛum attendit̃: vt vz libꝛi ⁊ alia ad
officiū neceſſaria pꝛeparent̃ tempoꝛe opoꝛ
tuno: dicenda quoq̃z vel cantanda ſtudio-
ſe ante pꝛeuiſa quando ⁊ quomodo ſunt di
cenda dicant̃. Debitus legendi ⁊ canendi
modus eſt: vt nec nimium eſtinetur nec ni
mia fiat aut inequalis pꝛotractio: ſed cum
pauſantibus ſtatim pauſet: ⁊ vox vniꝰ vix
inter alios poſſit diſcerni. Cautela deniq̃z
neceſſaria eſt: vt eoꝛum que officiū diuinū
impediunt occaſiones vitent̃: quapꝛopter
dum officium quis dicit non debet ſtudere
aut per alios libꝛos reſpicere: vel alij que
vitare poſſit occupationi vacare: ſiue in lā
padibus pꝛeparandis: ſiue in quibuſlibet
alijs: que vſq̃z poſt officiū differri poſſunt.
Indignum quoq̃z in officio dei: venandis
vermiculis ⁊ mactandis intendere: quibus
palam in oꝛatoꝛio digitos aut lingua fedare
frons irreuerenda non metuit: honeſtas in
choꝛo: in exterioꝛum actuum grauitate: in
coꝛpoꝛis decenti: ⁊ vnifoꝛmi diſpoſitiōe ac
cipi poteſt: ſane in populo graui laudatur
deus: grauitas: inquietudinem: diſſolutio-
nem ⁊ tumultū excludit. Inquietudo in mo
tu membꝛoꝛum inoꝛdinato conſiſtit: ſiue ca
pitis in circūagendo: ſiue oculis in circūſpi
ciendo per choꝛum vel alibi ad libꝛum po
tius pꝛo pſalmis etiam vſitatis tenendum:
vel ad terram pꝛo vagis arcendis reſpecti
bus: mentis non mediocriter vagationem
cauſantibus vꝛgendoꝛum: ſiue manuum in

tractando vel voluendo librorum folia curiose vel aliud superflue faciendo: siue pedum in discurrendo: vt si frequenter quis oratorium exeat: aut per chorum friuolis occasionibus inuentis discurrat: tunc enim etiā vtilia sunt aliquotiens differenda propter vitationem discursus. Dissolutio vero non solum in verbis aut risu quibus vanissimū est in choro dissolui: verū etiam in cantu cōsiderari potest: vt si quis punctos in nota: nunc diminuens. nunc de suo pro libito supaddens vocem muliebriter frangat: aut in falsetum extollat ꝙ est nouis maxime fratribus omnino impertinens: numq̄ꝫ in choro ceteris altius cantent: sed cōmunem psalentiū teneant vocem. Ridiculum etiam si altiori ceteris voce quis cantans post dictionem vel sillabam ab illa vocis altitudine recidens: vel etiam per interpolationes resumens non continuet qꝺ incepit. Tumultus in choro per vocis susurrium: per importunitaté spuendi seu excreandi: ⁊ per impetuosam eleuationem vel depositionem sedilium fieri solet: quā turpe sit in choro susurrium palam est: nescit tamen indisciplinatus ⁊ leuis lubricam linguam a sibilis ⁊ mussitationibus cohibere. Vitādi quoqꝫ in cōuentu oratio sibilosa: inepta oratio que vna plures ⁊ sepe deterior impedit meliores. Est etiam caute vitandum: ne dum aliqua singulariter in choro dicentur: vt sunt collecte: capitula: lectiones: notabilis spuēdo seu excreando sonitus fiat: vsqꝫ dum capitula ipsa collecte vel lectiones periodus: idest duratio vel terminus cuiuslibet compleantur. Circa hoc etiam dum predicatur vl' legitur similis est oportunitas obseruanda. Sedilia vero non passim cum pede sed cuꝫ manu potius eleuari: ⁊ caute deponi ne aliquis ex hoc in domo dei sonitus audiatur. Congrue tamen lectionem vel epistolam incepturus expediat quousqꝫ consedentibꝰ fratribꝰ sediliū si q̄ fuerit tumultꝰ geuerit.

a D hec honesti fratres in corporis dispositione: decenter ac vniformiter sit in choro. decenter quidem: sine vaga dispositione: vel turpi. vaga vt quando chorum ingressi intrante vel astante conuentu: nunc segniter resident: nunc stantes quidem: ac ⁊ illac membrorum vt languentium: incongrua quadam exagitatione se girant: nunc statue instar stallo affixe: tantū e regiōe dispositi velut sui obliti: nec ad altare dimissis luminibus: ante inceptum officium oraturi se vertunt: vel alias religiose vt decet disponunt: sed nudato etiam capite circūquaqꝫ vt ceruis in saltu: vel ruralis in teatro inordinate girouagantes respectibus oculos in andientium vel coastantiū vultus infigunt: suoqꝫ indisciplinato intuitu quem ipsi negligunt: colateralium etiam orationem impediunt. Turpis erit si sit ibi molit' aut remisse se in stallis suis brachijs aut thibijs resolutis notabiliter incuruando: aut in partem vnam penitus protēnso in alteram corpore accubando: aut lecti molitiem querere videantur: aut dum ad altare versi super lignum ꝙ stalla diuidit inclinant: extensione scapularum vel capitis stalli anterioris spatium occupando: ⁊ tergum ad retro stantem socium protendendo: aut dum sedent pedes suos vsqꝫ ad scabellum forme contiguum licentius extendendo. Notabilis tibi harū extensio vel dilatatio dum sedet minus honesta est. Indecens ergo que vaga ⁊ turpis est dispositio immo deformitas vtrobiqꝫ: sed maxime in dei offitio ⁊ conuentu assistente: vitanda honestos per omnia exigit mores: conuentualis honestas: vniformitas est: in prostratione: ⁊ inclinatione specialiter q̄ꝫq̄ꝫ ⁊ in alijs generaliter obseruanda. In prostratione: vt non alius subtus formam chori: ⁊ alius super sedile: sed omnes super dictam formam

vniformiter se prosternant: ⁊ operto capite
silent' orent ne impediant circūstantes ma-
nu ad genam accubitando nunq̄ȝ applicita
aut brachijs vltra eandē formā extētis: sed
super ipsam humiliter ⁊ deuote vel hone-
ste depositis In inclinatione vt vniformi-
ter apud oēs sit tēpestiua: deuota: sufficiens
⁊ honesta. Tēpestiua quidem vt inclinatu-
rus surgendo ⁊ eleuando: sedile tempus
vel paululū inclinationis preueniat: vt ver
bi causa quādo post psalmos fuerit inclinā
dū: versus vltimi fine iā accedente surgat
quatenus deinde liber inclinet: aut certe in
clinationē sedis aptatio subsequat. In incli
natione quoqȝ debet deuotio apparere vt
fiat humiliter ⁊ profunde. Non est deuoti
⁊ impigri rigido stante corpore tenui motu
capitis inclinare. Est eniȝ corpus depressuȝ
aliquātulū renibus: ne capiti coequentur a
deo dimittendum: vt ipsum fere super ge-
nua brachijs interpositis inclinetur. Alio-
quin inclina si nosti facilius tam humiliter
⁊ profunde. Extra chorum tamen ⁊ aliquā
do in choro ad officium plane dictum mi-
nor sufficere poterit inclinationis profundi
tas. Sunt qui culpabili admodū remissione
traducti hunc reuerentie cultū dn̄o subtra
hentes euacuant duȝ aut resident post san
ctā memoriā trinitatis: aut tunc etiam sur-
gunt ⁊ sedili eleuando intēdunt quādo fue
rat inclinandum: aut alias ex negligentie vi
tio inclinant. Quāti tamē sit huic nota de
meriti: beata dei genetrix seniori cuidaȝ in
choro psalentiū fratrū indicasse refert: que
inclinantibus ad sancte memoriam trinita-
tis: suū ipsa filium singulis offerebat: quen-
dam vero minime inclinanteȝ verso ab eo
vultu velut indignum hac gratia pertransi
bat. Sufficiens etiam seu perfecta inclina-
tio debet eē vt ab ea citius debito nō surga
tur: honor idem qui patri ⁊ filio ⁊ sancto spi
ritui sine differētia exhibendus. Honestas
vero in decenti corporis ⁊ manuum ⁊ ha-
bitus dispositione consistit. Quantum ad
habitum maxime ⁊ caputio caueat ne opta
fronte super oculos defluat inclinatis: pro-
derit ad vniformitatē seruandā cōium de
officijs notitiam ordinationum hēre. Pul
chra valde vniformitas in cōuentu: vbi de
bent ⁊ mores ⁊ animi cōuenire: vnanimes
vniformitas decet que in moribus pluriuȝ
vnitiua vniformes ordinat ⁊ decorat.

¶ De disciplina circa diuinum officiū ex-
tra chorum. ca. x.

I quando extra chorū officiuȝ
dixerint diligentiam nihilomi-
s nus ⁊ honestatem predictā de-
bent in quibus poterunt studio
se seruare vt dimissis omnibus
quecunqȝ in manu fuerint: stantes cum re
uerentia iuxta traditionem ecclesiastice di-
scipline preterq̄ȝ ad lectiones in matutinis
vel quādo alias ex cōmuni ordinatione se-
detur creatori suo debitas cum deuotione
laudes exsoluat: flectentes genua vel incli-
nantes pro tēpore cum timore dei. Si quā
do eos ad sedendum debilitas euidēs: vel
nimia lassitudo cōpellat: saltem ad inceptio
nem officij ad inuitatorium: hymnos: ⁊ orationē
dn̄icā: ⁊ a capitulo in antea surgere nō om
mittant. Si etiam in lecto egritudinis decu
bent: reuerentiam nihilominus vel aliquā
faciant prout possunt. Beatus Hierony-
mus qui tanta dicitur lassitudine fatigatus
vt etiam in stratu suo iacens funiculo trabe
suspenso manibus apprehenso supinus eri
geretur: vt s. supra officiuȝ monasterij put
poterat exhiberet. Dū exhaustus viribus
senex nec senectuti parcit: nec debilitati blā
ditur residentium segniter iuniorum ⁊ qui
bus corporis vires vtcūqȝ sufficiunt irreue
rentiam imo dignam irisionem desidiā ar-
guit ⁊ confundit. Alius pro fetarum tedio
febrium cōpletorium in lecto soluere assue
tus fertur per angelum reprehensus audis
se. Completoriū sub colo nec fructus nec

vtilitas. Sane in dei officio curanda vbiqꝫ
magnopere reuerētia ⁊ honeſtas cū vbiqꝫ
ſit eadem eius: cui tunc loquimur: ⁊ aſta-
mus deitas ⁊ maieſtas. Tanto etiam am-
plius reuerentie ⁊ diligentie ſtudium diui
no debetur officio: quanto id deo immedia
tius exhibetur. Cura officij diligens maxi
ma ſtatus integritas: neglectus officij ma-
xima vite coꝛruptio: maxima religionis de
foꝛmitas. Nemo ſe dei exiſtimet ſeruum ſi
dei potiſſimum negligat ſeruitutem: que ap
pꝛopꝛiato vocabulo dei ſeruitium nuncupa
tur. Debent officium dicere diſtincte: con
tinue: integre: ⁊ oꝛdinate. Diſtincte ne ver-
bum maſticando vel exiliter pꝛoferendo:
vel nimium feſtinando dicēda confundāt.
Continue vt interruptiones in eo non faci
ant: aut interloquendo niſi neceſſitate co-
gente: ⁊ hoc pſalmo vel oꝛatione vel quod
libet alio quod fuerit in dicendo comple-
tis: niſi pſalmum vel oꝛationem q̄ꝫ interrū-
pi contigerit: continuo a capite reſumptu-
ri: aut inter pſalmum ⁊ pſalmum: moꝛam
notabilem faciendo. Pariſius vt fertur
quidam theologus: cum vnius hoꝛe cano-
nice incepiſſet officium: ſuperuenienti epi-
ſcopo ad loquendum cum eo caput ſine lo
cutione inclinans hoꝛam inceptam expe-
ctante epiſcopo finiuit: queꝫ deinde ne di
lationeꝫ eloquij moleſte ferret: admonuit:
tamen ſubinferens quia maioꝛi domino lo
quebatur. Quidam pꝛopter interruptiōes
in officio factas: grauiſſimo afflictus pur-
gatoꝛio memoꝛatur. Tertium integre di-
cunt ſi de dicendis nihil ommittūt. Pꝛoin
de ſi plures fuerint qui officium ſimul di-
cant: ⁊ vnus vel duo iuxta laudabilem quo
rundam conſuetudineꝫ pſalmos: hymnos:
antiphonas: rubꝛicaria: ad vitandā confu-
ſionem voce pꝛonuncient altioꝛi: non putēt
ſibi ſufficere qđ ab alijs dicitur: ſed omnia
que ad ſuam pertinent partem ac ſi eſſent
in choꝛo ſub ſilentio integre dicat: cum tam
officium eandem extra quam intus integri
tatem acquirat. Oꝛdinate deniqꝫ officium:
in ſubſtantia: modo ⁊ tempoꝛe: ⁊ in omni-
bus exequi ſtudeant: poſtpoſitiones: repli-
cationes: variationes facile non admittant
Honeſte tamen pꝛecioſa vel aliud extraoꝛ-
dinarie aliquando dicitur: dum tamen ad
ipſum ſuo in tēpoꝛe minime negligat. Qui
autem ſine grandi conſcientie ſcrupulo pꝛo
pꝛium offitij oꝛdinem ſibiqꝫ religionis ſan
ctione impoſitum: pꝛo alienis quibuſlibet
pꝛetermittat: aut qualibet variatione defoꝛ
metur. Quis niſi vaniſſimus ⁊ impꝛudēs
pꝛo certis dubia pꝛo autenticis vaga: pꝛo
neceſſarijs curioſa iudicat. Sint ergo ſan-
ctoꝛum officij conditoꝛum deuota ⁊ ſtabili
oꝛdinatione ꝯtēti: nihil eoꝝ vel cōi oꝛdis in
ſtitutōe pꝛeponant quālibet deliberatiōe oꝛ
dinatū vel deuotū: ne diſipiētiā moꝛe ſtulto
rum grecas gloꝛias emulentur. Nō niſi ſa
pienti ſua placent. Omnis ſtultitia laboꝛat
faſtidio ſui. Tempus quoqꝫ congruum ſer
uent ne facile pꝛeter neceſſitatem diurnas
hoꝛas ſiue pꝛimam ſiue completoꝛium ſal-
tem canonicum ſiue al's in nocturnas con-
uertant. Fuerunt qui hoc quoꝛundam ob
tentu traditionum defenderent oꝛdinatio-
nem eccleſie tam in officij confuſione pꝛe-
dicta: q̄ꝫ tempoꝛis irritam facientes. Quā
do fuerint duo vel plures quaſi choꝛum ſi
bi conſtituant: vt pſalmos: hymnos incipi-
ant alternatim: vt eſt cōſuetudinis in conuē
tu. Conuenit oꝛdo in omnibus vbiqꝫ pꝛo-
uide diſciplinato ſeruandus. Oꝛdinatū ani
mum oꝛdinis decoꝛ ⁊ condecet ⁊ delectat.
Inoꝛdinati eſt animi etiam in exterioꝛibus
oꝛdinem non curare. Oꝛdinationis exterio
ris religio attentionē excitat ⁊ affectum.

¶ De diſciplīa circa altaris miſteriū. c. xi.

a Ltaris miniſterium ob reuerē
tiam coꝛpoꝛalis pꝛeſentie ſalua

torꝭ:mundicie:reuerentie:diligentie:hone
ſtatis ⁊ circūſpectionis ſtudium ſpeciale re
quirit. Mundamini ait propheta:qui fer
tis vaſa domini:aut dubium hoc de mini/
ſtris altaris conuenienter intelligitur:qui/
bus ſpiritualis: ⁊ corporalis munditia eſt
habenda. Spiritualis vt nullus de peccato
conſcientiam habens leſam vel ſomno po
lutus nocturno ad tangendum vel ad mini
ſtrandum anteq̄ꝫ fuerit confeſſus accedat.
Nec debet celebraturus confeſſionem pri
uatam que ante celebrationem de quotidia
nis offenſis fieri conſueuit vſqꝫ ad altare
differre. Corporalemqꝫ munditiam ſancto
atteſtante diligit deus. Corporalem omni/
no mundiciam:corporalis requirit preſen
tia ſaluatoris. Ideo miniſter altaris non ſo
lum anteq̄ꝫ ad miniſtranduꝫ ſe induant:ve
rum etiam poſtq̄ꝫ fuerint animo parati ex
peditis cōibus ad calicis miniſterium ac/
ceſſuri ſuas iterum lauent manꝰ. Hoc eniꝫ
ſemper attentiſſime cauere debent ne com
munibus manibus aut cū manicis ſuis vel
immediatum tactum earum:calicem:aut q̄
ad euꝫ pertinent pannos vel corporalia tā
gant:ſed ſi tunicam lineam quem rochetū
vocant:vel ſuper pelicīū cum ſtrictis mani
cis:vel aptum aliter indumentum non ha
buerit calicem preparandum:⁊ in fine miſ
ſe publicandum ſacerdoti reliquant. Re/
uerentiā debēt miniſtri altaris:tam ad ſa/
cerdotē:q̄ꝫ ad miniſterium:⁊ ad res etiam
ꝓpinque ad ipſum miniſteriū pertinentes
habere. Circa ſacerdotē:vt qñ ſecū altari
aſſiſtunt per aliquātulū capitis inclinatio/
nem ⁊ ſui elongationē ab eo:ac per humi
lē debiti exhibitioneꝫ offitij ſignū reueren
tie oſtendāt. Si vero ſederit ⁊ ipſi tm̄ in ſu
per pelitijs fuerint nequaq̄ꝫ iuxta ipſum in
ſedibus vꝫ coequalibꝰ ſedi eius:ſed ad ſca
bellū potius ſi aptus fuerit locus vel alibi
ſedeāt. Venerent cū de choro vt conuenit
cōitatu ⁊ maxime qñ ſe vertit ad populum
ei adſint:quē vbiqꝫ vt in officio:ſic ⁊ eo ex
pleto ad veſtiarium reuertentē vt acies or
dinata deducāt ad altare deīde ſi opus fue
rit reuerſuri. Miniſterio reuerētiā exhi/
bent:ſi modo debito ⁊ habitu ipſi miniſte
rio conuenienti miniſtrent. Aliter enim nō
ſine nota irreuerentie miniſtratur:vt ſi qs
quanuis diaconus vel ſacerdos inſuper
peliceo ad miſſaꝫ miniſtrans:corporalia ſu
per altare preſente ſacerdote veſtibus ſa/
cris induto replicet vel componat. Si qs
nō habēs ſuperpeliceū cū ſtrictis manicis
vel aliud idoneū indumentū:corporalia ⁊
calicem tractare:aut panem ⁊ vinū in com
muni habitu miniſtrare preſumat. Si quis
hoſtiam in communi eligat loco vel ele
ctaꝫ reponat:que in piſcide ſua vel in ma/
nu mondiſſima eſt potius eligenda: ⁊ ele/
cta ſuper patenā vel ſuper corporalia decē
tius reponenda. Nec audiendi ſunt illi:qui
ad menſam domini non aliam q̄ꝫ ad men
ſam corporis curant munditiā ſuper pānos
qui libris ad ſecretarū ſeu palarū cuſtodiā
ſupponuntur:calicem paſſim vel conſecrā
dam hoſtiam reponentes:Singularis ho/
ſtie cultum:ſingularis decet munditia. Ad
res quoqꝫ vt ſunt corporalia: ⁊ panni:cali
cis:ipſe calix ⁊ miſale reuerentia eſt haben
da:quam munditie ſtudium maxime pro/
bat. Huius intuitu pannus omnis ſuſpe/
ctus aut quem color impedit ablui:a corpo
ralibus arcetur ⁊ calice:in piſidibus hoſtia
rum mundiſſimus ſacculus lineus hoſtias
continet. In repoſitorijs calicum ſacellus
quoqꝫ operiendis calicis mapulis adhibe
tur. Quiſquis ergo ad vtenſilia altaris ſa/
cra reuerentiam curat munditie circa ipſa
operoſius ſtudeat. De cōibus etiā libris ſi
quos aliquando ꝓpter officiū ineuitabili
forte neceſſitate cogente poni ſuper altare
contingat:oīno caueat ne corporalia vel pā

nos calicis aliquo modo tangat. Cum cor-
poralibus vel ipsius calicis mapula: nunq̃z
labia vel oculos tangat: devotionis alicu-
ius obtentu. Calix cum summa tractet mū
ditia quando de loco ad locum defertur: nō
super librum aut super vestimenta sed alte
in manu mondissima: vel in repositorio suo
portetur: nec extra repositorium suum pre
ter q̃z super altare: vel in alio loco mundis-
simo teneat. Missale in loco reponat ho
nesto: ⁊ si quando extra ecclesiam portari:
vel aliter q̃z ad missam teneri contingat pā
no aliquo mondissimo preter suam camisiā
involuatur. Deniq̃z reverentiam in ministe
rio hāitus decens cura mūditie: ⁊ ī execu-
tione maturitas attestantur. Reverentia si
mul ⁊ cautela munditie: cōes corporis ve
stes prohibent ab altari. Si pluriū oppōis
ineptias in premissis: habet emulos pluri-
mos vitiū rarissimos disciplina. Nō a plu
ribus sed ab honestioribus forma sumēda
est. Ad h tam celebrans q̃z minister circa
officium suum magnam diligentiā debent
adhibere. Sacerdos quidem circa provi-
sionem dicendorum ⁊ agendorum in missa
ne defectum faciat. In dicendis autem for
mam seu modum ordinis in celebrādo post
ponens: auctoritate sua modum alium in-
troducat. Oblationi calicis aquam ipse in-
fundit: qꝛ a nullo alio est sine ipsius consciē
tia presumendum. Debet esse circa custodi
am munditie: manuum ⁊ pannorum inten-
tus. Manuum vt eas ad tangendum cōia
vel carnem nudam: sive in facie: sive alibi
non exponat nisi eas continuo lavet. Pan
norum autem vt nunq̃z ad indumēta sacer
dotalia maxime ad infulam: nares emūgat
vel aliter ea quoquomodo deturpet. Mi
nistris vero diligentia debet esse circa ea
que sunt necessaria celebranti: ⁊ circa mun
ditie custodiam: ac conservationis vasorū
⁊ pannorum pertinentiam ad altare. Mi

nistrorum est vt preinduti: celebraturi cū
diligentia preparent: eiusq̃z indumēta post
officium postea plicent: ⁊ que ipsi sacrum
ministerium exequenti fuerint oportuna:
hora ⁊ loco congruis offerant. Nunq̃z ad
missam privatam legendi vel orandi gratia
solo vel sedibus totaliter se prosternant: nec
latitent post cortinas: sed palam altari non
tamen a latere celebrantis assistant: versus
eum cuius tunc oculos esse debent aspectū
quasi continue directuri: non tamen in fa-
ciem eius maxime post canonis inceptio-
nem intendant: nec ei presertim aperte libri
nimis appropient: aut tumultum aliquem
faciant circa ipsum. Summa quietis tran-
quilitas est necessaria celebranti. Vasa ⁊
pannos munde tractent ⁊ teneant. Si pan
nus calicis ad terram ceciderit: nullo mo-
doa ne q̃z lotus uerit calici apponat. Cir
ca finem misse calicem plicaturi: ipsum cū
aqua post vini mundationem recenseant:
ne pannos inficiant adherētes. Nunq̃z su
per altare vinum aut aquam ad emunda
tionem vel aliter: si potuerint vitare mi-
nistrent. Si tamen ob incuriam sacerdo
tis oporteat subtus ampulas que vinum
⁊ aquam continent manum ad retinendum
guttas: ne super altaris pannos cadere
possint appōat super quos etiam pannos
nec ipse sunt reponende ampulle. Ad h
debet ille qui ministrat ad missam super
pelliceum si habuerit conservare ne cum
eo aliquatenus nares emungat: vel sudo
rē facie vel aliter vndecunq̃z detergat: ne
ipsum maxime manicas ad pulverem su-
per ligna lapides ⁊ super terram expo-
nat. Quod tamen: quia nonnunq̃z per
negligentiam accidit aliquorum cavere de
bet ne corporalia: calicem aut pannos vel
habitum ipsius superpellicij manicis tan-
gat. De alijs indumentis quotiens ea pli-
cant solicite caveant: ne vnq̃z manice terrā

tangãt: aut vsqꝫ ad ipsorum vestimentorũ fimbrias descendere permittantur: sed siue tunice linee siue alia quecunqꝫ vestimenta plicantur: manice semper longe a fimbrijs colocentur. Debent iterum ministri altaris propter vasorum ꝛ vestium vt dictum est conuersationem attendere ne calicem quãdo reponitur stricte ligent: quia per hoc sepe deterioratur non modicum ꝛ paulatim ruptus conquassatur. Uasa quoqꝫ altaris ꝛ vtensilia in locis suis diligenter vt cõuenit preparata reponat. Uestimenta etiam plicare non negligant ꝛ aptare: nisi pro aliquo celebraturo ea q̃s dimitti requireret. Sed quid horum expressionibus imoror: in omnibus que ministerium dei contingunt: speciali nimirum diligentia opus est. Si in agendis ministerijs regis studiosissimaꝫ homines curam impendunt: quantam putas eterni regis ministerijs impendendaꝫ. Ceterum ꝛ si ministri altaris intendere debeant honestati: multo amplius tamẽ per oẽs modum sacerdotes qui celebrant. Post q̃ꝫ igitur fuerint sacris vestibus induti: cũ magna debent maturitate incedere: ꝛ precipue cum altari assistunt: grauitatem in motu ꝛ gestib⁹ laudabili curiositate sernare nunq̃ꝫ vero genuflexuri q̃ꝫdiu sacerdotali casula sunt induti: nisi tantum temporibus ab ecclesia institutis Super altare quoqꝫ non se apodient inhoneste nec manus suas hac ꝛ illac inordinate deducant. Quando se vertunt ad populum non erigant oculos vt respiciant assistentes. Deniqꝫ circũspecto plurimum expedit eos esse specialiter: circa corporalium dispositionem ꝛ custodiã: circa calicis oblationem: circa dominici corporis consecrationem: sanguinis sumptionem: ꝛ mundationis industriam. Circa corporalia: vt ab ipsis super altare replicatis vsqꝫ ad anteriorem ipsius horam altaris sit spatium competens: ne super ipsa manus suas: aut manicas teneant indumenti. Calicem ante oblationem super altaria non cõponat sicut post oblationem fieri consueuit sed ipsum vsqꝫ ad tempus oblatiõis: ad corporalium teneant latus. Circa consecrationem inter cetera solertẽ prouideant: vt cum hostia fuerit consecranda: ita parum ꝛ caute in principio eam eleuent: quasi scutũ sibi de manibus: depresso aliquantulum police facientes: quod si fieri potest ante consecrationem a circũstantibus videri nõ possit: ne a simplicibus adoretur: qui q̃ꝫ cito eã vident in manibus sacerdotis incaute necdum consecratam adorant. Cum autem cõsecratio fuerit consumata: hostiam sine mora notabili: duabus manibus quantum expedit: vt ab omnib⁹ possit videri cũ omni reuerentia eleuantes tam in eleuando q̃ꝫ in deponendo debitam maturitatam obseruent: nec post eleuationem vel ante osculentur eandem. Si super altare viaticum celebrent: consecrationem fracturi manus cum hostia consecranda super ipsius altaris viatici lapidem teneant: ne fiat consecratio extra ipsum. Circa sumptionem sanguinis caueant: ne ipsum ex sumendo vel calicem exguttando per nimiam attractionem tumultum quendam: seu sibillum quendam cum labijs faciant: aut post sumptionem digitos lambant. Erit etiam tutum: si dum sanguinem sumunt: calicem tenentes cum dextera: ei patenam decenter cum sinistra supponant: sanguinem si quid effundi contingeret receptura: super quam si corpus frangi dominicum aut reponi contingat: ipsa deinde vino debet ꝛ aqua vel altero sufficienter infundi. Incongruum ꝛ indignum vt patena post christi sanctissimum conuiuium tactui pateat non mundata: ꝛ rebus quibuslibet mundis sine differentia exponat: Si sentis aliter cedo liti. Post patene vel calicis aut corporalium tactum: non sunt manus cõmunicande cõmunibus ante factam post tactum huiusmodi lotioneꝫ.

Si calicis petatur mundatio pro infirmis: primam nullatenus aut secundam profusionem exponant: sed prius semper mundationibus solitis oı̄no profectis: aliud denuo vinum calici apponatur petentibus impendendum.

¶ Incipit pars tertia huius operis que ē de disciplina circa temporalia. Et p̄mo ponetur distinctio tertie partis. ca.i.

Abito de disciplina circa spiritualia sequitur: de ipa circa corporalia. Et p̄mo
b circa ea que ī nobis sunt. Secūdo circa ea que extra nos sunt. Respectu eorum que in nobis sunt. Primo videnduȝ est de disciplina totius corporis quantum ad gestum. Secundo de ea respectu partium corporis quantum ad actum. Et primo respectu lingue: quantum ad duo opera nature in: que congruit officium lingue. s. quantum ad loquelam ⁊ gestum. Secundo respectu manuū: vt in exercitio manuali. Tertio respectu pedum vt in incessu. Quarto membrorum omnium quantum ad aliqua ipsorum officia. Ad h̄ ea que extra nos sunt. Primo quantū ad ea que de prope: vt ē vestis seu habitus. Secundo quātuȝ ad ea que de lōge vt sunt officiū: de disciplina dicetur.

¶ De disciplina in gestu respectu que in nobis sunt. ca.ij.

Irca disciplinam in gestu: qui modus: ⁊ figura mēbrorum di
c citur: duplex est custodia adhibenda. Prima est vt vnuȝ mēbrum: primū alterius mēbri officium non vsurpet: aut eius ministeriū sui admixtione confundat. Si os loquitur nō agitetur manus: caput non moueatur: ⁊ sic de alijs: vt dum alterum membrum operatur alterum quietum: quietū omnino permaneat: aut si eius opera illi necessaria esse cognoscitur: ad cohoperandū ordinate moueatur. Secunda est custodia discipline in gestu: vt quodlibet membrū in eo q̄d facit modum debitū teneat: ne temperantie limitem: aut honestatis formam excedat: hoc ē vt in paucis exēplificemus: ridere sine apertione dentiū: videre sine defixione oculorum: loqui sine extensione manuuȝ sine cōtorsione labiorum: sine iactatione capitis: sine eleuatione superciliorum: incedere sine modulatione gressuum: sine vētilatiōe brachiorum: sine gesticulatione scapularū: iacere sine deiectione mēbrorum: sedere sine alterutra accubatione laterum: sine deuaricatione seu dilatione crurium: sine extensione vel agitatione tibiarum: sine alterutra supiectione pedū. Nempe honestū ⁊ humileȝ fratrem seniori suraȝ imponere: vel pedes palā cāzellare nō decet. Arcēdi vl' maxīe in publico gestus inepti. Gestus deniq̧ religiosi debet esse humilis: seuerus: grauis. Est enim reprehensibilis gestus si superbiaȝ si moliciem que nunc per lasciuiam ilaritateȝ dissoluit: nunc per nimiam deiectionem ifatuat: aut si etiā leuitatem pretendat. Turpis in humilitatis professore sup̄bia: feda prorsus in humili habitu gesticula fatuosa. Sic non est viri mulierum dare molitie: pueruȝ leuitate. Grauitatis modestia multam affert seruata moribus honestatē. Neglecta maculam ⁊ contemptum. Mortificata super terram s̄m apostolum mēbra gestus debēt mortificatos habere.

¶ De disciplina locutionis. ca.iij.

E disciplina loquendi tā in mo
d do ⁊ prouida quando loquendum sit discretione: q̄ȝ in ver-

boꝛum religiositate attenditur. Modus
in gestu ⁊ sono considerari potest: loquen
tis gestus debet esse modestus ⁊ humilis.
Sonus demissus ⁊ suauis. Modestia de
bet habere gestus loquentis: vt nec inoꝛdi
nate nec turbulente membꝛū moueat: nec
altercationis oculoꝛum nutibus: labioꝛum
contractione: vel alio non decēti olfatiōis
modo vultus honestatem defoꝛmet: aut fa
ciem ipsam quadā molitie resoluat humili
tatis ostētu: sed in eadē semper vultus cō
stantia permanēs seueritatē benignā ⁊ cō
stantē: ⁊ quodāmodo rigidam benignitatē
pꝛetendat. In facie siquidem hominis spe
culum discipline relucet: cui tanto maioꝛ cu
stodia est adhibenda: quanto minus si q̄d
in ea peccatū fuerit celari potest. Vetat
quoq; loquentem gestus modestia ne se
hominibus quadā notabili supplicationū
pꝛofunditate incuruet: aut eius cui loquit̄
vultui nimis instet ne inhoneste quidē in
eius faciem alit⁹ inspiratione insufflet: aut
alitu ipso post vinū maxime nariū sursum
offendat. Loquētis alitus vultui auditoꝛis
in naribus vitiose pꝛoꝛsus ingeritur. De-
bet etiam gestus humilitatē semper ⁊ mo
destiā: vultus illaritatē pꝛetendere. Son⁹
debet esse demissus pariter ⁊ suauis: quia
clamoꝛositas ⁊ verboꝛum asperitas locu-
tionem religiosi plurimū q̄d ⁊ dedecet ⁊
deturpat. Discretio quando sit necessaria
loquendi est: q: ex oꝛe fatui ⁊ parabola re
pꝛobatur quia non dicit eam in tēpoꝛe suo.
Sapiens quando tacendum ⁊ quando lo
quendum sit pꝛudenter considerat. Est au
tem iunioꝛibus fratribus fere semper in
ter senioꝛes vsq; ad interrogationem tacē
dum. Adolesens ait scriptura loquere in
tua causa vix cum necesse fuerit. Si bis in
terrogatus fueris habeat caput responsū
tuum. Silet etiam a bonis pꝛopheta: ergo
quāuis de bonis: ⁊ scientie ⁊ edificationū
eloquijs perfectis discipulis rara loquēdi
conceditur licentia. Nam loqui ⁊ docere
magistrum decet: tacere ⁊ audire discipu-
lo conuenit. Loquente alio non loquantur
aut verba loquentium nunq̄ interrūpāt:
nec moꝛdaci vel impoꝛtuno insultu socio-
rum locutionem impugnent. Stultoꝛum
ē qui nec lingue parcere: nec socijs defer-
re nouerunt. Si qui etiam mutua se locu-
tione impediunt per impositionem silentij
⁊ aliquam penam condignam merito re-
pꝛimuntur. Religiositas debet in locutiōe
seruari vt sit sermo veridicus ⁊ purus: sit
honestus ⁊ dulcis. De veritatis sermone
sapiens dicit. Ante omnia verbum verax
pꝛecedat te. Non solum mēdatia: hec enī
criminosa sunt: verum etiam locutiōes yp-
bolicas ⁊ aliq̄ duplicitate notabiles peni
tus vitent. Loquentes de dubijs aut futu-
ris nunq̄ absolute loquantur: sed in omni
bus huiusmodi conditionem apponant.
Pꝛecisa de indifferentibus verba religio
non consentit. Non est alieno viuentis ar
bitrio de contingentibus negare vel asse-
rere absolute. Non facile de auditis sentē
tient: licet veritatē scire se putent. Sint ad
respondendum tardi: ne per inconsidera-
tionem falsum aliquod: vel indisciplinatū
pꝛoferant verbum. Debent etiam pure lo
qui: vt in eoꝛum verbis nec iactātia nec de
tractio: vel malitie alicuius: aut vanitatis
admixtio valeat inueniri. Nunq̄ de scien
tia aut seculi statu se iactitent. Erubescāt di
cere de absente: q̄d cum charitate non pos
sent dicere coꝛam ipso. Murmurare aut
conqueri nesciant. Ante omnia ne murmu
rationis malū pꝛo qualicunq; causa in ali
quo qualicunq; verbo: vel significatione
appareat. In v̄bis suis aut litteris: si quas
aliquando dirigunt: puerilibus vel adula
toꝛijs blanditijs non vtantur: sed tanq̄ re
ligiosi: suam bꝛeuiter ⁊ veraciter intentio-
nem exponant. Honestatem habet locutio
si ⁊ in illius qui loquitur: ⁊ illoꝛum quib⁹

vel de quibus fit sermo, conueniat dignitati. Ociosa vero ioculatoria: iuratoria: contentiosa: maledica vel al's secularia verba nec pure sunt quidem: nec religiose conueniunt dignitati. Nuge vt ait sanctus Ber. Inter seculares nuge sunt: in ore sacerdotis blasphemie. Interdum si incidant ferende fortassis: referende nunq̃. Os talibus iam aperire illicitum: assuescere sacrilegium est. Fede ad cachinum moueris: fedius moues. Dissuesce a vaniloquio linguam qui ad perfectum religionis aspiras. Processurus in publicum: primũ te ipsum ⁊ animo statue a verbis inanibus abstinere. Prouide tibi anteq̃ prodeas aliquid vtile: vnde si expedierit sermo texeatur. Familiariter prudenti consideratione omnia preuenire. Confert fuisse ad singula premunitum. Si dignum quippiam relatiõe non habes tace. Tutius ⁊ humilius audis q̃ loqueris. Non affabilitas oportuna: sed loquacitas ociosa damnatur Jurare vero nũc per caput: nunc per sanctos: vel alio quouis modo christi: qui ait sit sermo vester est ẽ: nõ nõ: discipulo minime conguit. Rursus indignũ penitus serui dei muliercularum more contendere. Si resistentie incidant verba cedendũ cõtinuo resistenti honor est homini qui se separat a contentionibus. Nunq̃ dicendi vt dicitur gratia litigent: scientes ad se nullo modo verborum contentiões deinceps pertinere. Non potest esse quin contentio aliquando q̃d contra conscientiam dicatur extorqueat: ergo inter dei seruos colatio nõ altercatio debet esse. Peruersum maxime si ausu damnabili ad iniuriosa vl' maledica verba que s'm apl'm a dei regno excludũt os religiosi laxet: aut diaboli adinuẽtioné assumat vel in cõi locutiõe freqnẽtet. Sũt quedã que leuissima putarent nisi in scripturis demõstrarent opinione grauiora. Quis eniz dicẽté fatue fratri suo reum gehẽne putaret nisi veritas h̃ diceret. Pessimum hunc loquendi abusum quasi pro affabilitatis solatio salutis aduersarius introducit: vt per eum modice occasionis accessu stulti illudens eos frequenter in grauis lapsum offense impulsum leuiori precipitet: ⁊ dignitatem status corrupte huiusmodi: colluuione vilificet. Pudeat eos rumigerulos esse: aut verborum secularium delatores. nihil inter socios seminent quod infirmos animos dissoluere valeat vel turbare. Reus est deo ⁊ ordini qui temerario diffidentie verbo conscientiam percutit infirmorum. Preterea siue fratri siue extraneo: siue paruo: siue magno loquantur semper in ore: verbi dulcedinem habeant: omnem ad omnes secũdum apostolum mansuetudinem ostendentes. Nunq̃ sub pretextu constantie vel zeli quasi pro communitatis iniuria: in verba contumeliosa prorumpant. Sepe meritũ cause lingua imoderata cõfundit: turpisq̃ defensio que iniurijs nititur: hẽt fastus pro cõstãtia: ipetũ pro rõne iniurias: s; lingua eucharis in bono hoie habundabit.

De disciplina circa comestioné. ca. iiij.

a

Hec debẽt cũ timore dei comedere. Disciplinã semp tã in mõ se hñdi q̃ in cibo huãtes: vitãtes nihilomin⁹ quasdã min⁹ dicẽtes seculariũ cõsuetudines sup mẽsã. Placet vel pauca de singulis extra subnectere, q̃ ad cõsimiliũ cõside rationé trãsmittãt. Honeste se debẽt hẽre vt dũ comedũt aut bibũt sedeãt: bibentes cũ duab⁹ ciphũ manib⁹ teneãt mẽbrorum agitationé: ⁊ q̃rũdã anelationũ vl' labiorũ tumultũ q̃ ai notãt itẽperãtiã vitẽt: oculos a circũspectõe: linguã a locutõe cohibeãt. Oculorũ custodia iter epulas ppea necessaria ẽ: q̃ nõ d̃cet ibi pcipue: vt vagos hõ

habeat oculos neqꝫ curiose: ⁊ vt amplius dicam impudenter: ea que apud alios agũtur circũlustrãdo prospiciant: sꝫ vt potius pudice demissis luminibus ea tm̃ que sibi apposita sunt attẽdãt. Loqui vero seu mussitare ad mensam vbi silentium ẽ suandũ: turpe vitium est. Declinanda mussitatoris societas: que lege lꝫ ⁊ honestate prohibit⁹ ligno tũ non valet volubrium retinere. Si quando etiã per diẽ extraordinarie bibunt siue adsint siue non adsint extranei: q̃ꝫ diu bibitur sileant. Culpanda nimis verborũ multiplicatio iuxta potum. In cibo tam in qualitate ac quantitate ipsius: q̃ꝫ in modo: moraqꝫ ac frequentia comedendi disciplinam obseruent. In qualitate vt nuaq̃ꝫ p̃ciosa vel delicata: nunq̃ꝫ ciboꝝ aut preparationum diuersitates affectent. Propitium ad delicata palatum curiositas quedã honestatis postposita declarat: vt verbi causa. Si quis ex vitio meliora de cõmuni eligat portione: vt q̃d in pane sapidius aut in aliijs melius viderit ipse sibi accipiat. Sic maioris panis frustibus icipiat minoribus si adsint lꝫ minus delicatis sine rõnabili cã dimissis cum panis vel res alia quãto magis ad integritatẽ accedit: tanto ad mensã honestius valet reportari. Si ad maiorem saporis delectationem inueniendam in pane ipsum ordinate frangendo: circũcidendo vel micatenus excrustando desormet Si vinũ cum aqua tẽperare nõ curet. Si longũ ⁊ interpolatũ faciat austũ. Si salsam cõem panis appositione cõsumat: aut eam in congrua toto vase transuerso vel circulari venatione mendicet cum sit magis in medio intingendum. Sicut enim apud honestos quosdam in seculo imputatur si corrosionibus ossiũ curiosus insistas: aut carnes per magnos notabiliter preter exigentiã bolos scidas vel edas: aut dum scindis scissũ immediate morsellũ: anteq̃ꝫ in cõi posueris loco preripias a meta cõi: iuxta vulgare prouerbium non currrendo: aut tactu more palpationis electum post tactũ relinquas vel simile quippiam actites: sic religiosis est indecẽs si in his que sibi pro tempore conueniunt cibis notam gulositatis non vitent. Si quando eos ieiunij tempore vino confecto vel simplici ante comestionẽ: vel siue ante vl' siue post: herbis seu speciebus infirmitas vti coegerit: ocul te huiusmodi si potuerint sumant: ne simplices idẽ sibi absqꝫ sufficienti necessitate licere putantes ad soluendum ieiuniũ suo incitentur exemplo. Est insuper diuersitas respectu cibi ⁊ preparationis vitanda. Nihil ad mensam speciale apportẽt vel in mẽsa requirant preter sal ⁊ aquam: que semp possunt cũ honestate requiri. Priuãdus cõibus qui specialia in communitate vsurpat. Cõibus igitur discant eẽ contenti. Os suum ad omnia que alij comedunt assuescant: vt si fieri potest nullum omnino abhominentur seu repudient cibum. Grãde vitium si potagium ⁊ communia respuas vt in specialibus lautius procureris. Modo molia: modo dura: modo frigida: modo calida: modo frixa: modo elixa pregnantes solent appetere mulieres. Prudenter autem sobrieqꝫ conuersanti: satis est ad oẽ condimentũ sal cum pane ⁊ fame. Debẽt etiam excessum in cibi ⁊ maxime pot⁹ quãtitate vitare: vt crapula vel sacietas nimia non subrepat. Nihil sic contrarium omni christiano q̃ꝫ crapula dicit sanctus. Ampli es quoqꝫ qual'r hoc ẽ q̃ꝫ decẽter mõde ac temperate sit comedendũ attẽdant. Decẽte detrahit qui cibum in ore habens: vel sciphũ in manu detinens loquit. Qui manu armata .i. cibũ habente: cibum ori ministrat: vel ei nõdũ expedito a cibo potum nihilominus ingerit: aut dũ bibit vel comedit caput tenet in caputio profundatũ. Munditiã debẽt ad ppriũ ⁊ sociorũ cib ũ ⁊ ad mensam ipsam super quã comeditur

obſeruare. Mundicie ſimul ac decentie gratia teneant: caueant ne in parapſide cipho vel ouo pꝛemoꝛſo aliud iterū comeſturi reponāt. Fede tuoꝛum reliquias dentium alij cuilibet cibo immiſces. Nunq̄ȝ ciphum cū digitis potagio vel alio quolibet madidato accipiāt: aut policem poculo īmergant: nec ſuper potū in ciphoꝛ: vl' ſuper cibū quēlibet ſufflent. Inde agitur ſi digitos quis immittit potagio ⁊ offas vel olera quis nudis articulis coclearis vice piſcatur in ſuperfluitates piſciū vel huiuſmodi ex oꝛe pꝛijcit ſuper menſam: vel nuces alij q̄ȝ ſibi frangit condentibus. ſi nudā manū in mēſa naribus emungendis: vl' carni nude ſcalpendi apponit: vel manum ipſam ad veſtimenta detergit. Cauendum quoqȝ ne quis ante faciem circūſtantium fratrum pꝛo ſale vel alijs neceſſarijs que a fratribus tradi poſſunt: manuȝ ſuper menſam extendat: ⁊ eoꝛum cibū cū manicis ſeu habitu tangat. Scindendus etiā panis pectoꝛi ſeu veſti cōi non eſt ſine interpoſitiōe tobalee applicandus. Munditia mēſe requiritur. Menſale nequaq̄ȝ vel ſuperflua deterſione cultelli vel manuum deturpet. Purgandis maxime dentibus nullatenꝰ exponendū. Fedum ⁊ vile: mapas ⁊ manutergia fratrum cōia: dentiū fricatione fedare. Qui conuentualia dehoneſtat cōmittit vtiqȝ in conuentu. Temperantiā manducandi ait Hugo intelligimus in coꝛ: ſi homo tractim ⁊ non cum nimia feſtinatione comedat. Feſtinatio in inceptione: ⁊ in pꝛoſecutione comeſtionis attenditur quādo videlicet in initio menſe ſtatim abſqȝ oꝛationis pꝛeambulo ad cibum manus extendit aut cum quadā voꝛacitate comeditur ſi pꝛius oꝛi cibū miſtras: q̄ȝ ab alio ſumpto fuerit expeditum. Ceterum per moꝛoſam comeſtionē cōgregationem detinere ad menſam: aut ſi quando extra conuentum bibit iuxta potum moꝛam cōtrahere non eſt decens hinc per ſapientē ſobꝛio dicitur. Ceſſa pꝛioꝛ cauſa diſcipline. In comedēdi frequentia ⁊ bibendi ſeruanda eſt diligenter temperātie diſciplina. Sane poſt refectionem ad potum redire: aut per diem in domo ex vitioſa conſuetudine: aut q̄ turpius eſt poſt completoꝛiū bibere: nō mediocris vitij notā habet: honeſte ad menſam quātum indiges bibis: q̄ȝ bibitādo per diem: meriboli. i. potatoꝛis moꝛem geris. Fructꝰ vel aliud quodcunqȝ extraoꝛdinarie ſecularium moꝛe comedere patens eſt guloſitatis inditium. Siquidem vltra duas vices in die niſi neceſſitate cogente in domo vel extra comedere: pueroꝛum immo pecudū eſt. Senex legem in vicibus comedēdi nō ſeruans: fertur per angelum aſino cōparatus. Ad colationem tempoꝛe faciendam ieiunij: duabus tantum vel tribus ſi indiges bibere vicibus temperantie congruit honeſtati. Studet ſobꝛius quandam temperantie legem in ipſis ēt neceſſarijs obſeruare. Deniqȝ quoꝛundam ſecularium in faciendis conuitationibus in fragmētis ⁊ huiuſmodi conſuetudines vitent ad mēſam. Non ſe facile inuicem conuitent: ſed comedat quiſqȝ vel bibat pꝛo ſue arbitrio voluntatis: quantū neceſſitatis ſue melius ſibi note q̄ȝ alij viderit expedire. Cōgrue tn̄ ſenioꝛ verecundantes foꝛte vel nimium abſtinētes iunioꝛes inuitat. Sapoꝛ ⁊ potagiū pꝛeguſtata: viliū quoqȝ ſeu quoꝛūlibet ciboꝝ reliquie: vt ouū vinū tātillū ve pitātie: ſi vētri iā ſacrato ſuperſit indecēter comenſalibus maxime ſenioꝛibus ingerunt. Enſenia per menſam nō mittant. A fragmentis ⁊ reliquis caueant. Sed de pane ⁊ alijs ita ſibi pꝛouideant mēſurate: vt coꝛaȝ ſe vix micas relinquāt. In potagio tamen aliquid interdū honeſte relinquūt id ſibi pauperū ⁊ tēperātie gratia ſubtrahentes verū ⁊ ſi qui foꝛte relinquere nō tamen vt patreſfamilias ad erogādū cogere permit

tuntur. Pro socijs vix aut nunq̃z maxime
circa finem refectionis panem vel aliquid
scindant: aut potum in cipho ponát: nisi sal
tem quantū ipsi comedere vel bibere va
leant: si alij quibus hoc offerunt non acce
ptent. Nunq̃z pro bucella vt dicit͛ panem
tunc integruꝫ frangant: presertim si apud
socios fractū inueniát. Si ciphū commu-
né habuerint qui bibere voluerit non am
plius de potu appóat q̃z possit bibere vna
vice. Inter micas que aliq̄n necessario fi-
unt: inutile aliquid vel nociuum: vt que de
nuce: ouo: castaneaq̃z proijcimꝰ: ⁊ alia q̃qꝫ
huiusmodi nullo mó relinquát. Murile-
gos vel aues ad mensam nó pascát: cum
nec in refectorio debeant sustineri. Pos-
sunt cum dictis ⁊ ꝯscia circa comestionem
attendi. Uerūtamé sunt nónulla que lꝫ có
muniter vitiosa putent͛: interdum tamé in
ter domesticos in spiritu charitatis sine vi
tio exercentur.

De disciplina circa exercitium operis manualis. ca. v.

D disciplinā circa exercitium
operis manualis: qđ vꝫ ma-
a nuali opere corpali exercetur
ꝑuādá: necessaria é discretio:
diligétia: ⁊ honestas. Est habé
da discretio circa opꝰ: vt qđ faciédū: ⁊ q̄n
fiendū é fiat. Discernédū de primo: vt inu
tili operi necessariū bono quoqꝫ melius ⁊
meliori optimū ꝓferat͛. Juuare fratré cuꝫ
indiget: multum vtiqꝫ operi peculiari pre
ponderat. Rursum celebrare volenti iu-
uamen subtrahere: maiorem q̃z pluribus
alijs esse quis ambigat. Est etiam discer
nédū de primo qđ opus: quo tpe fiat. Nó
nulla siquidé in festis diebus bene nó fie-
rent: que in profestis bene fieri possunt. vi
detur igit͛ in operibus distinguendū. Sūt
enim exercitia quedā. que necessitati quo
tidiane inseruiūt: vt est ciboꝝ preparatio
necessarioꝝ ad dié vtensilium: quoquine
ablutio ⁊ consimilia: que omni tépore fieri
solent. Sunt quedam alia que in diem dif
ferri possunt: vt est scribere in quaterno:
tunicas a vermiculis cū virgis excutere ca
put abluere ceteraqꝫ similia: a quibus est
diebus dominicis ⁊ festis precipuis ob sa
cri reuerentiā temporis abstinendū. Festi
nāqꝫ dies per honestum quietis otium: alij
vero dies per laboris debiti exercitiū ho-
norant͛. De hoc Ugo quantū ait decoris
addit festis diebꝰ quies vacationis tantuꝫ
ornamenti cōfert ceteris diebus studiū bo
ni operis: ita vt ⁊ in illis quisquis noluerit
esse quietus: iudex sit sue vanitatis: ⁊ ī istis
qui nó fuerit studiosus testis pigritie. Car
nales siq̄dé métes: ne vel in illis diebꝰ q̇e
scát vanitas exagitat: ne vel in istis in bo-
no ope exerceát pigritia ligat. Deniqꝫ qui
ꝯcludés subiūgit. Quapꝓ nó negligenter
q̄dé hn̄da é in bono ope discretio téporuꝫ
q: sicut malū opus nullo tpe laudabile est:
ita bonū opꝰ quodāmó reprehésibile di-
gnū videt͛: vl' iudicat͛ si tpe oportuno fa-
ctū nó é. Diligétia in ope ex ꝓmptitudine
opantis: ⁊ deuota fideliqꝫ opandoꝝ execu
tiōe dinoscit͛. Diligétie huiusmodi ꝓmpti
tudo nó in ope manuū tm̄: imo ⁊ in ꝯuen
tuali quolibet maxie locū hꝫ. Quicq̇d eniꝫ
ptinet ad ꝯuétū ꝑcipuo diligétie studio est
habédū. Sint ergo ꝑcipue ad ꝯuentualia
exequéda ꝓmptissimi. Nunq̃z tarde ad
opus dei vel ad mésaꝫ occurrát. Ad horaꝫ
diuini officij mox cū auditū fuerit signum:
relictis oibus quelibet in manibus fuerint
summa cū festinatiōe curat͛: cum grauitate
tm̄ vt nó scurilitas inueniat fomité. Ergo
vt opi dei ꝓponant͛. Ad mésaꝫ āt q̇ p ne-
gligétiā nó occurrit ante v̊suꝫ: vt siml' oés
dicát v̊suꝫ: ⁊ orét: ⁊ sub vno oés accedant:
si vsqꝫ ad scđaꝫ vicé correctꝰ emendare ne
glexerit iuxta sancti decretū a cōis é mense
pticipatiōe arcédus: vt solus ab oī ꝯsortio
sequestratꝰ reficiat͛: sua ei de vino si fuerat
habiturus portiōe sublata. Digne quideꝫ

a cõi refectõe repellit:q̃ se p vitiũ a cõi ora
tiõe secludit. Absit a suis dei vitiose huius
modi ↄsuetudis turpitudo: vt ↄuẽtuale ali
quid diuinũ ꝑsertiꝫ officiũ alteri⁹ ꝑtextu
cuiuslibet tardo accessu: vel certe abscessũ
depopero dehonestẽt: vt tardus accessus
sic ⁊ ante horá recessus: sine graui presum
ptus necessitate arguit. Impatiẽtis ⁊ vani
signũ ẽ ai: cõiuꝫ in coib⁹ anticipare reces-
sum: nec op⁹ dei posse in choro fineten⁹ ex
pectare. Si monachũ sancto narrãte Gre
gorio: post expletũ officiũ ↄtinuo receden
tẽ: visus ẽ demõ ab oratorio trahere: quid
de his q̃ nec ipsius expletionẽ offitij ꝑsto
lant. Aut dubiũ ↄuentualis vbilibet deco
rẽ itegritatis negligẽ: inexcusabile ꝓfus re
ligiõis ẽ vitiũ. Ad vitiũ aũt vix occasio de
erit si q̃libet admittat. Oẽs deniqꝫ fratrũ
labores: nõ ex ↄsuetudie sola: vt vitl'a do-
cta triturá diligẽ: sꝫ ex ai deuotiõe sectent:
vt in cõib⁹ sit feruoris affectio spãlis. Con
uẽtualẽ vitá vt scissimá: imo angelicá toto
affectu ai amplexãtes: ei tá ↄtinua q̃ꝫ deuo
ta ꝓsecutiõe adhereát. Quátũ ad officiuꝫ
mẽsaꝫ ⁊ alia: vix nisi coacti a ↄuẽt⁹ ↄgrega
tiõe recedát. Tátá de⁹ ↄuẽtui efficatiá ↄtu
lit bonitatis: vt ibi augmẽtũ suscipiat boni
bon⁹ leuamẽ. sepe aut veniá mali malus:
Multa in ↄuẽtu bona p̃ñtibus ↄferunt:
absentib⁹ subtrahunt. Saul ad ↄuẽtũ psa-
lentiũ ꝓphz ap accedẽs ꝓpha efficit extra
ↄuẽtũ fact⁹ puertit. Thomas discipulo
absens ↄuẽtui: visiõis dñice ↄsolatiõe frau
dat q̃ꝫ ad collegiũ reuersus assequit. Di-
scipuli puer ↄgregati spũm scũm accipiũt.
In ↄuẽtu dñs hitat ⁊ q̇escit: vbi deuotos
quosqꝫ vberioris grẽ pabulo refocilat. Ibi
quãplures: negligentie ꝑsonales in diuino
marie offitio subrepẽtes: ↄgregatiõis cõio
ne supplent. Ibi q̃ suis q̃sqꝫ nõ põt alio
meritꝫ obtinẽ meret. Ceterũ lꝫ ad maiora
dom⁹ offitia vꝫ refectorij: hospitalarie: ifir
marie: lectiõis ad mẽsaꝫ ⁊ huiusmodi p̃nci
palr ⁊ ↄtinue faciẽda: nouitios fratres as-

sumẽ: ꝓuida religiõis ↄsuetudo nõ hẽat: si
qñ tñ ↄtingat aliq̃ officio eis huiusmõi vl'
ad horá cõmitti magna debẽt deuotiõe su
scipe: ⁊ ad faciẽdũ ea mãsuete velocit' acce
ptabil'r: itegre: circũspecte: magna d̃bẽt di
ligẽtia adhibere. Mãsuete hoc ẽ sine mur
mure ⁊ alicui⁹ displicentie signo. Fili ait sa
piẽs. In mãsuetudine opera tua ꝑfice. Et i
ope bono necessaria strenuitatis velocitas
de q̃ sapiẽs ait. In oib⁹ opib⁹ tuis esto ve
lox. Velocitas h maturitatꝫ non remouet
grauitatẽ: sꝫ vitiũ tarditatis excludit. Est ẽt
acceptabilit' opandũ: vt q̇b⁹ ministrat ꝓut
honeste fieri poterit satisfiat. Optabat apo
stolus ⁊ orãs rogabat vt oblatio sua acce-
ptabilis fieret in hierusalẽ factis: Magn⁹
ꝑfect⁹ ẽ ei: cui⁹ ministerio mlti facti leti de
uꝫ laudát. Integritas in ope bono requirit
vt nõ de inate nec ad euasionẽ q̃si ad ocu-
lũ: sꝫ ꝑfecte ꝓut res exigit fiat. Circũspe-
ctio in obsequijs: ꝓut officio req̇rit va-
rietas ẽ habẽda: Q̃d p exẽplũ vel in vno
officio meli⁹ pꝫ. Si qñ refectionarij viceꝫ
gerát: q̃ ministranda fuerint tpe ↄgruo: ⁊
mõ debito ꝑparata ministrent: ⁊ religiose
distribuát: ne in mẽsa defect⁹: vel circa mi
nisteriũ miti⁹ expediẽs aliq̃d accedat ꝓui
suri. Ministret itaqꝫ necessaria tẽpestiue.
Turpe ẽ si pp vni⁹ defectũ ↄgregatio tota
expectet. Sic ⁊ oia siue' fruct⁹: siue sapores
siue alia comedẽtib⁹ ↄgrue ꝑponẽda: pri-
usq̃ꝫ fratres ad mẽsaꝫ intrauerit ↄgrue ap
ponunt. Cõferẽdo collatio successiua cõ
uẽtũ sepi⁹ detinet: iputáda q̇dẽ si causetur
ex negligẽtia ministrorũ. Ad mẽsaꝫ v̇o q̇c
quid apponit: ꝑparatũ decet reficiẽtibus
apponat. Nuces si dande uerint ꝑus frá
gant. Herbe crude si apponẽde fuerit pri
us mũdent: ⁊ sic de alijs obuet. De oib⁹
que apponunt si fieri põt: sua cuilibet por
tio singl'r tribuat. Sũt rurigene: q̃ nec ꝑla
tũ discreta vl' ab extraneis sorte distiguát.
Cõia marie vt sal ⁊ aqua mẽse nõ desint:
que in primis prouidus ministrator appo-

nit. Aqua nõ ſolũ pro tẽperãdo vinũ: imo
⁊ ſepe pro alijs neceſſaria eſt ĩ mẽſa. Co-
clearia quoqꝫ ſunt ad oẽ potagium opor-tu
na: ne in parapſide cũ digitis piſcari opor-
teat: ⁊ iuxta Ugonẽ. In eodẽ iure: ⁊ manꝰ
ablutionem: ⁊ vẽtris refectionem querere:
Murilegos vel aues: que tenent alicubi
cõtra ranas nullatenus eẽ in refectorio: dũ
fratres comedunt patiantur. Nec enĩ hoc
expediens vel honeſtũ. Sic ⁊ in alijs circa
iſtud vel aliud quodcunqꝫ ĩpoſitũ ſibi offi
cium ſint intẽti. Scriptũ eſt enim: cuncta cũ
diligẽtia facite. Sic agetis in timore dei fide
liter ⁊ corde perfecto. Honeſtas ĩ operatio
ne ſeruat: ſi omnia que aguntur cũ maturi
tate ⁊ religioſitate quadam exerceant: ⁊ in
omnibus nitor inueniat mũdicie: hoc enim
religioſum maxime decet.

De diſciplina circa inceſſum. c.vi.

d

Iſciplina circa inceſſum penes
modũ: ⁊ diſcretionẽ in ambulã
do conſiderent. Honeſtus mo
dus eũdi reqrit: vt nõ impetuo
ſis aut fractis greſſibꝰ ambu-
lent: nõ erecta ceruice: nõ ꝓminẽti pectore:
ſeu etiã inclinato ſuper humerũ capite: aut
vagabunde pendẽtibus manibus: que oĩa
vel leuitatem: vel ſuperbiã: vel remiſſionẽ
vel ypocriſim ſapiunt. Debent ⁊ in eundo
diſcretionẽ habere: ne de illoꝝ numero cẽ
ſeant de quibꝰ dicitur per prophetã. Non
eſt iuditiũ in greſſibus eoꝝ. In eorũ greſſi
bus nõ inuenitur iuditium: qui in eũdo ne
ceſſitatẽ vel ordinẽ nõ attendunt. Neceſſi-
ſitas diſcurſum inutile: ordo inordinatiõis
confuſionem excludit. Diſcurſuꝫ igitur ꝑ
domũ per ortum: ⁊ etiã extra domũ: q ma-
gnum eſt inſtabilis mentis inditiũ caute vi
tent. In domo ne ſcilicet per officinas de lo
co ad locũ deferre ad fratreꝫ inutiliter eua
gent: aut loca rumoribus audiendis: vł co-
locutionibus apta frequentẽt: ſed in locis ſi
bi cõceſſis vt ſunt eccleſia celle: caplm ſi ex
tranei nõ affuerint: vel in alijs locis ſi qua
ſibi fuerint ſpãliter deputata cũ ſilentio re
ſidentes. Officinis priuatis puta vbi ciba-
ria preparant infirmi vel hoſpites recreã-
tur: aut fratrũ aggregationi vel comedenti
bus aut bibentibus ſe nullatenus ingerant
non vocati. Erubeſcant precipue ad reficiẽ
tiũ mẽſas accedere: vel eis niſi pro euiden
ti miniſterij neceſſitate aſſiſtere. Effrontis
eſt hominis non erubeſcere comedentes:
verũtamen ſi quãdo eos loca ſibi non con
ceſſa neceſſitas adire impulerit: ad hoſtiuꝫ
pulſare aliquãtulũ pn̄t: vt vel aliquis egre-
diat ad eos vel ipſi vocati ſecurius ⁊ hone
ſtius intrent. In ortũ non vadãt abſqꝫ licen
tia niſi eos ab aliquo profeſſo mitti conti-
gerit: aut vocari ad loca ſua poſtq̃ꝫ ab eo
receſſerint: vel eius negotiũ ꝑfecerint q̃ꝫ ci
tius reuerſuros. Uerũ eoꝝ inſtructor iuxta
ſuperioris diſpoſitionẽ nũc hos nunc illos:
aut etiam oẽs ſimul ad ſpaciandũ in orto cã
recreatiõis vel alicuius bone collocutionis
poterit per ſe vel per aliũ fratrẽ profeſſum
cũ expedire viderit euocare. Tpe ꝓbatio-
nis domũ exire vel parẽte viſitare non cu
rent: nec enim inter cognatos ⁊ notos dñs
inuenit. Quomodo te bone ieſu inter co-
gnatos meos inueniam: quando inter tuos
minime es inuentus. Si quando domum
quãuis de ſuperioris conſcientia exeunt: ni
hilominus id ſuo ſignificem inſtructori: q̄d
⁊ de ſuis alijs notabilibus factis obſeruent.
Ordo circa inceſſum eſt in cõitatu ſpeciali
ter religioſo ſuãdus: vt in ꝓceſſibꝰ fratrẽ
ſibi collateralẽ attẽdat vt chori ſui partẽ in
refectorio: in clauſtro: cũ pro gratijs ad ec
cleſiã itur: ⁊ in oĩ teneat loco nec ſe ad cho
rũ aliũ refectorio: in clauſtro: vel alibi trãſ-
ferat: niſi cauſa rationabili perurgente. In
eccleſia vero inter pulpituꝫ in medio cho-
ri poſitum ⁊ altare: maxĩe dũ quidem ibi

dicitur: non facile transeat: nisi forte liber pateat transitus. ab ipso pulpito multum distans: ne tamen inter pulpitum transiens ⁊ inclinans ipsum videatur pulpitum honorare: non ante ipsum directe: sed a latere decentius inclinabit. Est etiam ordo reuerentie ac decentie in incessu: vt non passim seniorem iunior antecedat: aut quando vitari potest frequẽtes ⁊ nimis propinquos faciat transitus ante ipsum. In ecclesia quoq; inter ministros subdiaconum videlicet diaconum: sacerdotem in officio suo solẽniter ministrantes: nec non ⁊ ante fratres intra deambulatorium intraturi ad vacua debẽt sedilia per introitum sedilibus ipsis propinquiorem accedere: nisi ob aliquarũ reuerẽtia personarum: si forte in medio fuerint: sit aliter faciendum.

De disciplina circa quedam membrorum officia. ca. vij.

Est ⁊ in alijs membrorum corporis siue oculorum: siue oris: siue naris: siue brachiorum manuũq; officijs discipline studẽdum: de quibus aliqua breuiter subponentur. Amatores igitur honestatis ab inordinata euagatione: ⁊ exaltatione im mensa: ⁊ in choro precipue diligenter custodiant. Scriptum est enim. Oculi stultorum in finibus terre. Et exaltatio oculorum dilatatio est cordis. Leuat quidẽ propheta oculos vt petat auxiliũ dñs vt impendat. Tu quoq; si locum tempus ⁊ causam considerans tua vel fratris necessitate oculos leuas: non solum non culpo sed etiam plurimũ laudo. Hoc enim excusat miseria: illud misericordia cõmendat. Sin al' non prophete: non domini: sed diue: aut eue: immo ipsius sathane imitatorem te dixerim. Nõ sint in risu faciles: nec in voce clamosi. Cachinus precipue grauitatẽ religiosi plurimum dehonestat. Uile prorsus religiosum virũ vt puerũ cachinari. Non licet religiosum virum dissolutis labijs risum proferre: sed illari vultu cordis illaritatẽ pretendere. In datione pacis labia semper claudant: quibus apertis turpiter exhibetur. Nares nõ in aliorum aspectu: sed ad partem: cum duorum vel trium ad plus digitorum appõe emergant. Seorsum etiam spuendũ est maxime in cõuentu ne loca publica siue in choro: siue alibi sputo fedentur: ⁊ astantiũ oculi offendantur. Pudet quidem in ipso chori deambulatorio ad pedes suos palã fratribus spuere nec pudere. Notabilibus corporis seu membrorum extensionibus: que cum ositationibus vel al's non sine quadã inhonestate fieri solent omnino abstineant. Tunc enim sunt corpus ⁊ brachia comprimenda: ne cum huiusmodi pigritia extendantur. Honesto incongruum viro pigra membrorum distensione resolui. Dissolutiones fugiant manuales: grandia nempe cãnt pericula: soletq; luctus ludo accidere corporali. Et post comestionem se precipue a iocositate notabili: ⁊ multiloquio studeãt temperare. Siquidem licet omni tempore dissolutionis leuitas sit vitanda: post refectionem tamen vel al' cum solo fratre: ⁊ iterum coram conuentu turpius agit. Turpissima est dissolutio in conuentu. Ad h aliuz quẽpiam preter necessitatem ad cingulum vel ad manum accipere flores: fructus vel baculũ ociose in manu gestare: cingulum inter digitos voluendo rotare: honestati non consonat: immo quoddam lasciuie signum pretendit. In lotione manuum quando in vase mobili aqua reperit: vas ipsum nũq̃ aperte superiori precipue manibus distilantibus: sed per ansam vel a latere vel a fundo accipiant: ne guttis manuum aqua residua sordidetur. In lecto se honestissime iacendo componant: nec supini iaceant: nec genua leuando calcaneos iungant: aut tibi-

as. Hec ⁊ similia nō sunt vt minima temere aspernēda. Clara nōnunq̄z ↄuersatiōis insignia q̄dam in nūmis obfuscant ineptie. Plerūq̄z modicis paulatīq̄ per incuriā sub repentibus maculis: tota morum congeries inquinatur.

Ⲥ De disciplina in habitu. ca. viij.

d

Isciplina in habitu pōt tā circa pānū q̄z circa formationē: coaptationē: vsus eius ↄtinuationē ⁊ mūditie ↄseruationē attendi. Circa pānū vt nō sit p̄ciositate molitie vel subtilitate notabilis. Vestis preciositatē etiā mulierib⁹. Petrus apl's interdicit. Porro qui mollibus vestiunt in domibus regum sunt Inter diuites palatij ⁊ paupes claustri differētia debet eē. Molia vestimēta animi molitiē indicāt. Molles ait q̄dā molia q̄rūt. Subtilitas ⁊ nitor rep̄hēdit in bisso diuitis epulonis. Nimia pāni subtilitas: ⁊ si nō p̄ciosa nihilomin⁹ tn̄ in ꝓposito penitētie vitiosa. Sit cure nouitijs pānoꝝ p̄ciositatē: subtilitatē ⁊ incōgruā religioni molitiē nō curare: vereātur ⁊ renitātur vt possunt iritari pro ipsis: stoꝝ de vestium vilitate censurā ⁊ ↄsuetudinē vitiosam in suarū aīarū piculū induci. In signū sunt panni tui dn̄e iesu: s; in signū tui a multis hodie ↄdicit. Honesta exigit vestimētorū formatio: vt nō sit nimis larga vel stricta. Amplitudo vel lōgitudo caputij superflua siue in manicis siue in caputio: siue in colario caputij ē admodū fugiēda. S; nec apturis q̄busdā circa vel cingulū vel alibi: aut curiositatib⁹ alijs quibuscūq̄z ē habit⁹ deformādus. Coaptatio q̄dā ē religioso indecēs: q̄dā decēs. Indecēs ē si p̄ter morē religiōis fuerit curiosa: vt vbi cā si caputij colariū quidā in giro replicationē iuxta mūdanoꝝ ↄsuetudinē coaptet: aut curiose ip̄z caputiū replicet circa genas. Decēs ē que nō curiositati: s; honestati debuit: vt v; vestis honeste portet: ⁊ honeste pro loco ⁊ tēpore disponat: vt honeste portet: succingēda ē eq̄liter ⁊ decenter. Si ex vna parte pēdere notabiliter pmittat: vel in alijs p̄paratio debita ommittat: fatuitatē vel negligētiā: vel ipocrisis sapit. Aptanda est vestis: maxime circa pectus per applicationē ad collum: ne collū ipsum vsq̄z ad pectus: vel interiores panni hominū aspectui exponātur: qđ irreligiosū; ē valde. Attēdēdū etiā circa portādi modū ne quis pfluat: vt si os sub caputio vel mētū abscondat si more dominarū tunicā a laterib⁹ tenendo accedat: aut manū in sinu tenens: tunice manicā exterius pendere permittat. Quando enim manū in sinu ponere vel ad horā; cogit necessitas in manu altera presumpta manica cautius est tenēda ne pendeat indecenter: vt manu in sinu teneri vix a proximo astantibus percipi valeat. Ambas autem man⁹ in sinu tenere q̄z irreligiosum sit palam oībus ē: cum vel vnam diu teneri vix excuset necessitas. Dānati ē corporis ⁊ mēbrorum officia exequi non valentis: manicas nō regere defluentes. Et quidē cum mens interius a sua custodia soluitur: ⁊ membra foris ad omnē actū inordinate mouentur: ⁊ tam in vestibus q̄z in alijs discipline cura negligitur. Incōpositio corporis qualitate; indicat mentis. Sunt ⁊ alia circa modū portandi ƀm Vgonem vitanda. Sunt inquit quidam stulti: qui quodam artificio vestimenta sua circa se componunt. Alij iactando ⁊ ventilando pannos suos leuitatē mentis sue: ex ipsa sui habitus mobilitate ostendunt. Alij incedētes sinuoso firmate terrā v̄rūt: ⁊ in lūbis depēdētib⁹: īmo retro ↄsequētibus caudis in similitudinē vulpiū vestigia sua obducunt: ⁊ quocunq̄z perrexerint: q̄si turbo tēpestatis puluerē concitant. Dispositio habit⁹: aliq̄n rōne operis: aliq̄n rōne consortij variatur. Respectu quoru;

habēda ē ꝯſideratio diſcipline. Ad exerci-
tiū operis tā pp expeditionē q̄ȝ pp cuſtodi
am mūditie: honeſta ꝑut res exigit prepa-
ratio veſtis requiritur vt.ſ. quando neceſ
ſe fuerit ſuccingat: manice vero retrahant
⁊ prout expedierit componant: ne ſup ma-
nus vel ſuper rem ipſam que tractatur reci
dant indecenter: precipue ad priuatas cu-
ſtodiende ſunt manice diligenter. Diſpoſi-
tio huiuſmodi tollerabilis eſt: imo comen-
dabilis in priuato: que tamē in publico ma
xime coram extraneis nō eſt decens. Quā-
do igitur coram extraneis aut coram cōuē
tu proceditur ad diſpoſitionem cōmunem
eſt habitus tam in manicis q̄ȝ in alijs quan
tū res patitur reuocandus. Caput ſi nudū
fuerit: caputio congruit amiciri. In omni
ſiquidem loco publico ſiue chorus ſiue re-
fectorium ſiue alius fuerit locus: fratrū cō
gregatione preſente: ⁊ multo magis inter
extraneos: operto decenter capite religio-
ſus eſt admodum vir honeſtus niſi ob re-
uerentiam alicuius miniſterij vel perſone
aliter ſit agendum. Non eſt tñ caputium ſi
ue coram fratribus ſiue coram extraneis:
nimis in capite ſine cauſa profundandum.
Operta ſub caputio facies quandaȝ ypo-
criſis notam infert: ⁊ aliorum in ſe oculos
ſua ſingularitate conuertit. Decet ergo ca
put in publico non faciē operiri. In lotiōe
quoqȝ pedum ille cui pro chriſto miniſteriū
huiuſmodi exhibet operto ſi commode po
teſt capite humiliter ⁊ ſine multiloquio de
bet eſſe: ⁊ charitatis obſequium cum timo
re ac deuotione ſuſcipere: nec debet qs ibi
al' alibi tibias nimis exponere: ſed magis
tunica cum manibus circūcingere diligen-
ter: turpiqȝ religioſis perſonis crurium nu
ditati occurrere. Caueat omnis honeſtus:
ne eius vnq̄ȝ appareat caro nuda niſi quā
tuȝ compellat neceſſitas manifeſta. De ſan
cto legitur ꝙ cum neceſſe haberet fluuium
tranſuadere rogauit ſocium ſuum vt pau-
lulum ſepararetur a ſuo aſpectu ne ſuaȝ in-
uicem corporis nuditatē vterqȝ cōſpicerent
Receſſit ſocius nihilominus tamē ille ſe-
ipſum cum ſe nudare vellet erubuit. Cogi
tantem eū vel in aliam ripaȝ virtus diuina
tranſportauit: aut dubium honeſtatem do-
minus acceptauit. Pannos quoqȝ interio
res qui vltra cōmunem ſeu ſingularem for
mam ſiue in veſtibus: ſiue in alijs indulgen
tur quātū neceſſitas patit ocultari oportet:
vnde nec almutia palam extra caputiū re-
ligioſe portat. Reſtat de vſus habitus con
tinuatiōe: ⁊ mundicie in eo conſeruatione
videre: vſus habitus ꝑut habitus pro ſpāli
ſigno religionis accipit: continuus debet eſ
ſe: vt religioſus frater non ſit vel modicuȝ
ſine ipſo: niſi neceſſitas euidens euȝ cogat.
Secularis perſone nuditas: ⁊ religioſus ſi
ne habitu comparantur. Cauēdū ēt ne ſibi
habitus duȝ ſedet aut genuflectitur aliquā
incohamenti ꝯtrahat maculā. Et ſi quam
ꝓpter aliquē caſum vel pp ſudorē aliquan
do mūdificari citius debet maxime ſi in lo
co fuerit apparenti. Propter h̄ imunditia
illa que in horis caputij circa geras ꝯtrahi
tur ex ſudore debet cum diligentia reuoca-
ri. Feda religio que nititur feditate. Culpa
tur quidē ⁊ cultus munditie nimius ⁊ ne-
glectus.

De diſciplina in officinis. ca.ix.

D Eniqȝ in officinis maxime in
oratorio: refectorio: dormitorio
ceteriſqȝ: quas conſueuit fre-
quenter conuentus etiaȝ ad lat
nas diſciplinate ſe habeant ⁊
quiete. Nunq̄ȝ per ſuſuriū ⁊ tumultum oc
caſione operis alicuius: fratres orantes:
ſtudētes: aut quieſcentes impediāt. In orā
torio nemo aliquid agat: niſi ad qd̄ ſanctuȝ
eſt: vnde ⁊ nomen accepit: vt ſi forte aliqui
etiam preter horas canonicas vel conſtitu
tas orare voluerint: non eis ſit impedi-
mento: qui ibi aliquid agēdū putauerint.

Quando per dormitorium fratribus quiescentibus vadunt plane: imo quasi furtiue incedant ne parando lectū vel alio quouis modo quiescentes reprehensibiliter inquietent. Surgentes a lecto ipsuz decenter operiant: ne velut irrationabiliuz cubile remaneat imparatus. De priuatis loqui: si cui turpe videtur: turpius nouerit aliquid turpe: ibi cōmitti. Ibi nō conuenit quasi mox gelicidio pituri amictus accessorij sarcinaz differant. Ibi religiosus cū summo silentio ꝛ operto profunde capite debet eē. Ibi cōfabulari ꝛ preter necessitatem hac ꝛ illac capite discooperto respicere religiosum nō dixerim: sed scurraruz. Ibi seruanda in manuum ꝛ vestium dispositiōe honestas. Ibi honest⁹ quisqꝫ diligenti alijs opera caueat ne post ipsuz per eius in curiā aliqs offendatur. Ibi eis cauendū ne stātes vrinēt: vl' aliter minus honeste incedant. Sed nec ꝑ ortum est facile vrinandū vel alibi: vbi siue a socijs siue ab alijs possit videri: qꝛ vt ait quidam. Multa possunt honeste fieri: que non possunt honeste videri. De singulis ad disciplinam per singulas officinas ꝛ loca spectantibus: vix aut nunqꝫ posset singulariter adisceri. Ad multa tamē pōt haberi discipline consideratio ex predictis. In hostijs autem officinarū: aut vbi fratrum est cōmunis transitus: maxime circa introituz priuatarū: vñ ad necessaria eūtes ꝛ redeuntes respici possunt: nunqꝫ honesti fratres faciant stationem. Quando etiam intrant ꝛ exeunt officinarū secretioruz hostia post se claudant: ne superuenientes extranei ꝛ intrantes: fratres inueniant imparatos. Nunqꝫ extraneos lꝫ familiares ad visitandū officinas inuitent. Si qñ tñ ad aliquoꝝ instantiam eas ostendere permittantur: domos tm̄ cōiores: non intra per singula loca seu angulos peragrando: sed ab hostijs expedite quantū honestas permiserit ostendentes: quicquid ab eoꝝ aspectu subtrahere poterunt: subtrahāt ꝛ fureñt. Nō est religio vbi omnia patent. In locis oib⁹ vbi fratrum occurrit frequentia: nullo modo detineant aduētātes. Infirma hec paruulis exprimens grandiū ocilla non veto: sꝫ vbi humilis proficit paruiducēdus illusor.

¶ Quarta pars huius operis. De disciplina inter extraneos: ꝛ primo de disciplina in villa. ca. j.

Hunc videndum qualiter in villa: itinere: ecclesia: ꝛ domo: in locutione ꝛ comestione: sit nouis fratribus inter extraneos conuersandū. Si qñ exeunt domū: habenda est eis custodia discipline respectu societatis ꝛ sui. Societatis solatiū ꝛ honestas: religiosi conuenit dignitati. Propter hoc in villa precipue senioris cum quo fuerint semper vestigijs inherentes: se ab eo etiā sub vno tecto nullatenus separent: quin ad minus semp videri ab eo libere possint. Seipsos autem quantū ad circūspectionem: locutionē: habitus: ꝛ mēbroꝝ dispositionem in disciplina contineant. Nō circūspiciant in vicis ciuitatis: vt sapiens docet. Auertāt oculos suos ne hauriant vanitates. A secularium collocutionibus prudenter abstineant. Manus suas religiose cōponant. Nunqꝫ inter homines discooperto capite vel almuciati: vl' alias indisciplinate incedant. Sed nec secularium nec religiosorum domos: subito ignorantibus eis introeant. Sed vocādo ab hostio: vel pulsando: vel alio quoquomodo ꝓpositum seu voluntatem ingrediēdi preinuncient. Vir eruditus ait sapiens foris stabit. Sed nec sine ductore per secularium domos vl' per religiosoruz est officinas vagandum.

¶ De disciplina in itinere. ca. ij.

Si fuerint extra villas in itine-
re constituti: ⁊ quantū ad socie
tatem ⁊ quantum ad seipsos
caute se debent ⁊ religiose ha-
bere. Quātū ad societatem de
bent sibi a mulieribus a scurris ⁊ rōne pi
culi a psonis de maleficio notatis attende-
re. Talium personarum societas singula-
ris religiosis viris nisi forte ad horam pro
anime causa non conuenit. Debent tamen
se prudenter ab huiusmodi consortijs se-
gregare. Ipsi autē fratres in itinere se ab
inuicem nō debent nimis disiūgere: quin
minus se mutuo audire ⁊ videre facile pos
sint. Nō est tantum aut decens religiosis
quos congruit binos ire alterum ab altero
longius separari Talis separatio eis in pe
riculum occurrentibus cedit in scandaluꝫ.
Quātum ad seipsos debent in factis ⁊ ver
bis disciplinate se gerere. In factis debet
honestas: deuotio: ⁊ discretio apparere.
Propter honestatem dissolutiones tā ma
nuales qꝫ alie: que cursitando vel aliter
quōlibet fieri possunt penitus vitent. Al-
ta enim inconuenientia ex hoc vt expertū
est possunt sequi: hominibus frequēter de
quibus non aduertit̄ videntibus que agū
tur. Non sunt brachia notabiliter denu-
danda: nec vestes nimiuꝫ succingende vel
al's irreligiose tenende. Ceterum ad deuo
tos pertinet fratres ecclesiis quando tran-
seunt iuxta ipsas necnon ⁊ crucibus deuo
tis inclinationibus reuerentiam exhibere:
cimiteria vero absqꝫ oratione pro defun-
ctis nullatenus preterire. Discretionis est
agenda queqꝫ preuia deliberatione metiri
⁊ non agenda cauere: quia qui de futuro
nihil premeditatur: in omnia incautus inci
dit. Moderandus per prouidentiam se-
nioris labor itineris: ne spiritum deuotiōis
extinguat. Audienda est missa: sancteqꝫ
orationes pop'lo si fuerit sermo fiēdus: ⁊
ante oīa semper diuini pensum offitij de-
uote soluendum: nec fratres se magis cur
sores qꝫ religiosos exhibeant: ⁊ contra ca-
rius religionis propositum de accessorio
principale facere conuincantur. In solem-
nioribus festis etiam ab itineratione cessan
dum. Cauenda est per vias dormitio tan-
qꝫ periculosa ⁊ indecens: nec est tarde vel
apud infames hospitanduꝫ personas. Di
sciplina verboꝝ debēt attendere tā in ma
teriā qꝫ in sono. Si occurrerīt hoīes de-
bent eos humiliter salutare. Seniorū erit
coitinerantibus ⁊ his cum quibus aliq̄ñ
do loqui contigerit aliquid ad edificatio-
nem ⁊ consolationem proponere: peccan-
tes in eorum presentia non rigide semper:
sed cum modestia ⁊ humilitate corripere:
⁊ ad bonum per rationes ⁊ dulcem allo-
cutionem inducere. Et sic quodammodo
omni creature secundum euangelium pre
dicare. Philippus eunuchuꝫ ī itinere ba
ptizauit. Beatus martinus latronem secū
itinerantem conuertit. Si vero non affue
rint homines: verba fratrum de deo cōue
nit esse. Ipse nāqꝫ itinerantibus ⁊ de se lo
quentibus discipulis: itinerationis factus ē
comes. Tunc exempla patrum vel alia q̄li
bet bona: que vel accendant affectum vel
saltem instruant intellectum: sunt ad labo-
ris alleuationem narranda. Turpissimuꝫ
est nescire tempus nisi friuolis ⁊ fabulosis
narrationibus detinere. Ve tacentibus de
te domine: quoniam loquaces muti sunt.
Solent fratres letanias: psalmos peniten
tiales: cāticū graduū ⁊ similia: aut sil: aut q̄
libet singulariter frequētare: ⁊ maxime an
te tertiam in talibus: aut certe in meditatio
nibus sanctis occupari. Deniqꝫ quotiens
mutue collocutionis interuenerint verba
sonū oīno decet eē demissum. Proīde cla
mosam locutionem que nusqꝫ religiosam
decet personam penitus vitent: maxime in
ter fructeta ⁊ in nemoribus existentes. Si
quidem iuxta vulgare prouerbium: nem⁹:
aures ⁊ cāpus seu planities oculos habe-
re dicuntur. Ab oib⁹ igit̄ que coram secu-

laribus dicere nolũt in locis dumosis ⁊ ne
morosis oĩno abstineant: nisi forte aliquis
sub silentio ⁊ latinis verbis dicere velint.
Miserabiles confusiones quibusdam mi
nus cautis pluries ex hoc accidisse ferun-
tur. Non cantent in itinere in cantu maxi-
me seculariũ cancionum aliqua lꝫ bona cũ
laici nõ intelligãt nisi sonũ: ⁊ preter hoc re
ligiosum non deceat in cantu extraordina-
rie vocem proferre. Si qui forte dissolutio
nes clamosas disputationes: verborum al
tercationes: ⁊ alia que offensionis extra-
neis materiã clare possunt vitare inter ho
mines negligunt: nequaq̃ꝫ eos timoratos
dixerim: aut zelum religionis hẽre. Qui
religionis sue scandalo nõ occurrit honori
proprio detrahit ⁊ saluti. Qui fidelis reli-
gionis est filius nequaq̃ꝫ eius scandalum
paruiducit.

¶ De disciplina in ecclesia. ca. iij.

P Eruenientes ad religiosorum
vel secularium loca: cũ ad ec-
clesiam si in loco fuerint vene
rint in ingressu ecclesie illũ se-
cum versiculũ memorantes
Introibo in domum tuã adorabo ad. ⁊c.
⁊ nudato capite signũ crucis super se cum
reuerẽtia facientes: cũ ãte altare vel ĩ alio
loco orationi congruo ad quem declinaue-
rit senior: prosternere se humiliter debent
vbi quãtũ deꝰ dederit deuote orãtes: ⁊ de
inde pariter ab oratiõe surgentes procede
re poterũt ad ea que necessarie habuerint
iuxta ꝓpositũ exequẽda. Ecclesiã nãqꝫ si-
cut euãgelici ⁊ ecclesiastici viri semp prius
si cõmode possumꝰ visitare debemꝰ sancto
rũ patrũ qui nos in ordie ꝓcesserũt: imo
ipsius saluatoris exẽplo: quẽ btũs euãgeli
sta Matheus hierusalẽ ciuitatẽ ĩgressum
refert tẽplũ dñi adisse. Sup quẽ locũ dicit
expositor ꝙ ingressus vrbẽ primo tẽplum
adijt: dãs formã religiosis: vt quoquo imꝰ.
p̃mo domũ oratiõis: si ibi ẽ adeamꝰ. Mis
sarũ aũt solẽnis vel al' diuino officio cum
extraneis assistentes: gerant se humiliter ⁊
honeste. Nõ stent in sedibus suis velut ma
gnates: aut quasi laici de officio nõ curan
tes. Sed ad librum si necesse fuerit: ⁊ ho-
neste poluerint accedẽtes officiantes cum
maturitate tamẽ ac modestia tam in voce
q̃ꝫ in gestibus obseruanda humiliter iuuẽt
Qð si propter euitandum discursum ad
librũ non duxerint accedendum: nihilomi
nus cõia que nouerunt poterũt cum alijs
honeste sine nimia vocis exaltatione canta
re. Ad cantandũ autem aliquid sequestra-
tim vt est, all'. Rñ. vel aliud quodlibet ne-
quaquã cũ secularibus se combinent: si vi
tare potuerint bono modo. Tunc etiaꝫ nõ
solũ de predictis: verũ etiã in honesto se ha
bendi modo: quãtũ ad disciplinã aspicien-
di loquendi habitus: ⁊ vniformitatis hone
statis custodia est adhibenda. Reprehensi
bile ẽ ibi vagis circũspicere oculis: aut col
locutionibus: dũ misse celebratur officium
intendere: quas tunc etiam secularibus cle
ricis ius canonicũ interdicit: aut: aliquã re
spectu habitus singularitatem pretendere:
vnde ibi non decet caputiũ intra homines
extrahi nisi ad euangelium vel ad alia pro
quibus exẽpli gratia approbata communi
ter fieri consueuit. Deniqꝫ propter vnifor
mitatem sint: dũ intersunt officio soliciti cir
ca duo. Unũ est ne diuersitate sua in his q̃
ab honestate non discrepant: alios scanda
lizent: vt videlicet ad magnificat in vespe-
ris: ad quecũqꝫ vult in prima: vel ad alia
huiusmodi ceteris cũ reuerẽtia stantibꝰ ipi
nõ sedeãt: lꝫ illud officiũ tũc non dicãt. Ali
ud ẽ vt in stãdo: sedendo ⁊ ꝓsternẽdo: sint
inuicẽ vniformes vt pariter stent: parit' se-
deant: pariter se ꝓsternãt. Qui cor vnuꝫ ⁊
aiaꝫ vnã hẽre debẽt difformes exterius eẽ
non debent. Uniformitas moꝝ: vnitatẽ iu
uat ⁊ indicat aioꝝ. Senioris aũt ꝯsuetudi
ni debet se sotius humiliter ꝯformare. Re

ligioſoꝝ moꝛē cū eis officiāte ſuamꝰ. Cū
aliis iēiunationū ritus ignaris feſtiuo tēpo
re ad oēs collectas vultu ad altare verſo
cum reuerentia ſtātes: ad btōꝝ v. ꝛ ſancto
rū dūtaxat: qui ſpeciali ex moꝛe: veneratio
ne colūtur noīa inclinamꝰ. In feria vo ad
oēs ſimꝰ oꝛationes ꝓſtrati. Ad ꝑfationem
ſemper: ꝛ qn̄ dicit agnus dei moꝛis eſt ſta
re. Verūtamē ſi qn̄ apud extraneos dure
rint celebꝛandū: modū oꝛdinis ſui in cele-
bꝛando: vniformitatis occaſione nō variēt
nec dimittant niſi aliter facere cogat neceſ
ſitas: ne velut inſtabiles ꝛ modū ꝓpꝛiū nō
habentes: cum variis eccleſiarū conſuetu
dinibus temerarie varientur. Poſſunt ta
mē in benedictionibus poſt miſſam iuxta
moꝛem patrie faciendis ꝛ in aliis huiuſmo
di que modo non pꝛeiudicant regulari: ec
cleſiarū in quibꝰ fuerint: conſuetudines ob
ſeruare.

¶ De diſciplina in hoſpitio. ca. iiij.

In hoſpitii domo cū fuerit: ſtu
deant ſe in oībꝰ gerere humili
ter ꝛ pꝛudēter circa cuſtodiam
diſcipline. Humilitatem erga
perſonas: ꝛ in cōuerſatiōe oſtē
dāt. Perſonis maioꝛibꝰ hūiliter deferant.
Perſonis minoꝛibꝰ ꝛ paupibus: tanq̄ cū
fratribus ſuis ſocialiter ꝛ benigne loquan
tur. Conuerſatio quoqꝫ ſignū aliqͦd pꝛetē-
dat nō ſupbie. Nunq̄ ad pͥma ſe ingerant
loca: nec tn̄ ad ea vocati nimis refugiāt: ſe
nioꝛis tn̄ fratris quē ꝓponere debēt: ſemp
honoꝛe ſuato. Qͦd honoꝛi vel certe deliti
is debuire videt: humiliter vtiqꝫ declinat
ꝛ honeſte cū modeſtia recuſat. Ubi aūt ſe
nioꝛis vel ſocioꝝ accidit inſtantia: cedere
magis q̄ diutiꝰ repugnare opꝫ. Parēdo
potiꝰ q̄ obſtinatiꝰ repugnādo ſuat humi
litas. Rephēſibilis difficultas vbi palam
nutui obuiat ſenioꝛis. Lectos ſecularīū nō
aſcendāt indifferenter p diē: nec familiam
hoſpitii obſequioꝝ exactione moleſtēt. De
cet paupes paucis eē ɔtētos. Ipſiqꝫ neceſ
ſitati ē pꝛo loco ꝛ tpe detrahēdū. Nunq̄
hoſpitū familiaritas: vel affinitatis ꝓpīnq
tas pſumptionē īducat: vt in domo pcipe:
curioſa querere: aut de factis domꝰ vl' fami
lie indagandis vel diſponēdis: ſe iterū itro
mittere velit: qui ꝓpꝛie rei familiaris curā
vt deo ſuirēt liberius abiecerūt. Pꝛuden
tiā quidē neceſſariā hn̄t vt ſint in ſui cuſto
dia circūſpecti. Apl's. In ſapiētia inqt am
bulate ad eos qui foꝛis ſunt. Et dn̄s. cauete
inqt ab hoibus. Cauete igit iſta diſcipline
cenſura nō ſolū in publico: verū etiā in pꝛi
uato ſe habeāt. Nullū ait quidā putaueris
locū ſine teſte. Narrabat qdā frater ſe in
quibuſdā ſecularīū domibꝰ: occultas dep-
hendiſſe feneſtras: per quas ea que in do-
mibus illis aſſiſtētes agebāt: pꝛo ipſis per
cipiētibꝰ poterant aperte videri. In eſtate
doꝛmitionis tpe meridiane iacentes aliqͦd
ſi poſſunt ſuper habitū operimētū: ſaltem
vſqꝫ ad cingulū habeāt: ne dum doꝛmiūt
eos indecēter quidē inter homines diſco-
hoperiri ɔtingat. Erubeſcenda nimis qui
buſdā ex hoc accidiſſe feruntur. Habēda
vbiqꝫ pꝛudētie circūſpectio ꝛ cautela: circa
perſonas: loca: negotia: ꝛ res ſi q̄s habue-
rint reponēdas. Circa pſonas vt ſe nimis
hoibus nō committāt quātūcūqꝫ familia-
res ꝛ piopinqui. Attēdāt ſibi in omnibus
que faciunt ꝛ dicunt. Spiritualis ille qui
oīa diiudicat: vt ipſe a nemine iudicet: oē
opus ſuū trina ɔſideratiōe pueniet. Pꝛi-
mū qdē an liceat: deinde an deceat. Poſtre
mo an expediat. In oībꝰ ſemetipſos ſicut
dei miniſtros exhibeāt. Sint in oī aſpectu:
geſtu: ꝛ i oī actiōe ſua: ſerui: religioſi: mode
ſti: ſicut decet ſanctos. Verūtamen modus
qdē ē religioſus ſupſtitioſuꝫ nimiū eē opꝫ.
Dabit ad ɔgruū iter hoies modū diſcre-
tio pſonarum: ſtatus ꝛ qualitas hominum
differens: differentiam exigit conuerſan-
di. Habet ſe pꝛudens cum differentibus
differēter: cū oībus tn̄ caute. Erit ſimplex

non ſtolidus: humilis non deiectus: mãſuetus non blandus: hilaris non laſciuus: affabilis nõ vaniloquus aut ſcurilis. Quinimmo intereſt ſapientis ſic ſi res exigat a rigore interdum diſcipline remitti: vt modum tamen modeſtie nec in ipſa remiſſione dimittat. Poteſt grauitatis cenſura remitti pro tempore non dimitti. Imputãda tamẽ remiſſio vbi nulla decentie vel vtilitatis intentio. Prudens domini ſeruus vtilitatis fructum ex ſua nouit remiſſione afferre. Ad hec quoniam attendenda honeſtas: ⁊ congrua perſonarum honeſtas honeſtioribus ſemper adherenda. Mulierum tam ꝓpinquarum q̃z aliarum: caute prout poterunt ſocietatem declinent: earumq̃z familiare nimis obſequium ⁊ tactum omnino refugiant. Nulla ratione ſubſtineant ꝙ pedes ſibi a mulieribus lauentur. Nudã autem mulieris tangere manum: aut eius caput: aut corpus vbilibet abſq̃z neceſſaria euidenter cauſa manum extendere: ab oĩ prorſus religionis honeſtate quis dubitet alienum. Quando religioſus ſedet aut loquitur: manus ſuas occultare ⁊ ad ſe retrahere debet: quas etiam quando extraneis perſonis loquitur ſimul iunctas ⁊ velut inuicem colligatas: vel alr̃ religioſe haberi locutionis diſciplina requirit. Nunquã mulierẽ quacũq̃z ſibi affinitate cõiũctã: ſiue ſororem: ſiue neptẽ: quãtũcunq̃z puerulas: nunq̃z etiã matrẽ ꝓpriã facile oſculent̃. Fugiãt oĩno feminea oſcula milites chriſti: cũ etiã oſculũ viri offerri non deceat: niſi forte de proprio patre vel honeſtis alijs perſonis: moris exactu ſine ſcandalo vitari nõ poteſt. Religioſam perſonam: religionis honeſtas: os indifferentibus oſculis communicare nõ patitur. Deniq̃z periculo aĩe mulierũ hẽtur ſocietas. Igit̃: vt docet ſanctus Augu. Ubiq̃z guſtanda eſt cum mulieribus nõ continuãda preſentia: ſ; quaſi tranſeunter feminis exhibenda eſt acceſſio quodãmodo fugitiua. Tutius eſt non poſſe perire q̃z iuxta periculũ non periſſe. Illum aũt nec caſtũ dixerim nec honeſtum: qui mulierem aut tangere: aut eius tactum admittere nõ abhorret. Quomodo tangere licet qd̃ intueri nõ licet. Ad cuſtodiẽdaz cordis munditiam: exterior quoq̃z ſenſuum diſciplina ſeruanda eſt. Loca que periculi vel ſuſpectionis materiã dare poſſunt: caute declinent: nec ſoli cum muliere in huiuſmodi locis vel ad horam morentur. Domina quedã vt fertur cũ duos fratres ad domum diuertiſſet ipſius: alterũ ſeorſum vocauit in camerã: quaſi ſecreto ſibi aliquid locutura. Quẽ ingreſſum mox ad turpitudinem prouocans: aſſeruit firmiter ſe continuo ꝯtra ipſũ quaſi ei violentiam inferẽtem: niſi ſtatiz ſibi acquieſceret clamaturã. Tunc doctus a dño frater: anteq̃z mulier in vocem clamoris prorumperet: ad fratrẽ conſocium qui cũ pluribus in atrio dom⁹ erat alta voce clamauit librum ſibi ꝯtinuo afferri requirẽs. Sicq̃z adueniẽte fratre neceſſe habuit mulier ab huiuſmodi nefaria ſolicitatiõe ceſſare: ⁊ frater hoĩnũ confuſionẽ euaſit. Nõnulli ob cãz cõſimilẽ cõfuſi turpiter ⁊ grauiter fuiſſe verberati dicunt̃. Qui autẽ cauet laqueos ſecurus erit Qui non cauet ẽ aut ſtultus: aut peruerſus: nec eius eſt excuſatio admittẽda. De nocte ſi per domos hoſpitij ad neceſſaria exeũt: ſimul quidẽ ⁊ ſi fieri põt cum lumĩe vt filij lucis eãt. Ceterũ de mondanis ſecularĩu expediẽdis negotijs: ſe religioſus temerarie impedire non debet. Si de anime negotio agitur: apponendũ quidẽ eſt conſilium: ab his qui habent officium ⁊ peritiam conſulendi: alr̃ non eſt militantis deo ſe iterum occaſione propinquorum vel amicorum ſecularibus implicare negotijs: que mundo moriens abdicauit. Impius ẽ qui anime ſue pro parentibus ſuis eſt crudelis Sed nec ſecularium littere ad portandum vel preſentandum alicui recipi debent: niſi de ipſarum tenore opus forſitan aliquod

pietatis habente constiterit. Nec religiosis expedit veris ꝙ verborum ⁊ sine litteris: pro negotijs huiusmodi baiuli vel internũtij fiant. Sed si super talibus requirantur: hoc per alios quos deceat fieri rogẽt. Circa .ij. custodiam: siue libros siue alia secum detulerint: nequaquã negligentes existant. Sed omnia libros precipue anteq̃ꝫ eos deponant de manibus vel de sinu certe fideliqꝫ persone comendent: que a muribus ⁊ canibꝰ: qui libros vt experiẽtia docuit destruunt: ⁊ cohoperture corio non obstante corrodunt custodiat. Ipse quoqꝫ persone quibus res huiusmodi cõmittuntur: sunt super his instruende. Noctibus tamen consulte propter pericula in loco certo propinquoqꝫ habeatur. Quidam libros quos cõmendauerat repentino igne superuenien te perdidit.

De disciplina locutionis. ca. v.

Disciplina in verbo est iunioribus ⁊ nouis precipue inter extraneos obseruanda: vt tarde: caute: ac remissa voce loquantur. Tarde vt vsqꝫ ad interrogationem taceant. Interroganti responsionem seniori relinquant: nisi forte in speciali super leuibus: maxime ad propriam necessitatem spectantibus: vt de potu: cibo: ⁊ cõsimilibus requirantur. De talibus potest quisqꝫ pro se non tamen pro socio sine asensu respondere ipsius: Communem requirit asensum responsio: que de communi necessitate profertur. Caute cum premeditatione loquatur: vt primo bis ad limam q̃ꝫ semel ad linguam veniat sermo: maxĩe si seniori forte occupato: de ordine: de personis absentibus: de rumoribus vel notabilibus alijs requirãtur. De sanctis ordinis: vt de modo ieiunandi: de silentio vel alijs requisiti: se nouos in ordine dicant: seniorẽ requirendum pretendant: ne forte dum sapienter ⁊ bene respondere se putant stultũ aliquid: ⁊ ꝙ omnino dici non oporteat dicant. Secreta ordinis nulli quantũcunqꝫ religioso vel familiari reuellent: nec statutum aliquod publicent: nisi forte quod commode celari non poterit. Idipsum autem nõ statutum: non preceptum: sed tantum infra ordinis consuetudinem vocent: vt per eorum responsum: tentionis debitum excludatur etiam infra domum: Ne seculares si quando contrarium videant: reputent fratres sui ordinis transgressores: cum tamen multa licite possint ex ordinis vel superiorum dispensatione mutari. Ordinem nostrum nunq̃ꝫ ad particularia descendendo: sed si necesse fuerit in generali dũtaxat absqꝫ aliorum ordinum collatione: vl' obtrectatione cõmendent. Pessimus laudandi modus: seipsum cum aliorum iniuria predicare. Pessima vitij corruptela detractio: que animam maculat deum offendit: proximum scandalizat. Et quia scriptum est sermo obscurus in vacuum non ibit: ⁊ tumultus murmurationum non absconde tur his quibus detrahitur scandalum excitatur. Constat autem vt sanctus Bernar. loquitur: nisi veritas necessaria in causa nõ est nec licite quorum licet scandalum a quolibet posse committi: nec iuste precipi: nec innoxie consentiri. Si de personis absentibus: presertim religiosis: suspitiosum aliquid suggeratur: semper pro absentibus preloquentes nullo modo ad fauenduꝫ detractoribus inclinentur: Accidit aliquãdo quosdam magis ad tentandum q̃ꝫ ex animo de alijs loqui. Narrabat vt fertur senior quidam fide dignissimus ad se quandoqꝫ quendam secularem venisse: qui aduersus quosdã religiosos semper multis plurimum inuehi videbatur. Cui frater viriliter se opponens: cum quotiens aduenit eadem semper constantia repulit ⁊ in

cusatos pro viribus excusauit. Miratus
oblocutor beniuolam senioris constantiaꝫ
apuit eadem: se id ad probandum de mu-
tua ordinum illorum charitate fecisse. Adi
ciens se de ordine senioris qui pro alijs ad
uocabat: cū quodam incusati prius ordinis
fratre ob causam consimilem oblocutū fu
isse. Fratrem autem illū oblocutionis ver
ba in primis aliquātulum refellentem: de
inde vero remisius: tandem obloquēti ce
sisse. Super quo non modicum secularis
offensus apud illos charitatis veritateꝫ es
se asseruit: qui detractionem admittere nō
curassent. Deniqꝫ religiosus non est qui
detractionibus pascitur alienis. Caueant
etiam ne sint rumorum licet bonorꝫ et ve
risimilium delatores. Religiosos viros
passim rumigerulos esse non decet. Falsi
tas que frequenter rumoribus inest: vel p
seculares relatores apponatur primis eo
rum auctoribus imputatur. Hinc est illud
Rumores fuge ne incipias nouus auctor
haberi. Sint in locutione honesti: et seri
ne se in secularibus ad risum mouentibus
verbis: seculares ostendant. Seruum dei
de deo loqui decet: vt fiat qđ scriptum est.
Si quis loquitur quasi s̄mones dei. Alio
quin vana verba mentis aperiunt vanita
tem. Ex habundantia cordis os loquitur.
Circa vocis sonum in locutione attendāt:
ꝙ prout tactum est alibi sit demissus pari
ter et suauis. Vitiosissimus plane religio-
so loquendi modus si notabiliter suam in
communi vocem exaltet. Sufficiat ꝙ pro
xime ibi astantes possint loquentis intelli-
gere verbum. Sapientis est loqui suaui-
ter et demisse. Nox autem amplioris vo-
cis depressionem requirit. Nox est tēpus
silētij et quietis. In nocte maxime post cō-
pletorium: in alta vt prius prorūpere ver-
ba: silentij grauitate neglecta secularium ē:
religionis non curantium honestatē. Pro
inde honesti fratres vbiqꝫ fuerint: religio
se in quibus poterunt semper ac si essent
in fratrum collegio cum sui obseruatione
silentij conuersentur.

¶ De disciplina in comestione. ca. vi.

(p) Recipue decet: vt cum extra
neis comedētes honeste se ha
beant: vt nec in cibo: nec in mo
do comedendi: vel mora: aut in
alijs que disconueniunt super
mensaꝫ: vt est verborꝫ multiplicatio: aut
exteriorum corporis vel habitus dispositio
inhonesta irreligiositate aliqua possint de
notari. Circa cibum attendant ꝙ propter
quantitatem vel qualitatē de gule vitio iu-
dicari non possint. De prima dicit sapi-
ens. Utere quasi homo frugibus his que
tibi apponuntur: ne dum multum mandu-
cas odio habearis. vnde inter seculares nō
expedit appositam semper portionē come
dere: aut penitus euacuare scutellā: ne for-
te id homines voracitati magis q̄ꝫ neces
sitati attribuant. Inter cetera religioso ha-
benda est semper temperantia circa potuꝫ.
Turpissimū est si de nimia potatione note
tur. Religionis quis insigna preferēs: me
riboli nomen ignominiose sortiretur: hoc
vitiū hominem coram deo et hominibus
vilem reddit. Ad notaꝫ huiusmodi fugien
dam cauere debent: ne post refectionē eti
am si potus offeratur frequenter bibant.
Aut postq̄ꝫ in cōi potatum seorsuꝫ sine vr
genti necessitate potum in priuato requi-
rant: nec omnino ꝙ potus vbi dormit re-
maneat patiatur. Post cenam nō sunt ad
v̄ba et pocula vigilie protrahende. Vigila
re ad ignē sitim prouocat: et bibitare com-
pellit: grauat corpus: exhaurit spiritū tem-
pus in verbis pene in perceptibili subdu
ctione consumit: tempestiue ad orationem
surgere: et officium debitum deuote vt ex-
pedit soluere non permittit. Et qui sero so

brietatis sententiam nō observat: mane frequenter suspenditur a divinis. Usitatum ē hosti hoīes ad prunas seducere. Ad prunas dominum sprevit rex Joachim: negat petrus. Et ne nobis de nocturna premeditatione ad prunas propter fructum vel interrogationes hominū blandiatur. ad prunas rex Joachim audit quidem sermones domini: sed contemnit. Ad prunas petrus de christo interrogatus offendit. O quotiens est serotinis necessaria verbis correctio matutina. Mane predicant docti sero concionantur indocti. Et in his omnibus honestius alibi q̄z ad ignem ⁊ pocula predicatur. Si hominū devotio instet pro exēplis: senioris itererit providere: vt naratione vna paucis vel alijs si expediat: verbis instantie satisfiat. Verumtamen mutat iter dum causa consilium nec lex imponitur vnctioni. Vitanda tamen vigilia que occasionem verbis: aut potationi ministrat. Qui vitium cavere desiderat: vitij occasionem precaveat. Studeant igitur in cibo ⁊ potu sobrietatem servare: sicut servi dei ⁊ religiose viventes. Sicut omnes carnis cupiditates abstinentia resecantur: ita omnes virtutes anime edacitatis vitio destruuntur. Immundi enim spiritus ibi se iniciūt: vbi amplius vident cibum ⁊ potum. Circa secundnm: multuz attendere sibi debēt: ne videlicet cibos appetāt delicatos. Qui vinum ⁊ pinguia diligit nunq̄z in virtutuz possessione ditabitur: horum quidem permittitur vsus: abusus ⁊ concupiscentia prohibetur. Semper itaqz placeat eis lautioribus parcere cibis. De grossioribus cibis ⁊ facili seu valde temperato potu: necessitati vtrinqz satisfierri potest: q̄z q̄z etiam ipsa necessitas inter homines sit arctāda. Qui de religione censetur modestiam debet religionis habere: vt sit in temperantia speculum aliorum. Spectaculum facti sumus mondo ⁊ angelis ⁊ hominibus. Felix abstinentia que gulam regulat in exēplar. Felix abstinentia que prelato imperat delicato. Decet vas celesti gratie mancipatum: a seculi illecebris abstinere. Non erubescant petere aquam pro vino si habuerint temperando. Quin potius erubescere debent si vinum biberint nimis forte. Aquam requirere ⁊ minus limphato vino vel modicam semper pro bibentis necessitate apponere deo placet: proximum hedificat: religiosum honestat: anime simł ⁊ corpori est saluber. Verum q̄z turpe sit pauperibus hominibus: cibaria querere lautiora: ⁊ appositis non esse contētos: de modo preparandi cibum disponere: aut quomodo preparantur requirere: potum vel cibum aliquem in speciali laudare: vt de eisdem amplius apponatur: aut suas inter extraneos medicinas ostendere: quis sane mentis ignorat. Modus quoqz honestus est in comedendo habendus: vt nō nimis ardenter: aut cum nimia festinantia comedatur: vel alr̄ indecenter. Moram in mensa protrahere religiosum non est: propterea caveant ne alijs a comestione cessantibus ipsi comedendo vel bibendo mēsam detineant: cum non sit hominum sed magis pecudum super mensam ruminando diutius immorari. Possunt tamen qui necesse habent: sibi cum modestia in principio mense alijs comedentibus communiter ꝓvidere. Ad hec vbiqz vt ait sanctꝰ. Frenanda est lingua preceps: maxie in cōvivio ne. s. ad loquēdū superflue vel indiscrete laxet̄. Taciturnitas ait Ugo idcirco inter epulas necessaria est: quoniam lingua que omni tēpore prona ē ad peccatuz labitur periculosius: cū per crapulā inflamata fuerit: ad loquēdū relaxat̄. Discētionē in ꝟbis eadē ibi nō ꝑsuadet. Sup mensam in aure socio loqui: vel coram illitteratis. latinis ibidem vel alibi verbis vti: dn̄z quoqz domꝰ. vel alios quoscunqz: ad come

dendum vel bibendum frequentius inuitare non decet. Subit animo: quod matrona quedam cuidam eam frequentius inuitanti dixisse fertur. fuisti ne inqt asinari⁹. Ruralium ⁊ imperitorum qui asinos sepius ꝓuocare nouissent esse proprium innuens: inuitationes in mensa personis discretionem habentibus inculcare. Oportet etiam disciplinam in corporis ⁊ habitus dispositione seruare: ⁊ comedentes non se apodient super mensam: vel accubitādo vel alio quoquomodo inordinate se gerant dum comedunt: caput in capucio nulla ratiōe persundant: sed aperta comedant facie. Ceterum religiosos ⁊ pauperes de mensa aliena viuentes: de portione. s. apposita: ensenia familie faciendo: patrisfamilias in domo gerere vices: canes vel murilegos de mensa pascere benedicta: a quo etiam nonnulli abstinent seculares: non congruit. Principalis hucusqꝫ incisio: nihil his note impingēs qui sub institutionibus alijs militant: aut diuersis locis: ⁊ diuersitate causarum diuersa ordinant instituta. Honesta quidē ⁊ sancta omnis traditio: que per prouidentiam seniorum in timore dei communiter traditur: cōmuniter obseruatur. Profecto ex cōmuni surgit institutione religio. Honestas ex ordinatione causatur. Omne ordinatū de corū esse necesse est.

¶ Explicit prima huius opusculi particula. Incipit secunda primi ꝑncipalis que de generali exhortatiōe loquitur ⁊c. De partis ꝑsius distinctione. ca. primum.

PRincipali huius opusculi expedita: secūdaria hec pauca quedam epilogat: quedam supplet: vt noui christi discipuli: qualiter ad deum: ad se: ad ꝓximū: ⁊ ad res etiā quas aliquando vel tractare contingit se habeant. a Quibus differentiarum indicijs de sua conuersione discernant: qualiter deniqꝫ ipsi ad professionē recepti se gerere debeant: vel breuiter in aliquibus instruant.

¶ De ordinatione respectu dei. ca. ij.

ANte omnia cor suum per purā offensionem mundatū: dignū deo habitaculum preparent: illud excollant: illud ornent. Nihil ibi sordidum vel obscurum: nihil ibi vel ad horam residere: quod dilecti sui oculos offendere valeat paciantur. Temptationes ⁊ cogitationes malas: humiliter ⁊ pure confiteri non differant. Veretur hostis consilium suum ingerere non celanti. Prouidendum est eis: vt qui sunt summi ⁊ eterni regis militie annotati: secum omnino firment ⁊ statuant: se vsqꝫ in finem ei fideliter seruituros: nec vllis ab eo temptationibus: tribulationibus: vel angustijs deinceps recisuros. Iuraui ⁊ statui ait propheta custodire ⁊c. Religionem sanctam ad quam eos dominus sua miseratione vocauit: feruentissimo ac fidelissimo studeant amore diligere: ⁊ ei tanqꝫ speciosissime ac domini dilectissime sponse: fide inuiolabili adherere. Quecunqꝫ sibi siue prospera: siue aduersa aduenire contingerint: deū semper deuotis efferant laudibus: vt siue tepescant: siue cadant: siue aliam q̄ꝫcunqꝫ molestiam incurrant: sepe in eorum ore resonet laus diuina. Semper vel benedictus deus vel aue maria: vel aliquid qꝫ ad laudē dei pertineat dicant: ⁊ hoc in consuetudinem ducere studeant: nulla vnq̄ꝫ negligētia ommittendam. Quicquid speciositatis vel delectabilitatis in creaturis inuenerint: quicquid circa statum humane conditionis vel dispositionis acciderit: totum semper assumant in materiam laudis dei: ⁊ omnibus

que: occurrerit deuote studeant cogitare:
In ipso suarum operationum initio domi
num inuocare: ⁊ suam ad ipsum cogitatio
nem dirrigere assuescant. Instent orationi
feruenter que nouam in orto domini plan
tulam fouet prouehit: ⁊ confirmat. Discant
vna saltem diei vel noctis hora: tempus ⁊
ocium vendicare, quando ad reuersi men
teqȝ cubiculum introgressi: orent in abscon
dito patrem suum: quando in corde contri
to ⁊ humiliato vniuersorum domino fami
liariter astent. Mane autem astabat domi
no ꝑpheta: q: qui mane vigilauerit ad eū:
inueniet eum. Surripienda erit carni: ⁊ si
forte non semper: vel sepe somni requies
matutini: cum christus resurrexerit illa ho-
ra. Tunc est tempus allidendis ad petram
paruulis: mortificande carni: ⁊ recreando
spiritui opportunum. Tunc spirituales aui
cule dulcez deo in cordis organo exhibent
melodiam. Ad hoc ⁊ alie temporis ⁊ quie
tis opportunitates occurrunt: minime ne-
gligende. Post horas canonicas non stati
oratorium exeant: sed in oratione aliquantu
lum subsistentes: qualiter opus dei perege
rint cogitent: aut tepide vel feruenter. De-
fectus si quos ibi cōmiserint tūc emendēt:
gratieqȝ deuotionis se offerant infunden-
de: quam si dominus dederit non repellāt.
hoc autem in causa oratione obseruent: vt
q: orantes dicunt ex animo: semper dicant.
Non vocibus: sed rebus agitur apud de-
um. Porro qui ad orationem est negligēs:
sue nimix in gratitudinis ⁊ tepiditatis est te
stis. Frustra profectus virtutum sine amo
re speratur. Ad ea que ad cultum dei perti
nent magno corde ⁊ prompto corpore acci
gantur. Ad diuinuz officium audito signo
statim omnibus occupatiōibus ōmissis ac-
celerent. Si in lecto fuerint statim surgant:
nec vltimam aliquatenus pulsationem ex-
pectent. Oratione aliqua vtiliter preuenif.
officium. Qui sic ex studio preuenit: in be-
nedictionibus meretur dulcedinis. i. maio-
ris deuotionis ⁊ gratie: ad ipsius executio
nem officij preueniri. Ecclesiam intraturi
manus si necesse habuerint lauent. Vestez
in die maxime: religiose componant: ne ir-
reuerenter: aut indecenter introeant aulaȝ
dei. In ecclesia deo psalentes: creatorem su
um totis viribus cum debita reuerētia lau
dent. Officium suum in choro ⁊ extra non
perfunctorie quidem: aut summissis: vt di-
citur labijs: sed deuote semper ⁊ integre di
cere studeant: nec aliam ei occupationez ad
mittant. Cesset manus: oculorum euagatio
reprimatur: vt mens ab exterioruȝ cura pe
nitus libera: soli valeat deo vacare. Dies
vel hora que negligenter officiata transie-
rit: nequaqȝ vlterius poterat reuocari: ⁊ tē
poris sequentis officium suum nihilomi-
nus diligentiam ⁊ deuotionē requirit: nec
sibi gratuitis orationibus blandiatur: si cir
ca necessaria que primo loco habēde suntt:
desidiosi extiterint. Deniqȝ iuxta sancti ver
bum: pure semper ⁊ strenue laudis debēt
diuinis intendere. Pure quidem: vt dum
psalunt: nihil aliud cogitent qȝ qꝺ psallunt.
Strenue vero vt sicut reuerenter: ita ⁊ ala
criter deo assistant: non pigri non somno-
lentes: non ositantes: non parcentes voci-
bus: non precidentes verba dimidia: non ī
tegra transilientes: non fracte non remissis
vocibus. Muliebre quoddam balba dena
re sonantes: sed viriliter vt dignum est so-
nitu ⁊ affectu: species verbo depromant re
uerentie in officio: honesta corporis dispo
sitio: que mentis deuotionem non medio-
criter ꝓmouet: attestetur. In choro nō stent
in stallis suis molliter: aut quare fractis re
nibus resoluti. Quando post psalmum vel
hymnum sancte trinitati reuerentia exhibe
tur: humiliter ⁊ decenter inclinēt. Tūc eni
tardius surgere: segniter aut certe deformi
ter inclinare: vt quādo corpore quidē suffi
cienter demisso: vultu tamen indecēter exi

gitur: oculis curatiue circundantis: imperfecte quoqꝫ ad memoriam trinitatis: inclinationis venerationeꝫ exsoluere: quasi sit honoris differentia in personis: irreuerentie arguit ꝛ temporis. Extra chorum: stent ad officiuꝫ preterqꝫ ad lectiones ꝛ specialiter excepta: dumtaxat: irreuerentes ꝛ pigros se nouerint: si debitas deo laudes sedendo vel iacendo exsoluant: nisi necessitas euidens cogat. Si quando per viam officium dixerint: ꝛ si non vacat continue dum illud dicunt ab itineratione quiescere: ad collectam quidem precedentiuꝫ collectiuam quādo omnino tota est intentio in deo colligenda: in vno sistant loco: ꝛ si tempus exegerit ꝛ locus permiserit cum reuerentia genu flectant: vt in oratione cōmuni totum officiū venerentur. Dispositio corporalis honestat deuotionis affectum: ꝛ prouocat: ꝛ designat. Non frustra sanctus Martinus oculis ac manibus in celum semper intentus describitur. Internis motibus gestus exterior attestatur. Quamuis extra conuentum conuētualis in omnibus districtio non seruetur: in omnibus tam religiosi operibus: religionis debet vestigium relucere. Erint hinc ad opus dei corpus honeste disponere: ad collectam vel trinitatis memoriam vel modicum inclinare. Ordinem in prosequendo seruare: occupationem ꝛ interruptionē vitare. Ad missas postpositis omnibus: tanto maiori promptitudine ac deuotione ministret: quanto ibi familiarius deo seruit. Calicem ꝛ corporalia si tetigerint: reuerenter ꝛ mundissime tractent: manusqꝫ post tactum huiusmodi: ante qꝫ exponant communibus lauent. Corpus dominicum recepturi: ante vt decet amplioris confessionis: orationis ꝛ tam a cibis qꝫ verbis temperantie studio: acceptuꝫ deo satagant hospitium preparare. Infusam auteꝫ ob tanti reuerentiam hospitis gratiam: in gratiarum actione attēdant. Non minor est virtus qꝫ querere parta tueri.

¶ De disciplina respectu sui. ca. iiij.

Ceterum feruorem sanctum: ꝛ quandam debent magnanimitatem assūmere: vt ad virtutuꝫ exercitia strenui ac deuoti: opera bona frequenter super errogare cōtendant. Tunc enim vicia fideliter expectorata discedunt: si virtutibus cedant. Alioquin vel succedunt ad tempus eiecta: vel redeunt: nisi virtutes in locis viciorum que fuerint depulsa: successerint. Non multum proderit omnia reliquisse: nisi virtutū passibus tota christum virtute sequamur. Quid iuuat expeditum esse ad cursuꝫ: nec currere: exisse ad opus: ꝛ operis obliuisci. Non intrantibus vineaꝫ: sed operantibus merces datur. Et cum in vsu virtutum omnium perfecti esse non valent: in aliqua saltem se studeant specialiter exercere: ꝛ illam quanta possunt perfectione seruare. Feruorem nouitiorum non decent ille misericordes in seipsum discretiones: ꝛ discretionū dispensationes: facilesqꝫ indulgentie suo iudicio: nec tamen recusande sunt alieno. A seipso in seipsum rigida debet esse censura: ꝛ districta seueritas. Ad regenteꝫ vel consulentem: lenis ꝛ obediens in omnibus humilitas. Si alterum desit: vel in deside ꝛ tepido: non spero cursus perseuerantiam: vel in principio timeo ruinam. Sint occultatores virtutum sicut alij viciorum. Non tamen in principio ardua vel multa presumant: nec sine licentia: notabile aliquid pro: sus attemptent. Sed a minoribus virtutibus paulatim ad maiores conscendant. Hereditas ad qꝫ festinatur in principio: in nouissimo benedictione carebit. Cōmuneꝫ ordinis obseruationem sequātur: perfectioni cuius: in silentia ꝛ in alijs institutis plenius obtinende insistant: a qua nec extrahi leui-

num:vel negligentium aliquorum diſſolutio
ne. Optima religioſi perfectio:perfecte cō
munia:⁊ cōuentualia queq; ſeruare. Por
ro in religionem offendit:qui religiōis vio
lat inſtituta. Turpis omnis pars: vniuerſo
ſuo non congruens. Cauet vir honeſtus ⁊
conſtans:ne conſuetudinum ordinis teme-
rarius exiſtat. Alias in victu ⁊ moribus no
uitatis nota:⁊ ſingularitatis erit diuerſitas
fugienda. Ante omnia caueant ne pro inco
hato iaz bono ſubrepat ſuperbia:ne ſe alijs
conferant:⁊ aliquid eſſe putent. Perit om
ne qꝫ agitur niſi ſollicite ⁊ in humilitate cu
ſtodiatur. Exteriorem geſtuum diſciplinaz
non negligant. Diſciplina ceruicem ſubmit
tit:deponit ſupercilia componit vultum: li
gat oculos:cachinnos cohibet:moderat lin
guam:gulam frenat:irā ſedat:format inceſ
ſum. Sit igitur aſpectus verecundus ⁊ ſim
plex:riſus ſine cachino:vox ſine clamore: i
ceſſus ſine tumultu. Erecto vel diſcohoper
to paſſiz capite:manibus diſſolutis:vel ha
bitu non incedant. Sit eis grata quedā nō
ſcurilis:ſeu curioſa vrbanitas: quibus ſan
cta quedam ruſticitas bene ſedet:ſalua ſem
per modeſtia honeſtatis. Sint ad loquen-
dum tardi:⁊ in voce demiſſi. Et in congre
gatione aut ſeniorum preſentia:vix:niſi pre
ſenti neceſſitate:vel interrogati loquantur.
Non ſint diſputatores:nec facile ab audi-
tis:preſertim ſeniore pſente ſentētient. Stul
ti ſicut ſunt in ſenſu leues: ita et in verbo
precipites. Infra tempus probationis:cuz
extraneis:ſiue religioſi ſiue alij fuerint. abſ
q; licentia:⁊ dato ſibi ſocio non loquantur.
Religionis vitiū eſt lingue frenū. Si quis
putat ſe religioſum:non refrenans linguaz
ſuam:huiuſmodi vana eſt religio. Rē ali-
quā lꝫ puā:ſiue actu: ſiue aliō:occulte hoc.
Eſt ſine licentia recipere vel habere:quaſi
furtū abhoreāt. Supfluitatē in cibis: in ve
ſtibus:⁊ alijs q̇buſcūq;:ꝯſtanter deſpiciāt:
pauptatē ſemp ⁊ pcitatē quandā i oībus q̄
ad corpus ptinēt āplexantes. Viciose ꝯſue
tudini viriliter ⁊ feruēter reſiſtāt. nec eā ex
his pcipue q̄ gule ſapiunt vitiū: ſuccreſcer
patianꝰ. Extra cōem refectionem ad come
dendū:vel ad bibēdū:vix eos ipſa inflectat
neceſſitas. Sepe qꝫ neceſſitatis eſſe videꝰ
eſt vitij. Vltra duas vices in die puerorū
ſeu pecudū more comedere:potū extraor-
dinarie frequētare:religionis tēpantiam:⁊
decorem euidēter offendit. Que rogo reli
gio:q̄ pauptas:ſi mox vt exuris: mox vt ſi
tis:volito pares:facias apetitū:nec euz ſis
vſq; ad ſtatutam horā cōpeſcere. Si qn̄ tn̄
extra horā exactus neceſſitate q̇s bibit ſedē
do ⁊ ſocio pn̄te id faciat. Nō decet vt ſtā-
do vel ſine teſte bibas. Si plures fuerint
oēs dū bibiꝰ ſileant. ſtatiq; vt biberint ſur
gant cū aliqua laude dei. Rephēſibilis ad
modū cōfabulatio:vel mora ſupflua iuxta
potū. Nunq̄; ocio torpeāt:ſꝫ ſp aut orōni:
aut lectioni:aut officio addiſcēdo: aut alijs
nō q̄ ipſi elegerint:ſꝫ q̄ iniūcta fuerint faciē
dis itēdāt. Spūm tn̄ deuotiōis: exteriores
nō exhauriāt curas. Deuotꝰ frater nunq̄;
totꝰ cōmedat totus dormiat:aut totus exte
rioribus occupeꝰ:ſꝫ ſiue cōmedit:ſiue aliud
facit. ſanctū aliquid i aīo ſp voluat:vn̄ ſpūs
recreeꝰ. In ſomnuz quoq; iturus: ſp aliq̇d
ſecū i memoria defferat:i quo placide q̇dē
dormiat:qđ nōnūq̄; ēt iuuet ſōniare ⁊ eui
gilantē excipiēs. i ſtatū externe itētionis re
ſtituat. Lectū itraturus de diurnis offenſis
orōnē aliq̄; ſp faciat veniā petat pectꝰ pcu
ciat. cruciſq; munitꝰ ſignaculo:deo ſpm̄ hu
milr̄ cōmēdet. cui a ſōno ꝯſurgēs. cū aliquā
ta ſe denuo laude ꝯſignet. Qđ ſi forte ipm
luxurie pōpa ꝯcuſſerit. recordeꝰ dilectuz ſu
um poſitum ſuper lectum doloris. ⁊ vni-
uerſum ſtratum eius in carnis infirmitate.
hoc dicens in corde ſuo. dominus meus pē
det in patibulo. ⁊ ego voluptati operam
dabo. Sicq; inuocato nomine ſaluato-
ris. in geminando ſepe nomen ſalutis.

cessabit quassatio.

¶ De disciplina respectu proximi. ca. iiij.

Ad hec qualiter se habere ad proximum debeant Ugo docet. Superioribus inquit obedientiam: timorem: obsequium: a
& venerationem exhibere debemus: cum equalibus pacem & concordiam custodire: inuicem obsequio: benefitio: & honore preuenire. In omni actione & verbo superiorem eis locum tribuere: & si quādo fortassis in aliquo negotio eos preire cogamur cū omni humilitate & reuerentia que facienda sunt non precipere sed demōstrare. Et si eos precedere contigerit cum alacritate & deuotione quasi ex necessitate subiecti obedire. Inferioribus semper benefitium & auxilium impendere: venerationem non exigere: societatem atqz equalitaté semper amare. Maioribus ait Hyero. debemus per timorem subdi: equalibus per charitatem obsequi: minoribus per equalitaté coequari. Igitur deuoti fratres superiores suos reuereantur vt dominos diligant vt parentes. Qui presint in domino: sunt secundum apostolum habundātius in charitate habendi. Sane iuxta Ugonem: reuerentia sine amore magis seruilis ē: & amor sine reuerētia puerilis iudicari ōbet. Propter hoc docet sanctus Ber. vt transeūte maiore surgat minor: & det ei locum sedendi: nec presumat inquit minor presidere: nisi ei precipiat senior suus. Prior hic ponit conuersio vel gradus officij seniorem: qz qz & etas sit iuxta legem domini honoranda. Sic enim scriptum est. Coram cano capite consurge & honora personam senis. Discretio tamē caute pro loco & tempore ac sine reuerentie congrue detrimēto: venerationē modificat: habendus est modus in omnibus: nec vitiosam quidem superstitionē admittens nec superstitionis vitā de pretextu: humilitatis aut morum sanctionē euacuās. Obediētie se totos subijciāt. Sit homo interior totus deo. Sit exterior totus prelato. Quicquid superior vel eis prepositus instructor iniunxerit: quasi diuinitus imperatum statim vt veri obedientie filij deuote adimpleant: quicquid statuerint inuiolabiliter seruent: sciturique aliquid transgredi sacrilegium putent. Credant salutare quicquid ille preceperit. Perfecta obedientia est in incipiente maxime indiscreta hoc est non discernere quid vel quare precipiatur: sed tantum ad hoc niti: vt fideliter & humiliter fiat quo a maiore percipitur. Nouitium prudentem incipientem sapientem in cella diu posse consistere: in congregatione durare impossibile est. Stultus fiat vt sit sapiens. Secure per omnia obeditur vbi contra deum nil precipitur. Discāt volūtates proprias frangere: alienoqz iuditio & imperio ambulare. Nulla res ait sanctus Hiero. absqz magistro discitur. Ad illud inquit tendit oratio: vt tuo doceam te arbitrio non viuendi sed viuere debere in monasterio sub vnius disciplina patris: cōsortioqz multorum: vt ab alio discas humilitatem: ab alio patientiam. hic te silentium doceat: ille mansuetodinem: non facias qd vis: lassus ad stratum venias ambulansqz dormites: nec dum expleto somno surgere compellaris. Nihil absqz instructoris conscientia faciant: vel quoqz eant: cui ab alijs superioribus sibi demandata significent: in quibus sufficit ipse semper eius licentia sint contenti. Pro his que inferioris sunt non passim recurrere ad maiorem. Fratres omnes & se inuicem honore & obsequio preuenire & eorum defectum in offitijs humilioribus suplere ɔtēdāt. Seniores fratres versiculos dicere de lumine seruire librum ad offitium tenere: vel humilia huiusmodi in choro & extra quantum

in se fuerit facere non permittant. Omnibus se subijcientes propter deum. Non ꝙ sibi vtile putant: sed ꝙ alijs amplectantes: omnibus libenter obediant. Omnibus satisfaciant prout possunt. vt in omnibus quibus vtitur transitoria necessitas supereminеat que ꝑmanet caritas. Quicquid agũt fidelissime cum diligentia faciát: tanq̃ȝ deo non quasi hominibus seruientes. Non extiment alios fratres qui diutius in ordine laborauerunt: secum ex equo laboribus occupandos: presertim cum de se humiliter sencientes: pie debeant credere: ꝙ sancti viri plus deo placeant quiescentes: q̃ȝ ipsi quátulibet laborátes. Erubescát se nescire ꝙ i obsequijs religioso est sciendum. Que nesciunt statim exercitio magistrante adiscát. Sint precipue ad seruiendum cómunitati promptissimi. Si lumen in ecclesia: vel officinis: aut aqua in fratruȝ lauatorio desit: cõtinuo de his ⁊ similibus necessitati prouideant: Ad obsequium aduenientiuȝ fratrũ qui sicut angeli dei: imo sicut christus in eis veniens suscipiendi sunt: cuȝ omni deuotione festinét. Et q: fratribus ospitibus: q̃ȝ ꝙ religionis honestas: ⁊ consuetudo: requirit prius orandum est q̃ȝ fratribus socientur i pace: q̃ȝ cito ab oratione surrexerint: ad eorum deosculandas manus: maxime si fuerint sacerdotes deuote occurrant: ⁊ humiliter genu flectant. Nullum fratreȝ puro appellent nomine. Vel nisi patrie fuerit consuetudo tum etiam. Nulli prorsus q̃ȝ in eis est materiaȝ prestent molestie alicuius. Sȝ omnia que vtilia ⁊ necessaria extimant: bono caritatis ⁊ pacis postponant. Quid pace honestius. Quid vnitate iocundius: aut cómodius sociali. Quid caritate meli⁹ aut preciosius inuenitur. Gloriosissimum quidem ⁊ potissimum liberalis animi: ⁊ conscientie bone indicium: pacem proximi custodire. omnem q̃ȝ possibile est fraterni scandali occasionem vitare. verecundari si socium vel ꝑ subreptioneȝ offendas. Si qué aduersum se fratrem motuȝ vel leuiter senserint: quiescere nesciát quousq̃ȝ humili studuerunt satisfactione placare. Ad extraneos si quando procedunt in eorum verbis: i cessu: habitu: modestia fulgeat disciplie. Breuiter ⁊ caute loquanṫ. Caput decéter operiant. manus abscondant: mulieris omnis quálibet propinque osculum: ⁊ nude man⁹ contractum penitus vitent. Personis que in domo vel via fratrum se orationibus recomendant: statim post earum abscessum orationem faciant specialeé. Defunctis fratribus statim audito eorum transitu q̃ȝ ciciu possunt subueniant: ⁊ debitum salteȝ obsequium: nulla occasione postponant. Talia siquidé nõ absq̃ȝ pertimescende offense periculo negliguntur.

¶ De custodia rerum. ca. v.

r

Es quas tenét percipue libros munde teneant ⁊ honeste. A tactu libri nudam cohibeant manum que licet munda: q: tamé porosa ipsuȝ deturpat ⁊ inficit. Turpe est nudos paginarum marginibus imprimere digitos: vel ipsos aut certe laternam super libros legendo deducere. Sé per pánus si adsit digito subponatur. Alioquin ita caute tangant ⁊ leuiter: vt tangentes quasi tangere non videantur. Librum superflue non teneant apertum: vel incaute relinquát. Firmacula libro paululum stricto: sine violentia laxent ⁊ ponant. violentiam sonitus probat. Indignus est libro q̃ eum negligit custodire. Solent incurij quidem libros digitis. ⁊ vestes saltem in manicis munde seruandas. sordibus: ⁊ pulueri: vel rebus quas tractant pene indifferéter exponere ipsas vero extreme q̃ñ vilitati expositas: vix a sociorum cibis: vix ab altari: vix etiam ab ipsis calicis mapulis prohibere qui ex ipsis placere sordibus cupientes: custodire curá: curiositate condemnan

infamia:sueqȝ vicium incurie: virtutis spe
cie colore nitūtur. Grauia hec homini eru
dito: qui mundicia gaudet: honestatis pul-
chritudine delectatur.

¶ De diuersorum differentia conuerso-
rum. ca.vi.

Ccedit hic neophitorum con-
uersio differens intuenda. Sūt
a enim quidam tractabiles: deuo
ti: simplices: timorosi: qui nil si
bi christo carius extimantes: in
voluntarie enim proprias sacrificant volū
tates prompti ad nutum nutui cicius obe-
dire: ad dificilia quilibet ꝓpter ipsum equa
nimiter preferenda pati. Suiqȝ integritate
solliciti: cor suum per puram confessionē:
⁊ assiduam orationem mundare non negli
gunt. Sunt in exteriori conuersatione disci
plinati ⁊ humiles: student se omnibus offi-
ciosos ⁊ amabiles exhibere. Siquidē stu-
dere propter deum amari: caritati seruire
est. Hij sunt veri altissimi filij: fideles san-
cte religionis propagines: fratrum leticia:
consotiorum solatium: sui gloria instructo
ris. Nam gloria patris est filius sapiens.
Sunt ⁊ alij dure ceruicis: discipline man-
suete: nescientes. tepidi: curiosi. superbi: qui
q̄ȝ suauis est dominus non gustantes secu-
lari dumtaxat deposito habitu non affectu
adhuc in moribus: in verbis: in gestibus ⁊
propriarum pertinacia voluntatum: seculo
fidem seruant: vt monstro mirabilius: sub
religiosa veste hominē videas secularem.

Hi sunt diffidentie filij: adulterina planta-
tio: fructus inutiles ⁊ acerbi: sociorū onus
⁊ scandalum: sui afflictio ⁊ confusio instru-
ctoris. Juxta illud. Jra patris: filius stultus
⁊ confusio: patris deo filio indisciplinato.
Ponenda sunt vel pauca: teporis: curiosi-
tatis: ⁊ superbie: predictorum indicia vt co
gnita vitentur. Cautior in bonis ambulas:
si ⁊ mala non lateant. Tepidus in conuer-
satione: ociosa verba ⁊ vanas cogitatiōes
noxias esse non conspicit. Vitatis grandi-
bus: reliqua omnia vix reputat imputan-
da. Hebetati cordis ad cōscientiaȝ de offen
sis: vt timoris filialis ignarus: timoratos ⁊
ꝯscientie puritatem amantes: fatuos ac su-
persticiosos sententiat. Qȯ si a tepore men
tis euigilauerit: ea que leuia existimabat:
quasi abhorrenda atqȝ atrocia pertimescit.
Vacuus gratia tepidus quod est gratie seu
minus necessarie tentionis: quod discipli-
ne: quod morum: quod virtutis perfectio-
nem consulat negligens: id difficile vel cer
te superfluum arbitratur. Egre doctrinam
ac talia patitur: doctorem nimis perfectuȝ:
yronica irrisione pronūcians. Nempe stul
tus patris sui disciplinam irridet: vt pateat
ꝙ iuxta sapientem compedes in pedibus
stulto doctrina. Animalis homo non per-
cipit ea que sunt spiritus dei. Tepidus: in
conuersatione remissus: mores ⁊ doctoris
monita negligit: ea q̄ dei sunt languide ope
ratur: siquidem inchoat bonum: vix perfi
cit: tarde ad diuinum ⁊ conuentualia que-
qȝ occurrit: ocio gaudet: labore vel modi-
co leditur: ⁊ facile se infirmum vel admo-
dum fatigatum pretendit. Sed ⁊ amore pri
uato se diligens: que carnis sunt sapit: ⁊ ꝓ
sequitur ex affectu. Aliorum quoqȝ defe-

citibus non virtutibus herens: ſi quid minus vel negligenter actum inſpexerit: id in exemplum ad ſue velamen tepiditatis aſſumit. Ficta enim ⁊ indeuota confeſſio: rara ⁊ breuis compunctio. Inſipida ⁊ ſine intentione oratio. Incircumſpecta ⁊ ſine edificatione locutio. Obedientie moroſa: ⁊ ſine deuotionis affectu vix aliqualis impletio. Multos deniqꝫ remiſſa conuerſio in priſtinos errores reducit ac viuendi tempore reſoluit: vt nonnunqꝫ ex ore domini euomantur. Curioſus non curanda curat: neceſſaria negligit: ⁊ ſui oblitus aliena conſiderat: nota explorat: Si quod ſonuerit verbum: anellat ſollicitus ad ſciendum: ⁊ honeſtate poſtpoſita: id ab inuitis celare forte volentibus inuereconde requirit. Locis ſibi nō conceſſis congregationi ⁊ collocutionibus fratrum ſe ingerit non vocatus. Cum eum abeſſe putaueris: adeſt impudens lateri: vt nec ſecretum valeas occultare ſermonem. Obſeruat angulos: vagis circunſpicit oculis. heret ad ſingula que occurrunt. Communes obſidet tranſitus: ſuperuenientium ⁊ forenſium gaudet occurſu. Rumoribus ⁊ ſecularibus verbis audiendis: ⁊ referendis incidit. Res ſibi non deputatas curioſe reuoluere: litteras etiam alienas ſi caſu apertas inueniat reſpicere non veretur: quas tamen licet apertas vbilibet inuentas: vix aliquis niſi ſuperior licite reſpicit. vel alijs inſpiciendas exponit. Rerum quoqꝫ vel apparatus cura ſuperflua curioſitas vitium clamat. Signa ſuperbie proſper enumerans: illos inquit dolendos oſtendo: quos iam conuerſos ſuperbia: occulte captiuat: Hi ait ſeniorum ſuorum non obſeruant imperata: ſed iudicant. De ſuis negligentijs obiurgati aut rebellant inſolenter aut murmurant. Simplicitatem ſpiritualium fratrum irridenter exagitant. Preferri ēt melioribus īpudēter affectāt. Obſequia delata faſtidiunt. Negata pertinaciter querunt. Natales moribus anteponunt. Juniores ſuos elati deſpiciunt. Cōferri ſibi aliquos poſſe non credunt. Non ſeruant in obſequio reuerentiam. Habent in intentione pertinaciam. In corde duriciam. In ſermocinatione iactanciam. Sūnt in humilitate falaces. In iocatione mordaces: ſubiectioni impacientes: temerarij in audendo: clamoſi in loquendo. Faſtidioſi in audiendo: preſumptuoſi in docendo: effrenati deformiter in cachinno. hec ſunt inquit ſuperbie craſſantis indicia. Superbus deniqꝫ ad omnes proprie voluntatis ſe accomodat: nec ſe alijs: ſed alios ſibi applicare contendit. Facile ſibi fieri contumeliam iudicat: ad quam irrogandam eſt validus: ad tolerandam infirmus. Et grande aliquid eſſe putans deferre ſocijs dedignatur: legibus ſubdi communibus: ⁊ culpam cognoſcere propriam erubeſcit. Et licet iuxta ordinis mores ſe regere neſciat: in ſuis tamen oculis ſapiens ⁊ perfectus: ad aliorum inſtructionem ſe preſertim opinioni contrariam ſtomachatur: reprehenſus offenditur: nunc cauſam vt inſufficientem: vel friuolam: nunc monitoris modum calumnians: vt ſi perſuadere aliquid velis: modus artem: ⁊ monitio ſtudium exigat: quo allegationum obſitus ſpinis ericinis: vel irrefragabilis ratione: vel auctoritate non dubia capiatur. Fit igiť ad obtemperandum difficilis: ⁊ ad correctionē īpaciēs adeo īterdū vt ſe diſcipulū abnuēs. ipm ēt

sibi deputatum refugiat instructorem. Hec omnia serui dei quasi pestem mortiferam detestantes: perfecte ad dominum conuertantur iuxta illud. Perfectus eris ⁊ absq3 macula cum domino deo tuo. Ve duplici corde: ⁊ peccatori terram ingredienti duabus vijs. Si quis vero sufficienter expectatus ⁊ monitus: mores corrigere: ac religionis formam induere negligit: presertim si rebellis ⁊ contentiosus extiterit: non est in pficientium numero aggregandus. Infidelis si discedit: discedat: ne vna ouis morbida contagione pestifera: totum gregem cōtaminet. Peruersus ⁊ insolens: in onus: ⁊ religionis dissolutionem admittitur.

De nouiter progressis. ca. vij.

Ad professionem admissis: sit q3 maxime cura ne defluant.
a Perfecti quiq3: magna se subtilitatis discretione conspiciunt: ne ad deteriora nūq3: vel i opere vel in cogitatione dilabantur. Si curare parua negligimus insensibiliter seducti: audaciter etiam maiora perpetramus. Susceptam etiam examinis disciplinam prudēs non abijcit: immo nec suum quasi iam sibi sufficiens: cōtinuo deserit instructorē. Eget rectore nouicius: eget nouo directore professus. Vanus ⁊ fictus vt instructoris curā euaserit: insolescit: assumit et cornua: fit presumptuosus ⁊ audax: ⁊ quasi vacca lasciuiens: a prima formatione declinat. Cessat oratio: tepet deuotio. Confessio peccatorum negligitur: vt putes eum aut sui oblitū: aut non habere peccatum. Facit quidem dilata confessio: vt negligens mundus appareat: non existat. Dum culpas absorbet: obliuio non absoluit. Multiplicantur: dum nō curantur offense. Multiplicate: ne discernantur ⁊ corrigantur impediunt. Multitudo peccatorum impedit ne videantur. Unde piger tunc est maxime vitiosus: cum vicia non agnoscit. Sic filia fatua in deminoratione erit. Iustorum autem semita. quasi lux splendens procedit ⁊ crescit vsq3 ad pfectam diem. Professi ergo profiteantur profectui: perfectioni prescribāt. Dabit ad hoc: humilitatis: ⁊ paupertatis perseuerās constantiam: affectuum: ⁊ curarum abiectio terrenarum: exercitatio caritatis: ⁊ quo cōplectitur cōsiderationis attentio. Sūma religiosi virtus humilitas: que ipsum creat: reficit: ⁊ conseruat. virtutum siquidem quoddam bonum ac stabile fundamentum humilitas. Nempe si nutet illa: virtutum aggregatio non nisi ruina est. Et quoniam ad humilitatem humiliatio via est: non erubescant humilia: nec humilitatis officia facile respuant: vel imposita recomēdent. omnis ab eis presumptiōis audacia proscribatur. Primioribus in ordine fratribus deferāt. Iuniores ⁊ nouitios se reputent. Ad exteriora vel honoris alicui9 officia prouehi nō affectent. Multos propera nimis promotiora virtutum iam incipiente profectum: pvicium elationis eijcit. Qui mundum deserunt ait sanctus ad exteriora officia prouehi non debent nisi per humilitatem diutius in eiusdem mundi contemptum solidentur. Et q: nouorum ⁊ iuniorum tenptatio solet etiam facile superbire: nescire modum humilitatis seruare: ⁊ si forte in aliquo presint: officij metas excedere: ac de minimis grandia iactitare attēdant sibi super his vigilanter. Non potest intimo conscientie testimonio gloriari veraciter: nisi qui extrinsecas glorias perfecte respuerit. Paupertas in omnibus placeat: nec iterum siue i libris: siue i alijs rerum se velit sarcinulis onustare. Perfecta rerum abiectio a cura expedit mentem: ab infectione affectum. Nemo in christi expeditione liberior: nihil habente. Si aliquibus egent studeant parcitati. Super omnes diuitias: diuitem facit paupertas. hec quoq3 in victu ⁊ in his que carnis sunt maxime amplectenda. Non ē euā

gelici pauperis gaudere ſuperfluis luxibꝰ
indulgere. Et ꝙ nec diuites ſemper poſſūt
velle in omnibus habundare: nec penuriā
ſcire pati: Familiaritates ſuperfluas fugi-
ant. Eſto ait quidam cūctis benignus: ne-
mini blandus: paucis familiaris: omnibus
equus. Et ſanctus Ber. Tria inquit reli-
gioſuꝫ quēlibet decēt: pauca loqui: paucos
habere familiares: ⁊ multū oꝛare. vbi mul
ti familiares: ibi multiloques ⁊ ſibili ſin-
gulares. Si familiareꝫ admittis ſi quem
etas: moꝛes: diſcretio: ⁊ honeſtas inſignia
eſſe cōmendat. Familiaritas ſi fuerit oꝛdi-
nata nō erit: blanda: impꝛoba: puerilis. Eſt
modeſta quedam in ſancta familiaritate ſe
ueritas: eſt ⁊ iuſtitie rectitudo: vt nullatenꝰ
vicium foueatur: nec pꝛo amico ꝓximo of
fendatur. Noli ait ſapiens pꝛo amico ini-
micus fieri pꝛoximo. Seculariuꝫ deniqꝫ fa
miliaritas indiſcreta: religioſi quietē multi
pliciter inquietat. Nullius gratiā munuſ-
cul is cōparent. Si quid foꝛte alicui velca
ſu exacti neceſſaria pꝛoꝛſus religionis lege:
licentia pꝛeobtenta obtulerint: honeſtas rei
⁊ vilitas pꝛecij: religioſoꝛum ⁊ pauperum
enſenium eſſe pꝛobent. Non frequentent
ꝓpinquos: nec exterioꝛibus ſe implicēt cu
ris: ſed ſalutis pꝛopꝛie memoꝛes agēde po
tius penitentie vacent. Non cadat a mente
pꝛofeſſio. Semper ad quid venerint cogi
tēt. Pēſent ꝙ de quibuſdā ſanctꝰ ait Gꝛe.
Sepe inquit nōnulli aperte pꝛauitatis vias
deſerunt: ſanctis habitū ſumūt: moxqꝫ vt
pꝛima limina bene viuendi cōtigerint obli
ti qui fuerint: affligi iam per penitentiam
de conſumatis nequitijs nolunt. Laudari
autē de inchoata iuſtitia appetūt: pꝛeeſſe ēt
ceteris melioꝛibus cōcupiſcūt. Et poſt pau
ca. In rebus ait multiplicibꝰ occupati: atqꝫ
ipſa occupatione confuſi non ſolū perpe-
trata minime deploꝛant: ſed ⁊ adhuc que
deploꝛantur exagerant ſm apoſtolū. Ne-
mo militans deo: ſecularibus ſe negotijs
implicat: vt ei placeat cui ſe pꝛobauit. Et de
ſancto legitur: ꝙ quanto ſe ab humanis cu
ris ⁊ coloquijs ſequeſtrabant tanto illi vi
cinioꝛ ⁊ pꝛopinquioꝛ deus erat. Vitanda
maxime colloquia mulierum. Non poteſt
toto coꝛde habitare cum domino qui mu-
lieruꝫ acceſſibus copulatur. Charitatis ob
ſequia libenter impendant. Charitas ſem
per reddita: ſemper detinet debitoꝛeꝫ. Hec
aūt quomodo negetur amicis: que debet
inimicis. Poſtq̄ꝫ vel oꝛationi vacauerint:
vel ad ſtudiū pꝛo tempoꝛe ſederint: ad ſer-
uiendm fratribus ſurgāt. Et ſi neceſſe fue
rit nunc hūc: nunc illū. Diſtricte tamē ꝓut
opoꝛtuerit iuuēt: vt ſm apl'i eā doctrinam:
⁊ vitam manibus ſuis laboꝛantes ꝙ bonū
eſt alioꝛum fratrum etiā coꝛpoꝛaliter ſi fieri
poteſt participantes laboꝛibus in charita-
tis ſemper exercitentur operibus: vt cibū
coꝛpoꝛis non abſqꝫ laboꝛe comedant coꝛ-
poꝛali: vt hec ſancta cōſuetudo ipſos in hu
militate cuſtodiat in fraterna dilectione ⁊
in omni perfectione confirmet. Qui com
munibus inſtāt: ſuiſqꝫ obſequijs alios poꝛ
tant: ſunt coꝛpoꝛali ſimul ⁊ ſpirituali ſuf-
fragio ſuppoꝛtandi merito ſinguli pꝛo his
qui pꝛo cōmunitate laboꝛant. In ſpiritua-
libus quoqꝫ bonis marta participet ⁊ ma-
ria que vtiqꝫ ſunt ſoꝛoꝛes: ⁊ equa ſit pars
deſcendentis ad pꝛeliū ⁊ remanētis ad ſar
cinas: ⁊ ſimiliter diuidant. Qui nobis coꝛ
poꝛaliter obſequūtur iuſte partem in no-
ſtris ſpiritualibus aſſequūtur. Rurſum
cōitatis operibus familiaria nemo pꝛe-
ponat. Charitas de qua ſcriptum eſt non
querit que ſua ſunt: ſic intelligitur: q: com-
munia pꝛopꝛijs: non pꝛopꝛia cōmunibꝰ an
teponit. Cōſiderationi deniqꝫ ante omnia
⁊ in omnibus vigilandum: que finem ⁊ di
rectionem attendit. Finis ad quem noſtra
tendit pꝛofeſſio regnuꝫ dei: vel potius ipſe
deus: ⁊ directio ſeu via qua tenditur: men
tis eſt puritas ad ipſum pꝛincipaliter dire-
ctiua. Herendum iugiter his duobus. Ne
ceſſe eſt enim mentem quo recurrat: cuiqꝫ

principaliter inhereat non habentem per singulas horas atq3 momenta pro incursu um varietate mutari atq3 ex his que extrinsecus accidunt: in illum statum continuo transformari qui primus occurerit. Hinc est q nonnullos pro christi amore maxima contemnentes: pristinum tamen affectum in minimis retentantes. Post hac vidēmus pro grafio: pro acu: pro calamo cōmoueri. Irascuntur mobiliter et inflantur: veluti qui non habeant apostolicam charitatem. Qd si contemplationem mundi cordis fixam tenerent: nunq3 vtiq3 pro paruis rebus admitterent: q ne pro magnis atq3 preciosis incurrerent operibus: eadē penitus abicere maluerunt. Unde liquet perfectionem non statim facultatum seu dignitatum abiectiōe contingi: nisi fuerit charitas illa cuius apostolus membra describit: que in sola cordis puritate cōsistit. Nā quid est non emulari: non inflari: non irritari: et reliqua nisi cor perfectum atq3 mūdissimum deo offerre: et intactum a cunctis perturbationibus custodire. Quicqd ergo nos ad hanc puritatem potest dirigere tota virtute sectandum est. Quicquid autem ab hac retrahere quāuis necessarium et vtile videatur: et pernitiosum et noxium deuitandum. Sine via tendentibus labor est itineris non profectus. Operantur et seruant q3 maxime puritatem: perfecta humilitas: et mentis expeditio a terrenis. Erit deniq3 vt purus animus: pura deum oratione frequentet: frequentando gustet: gustando probet q3 suauis est deus. Erit deniq3 vt diuino iebriatus amore: totam in deum considerationem inflectat: toto in ipsum desiderio pergat: nil ei sit dulcius: nil iocundius in hac vita: q3 vacare et videre quoniam ipse est deus: quod est in partibus considerationis potissimum. Affecta sic anima comprehendit: amplectitur stringit: et tenet dicens. Tenui eum nec dimittam. Puritas itaq3 via est regia: per quam ad sponsi amplexus: per quam tandem ad patriam peruenitur. Per hanc veri israelite de virtute in virtutem: donec videant deum deorū in syon: desideri gressu indeclinabili gradiantur: christum super omnia diligant: nihil eius amori preponāt inuia: quoniā habitari sunt mercedē in patria. Et nunc ego qui licet admodum imperfectus et rudis: per obedientiam tamē: erudiendis simplicibus: aliqua hic cōgessi documenta: pulchrum depingens hominem pictor fedus: eos suplex per dominum obsecro: vt me sibi et si minus proficuum: tñ beniuolum attendentes: in orationibus suis mei meminerint peccatoris: quatenus orationibus eis: morum veniam criminum assecutus: impotentias domini vna cum eis merear introire: ipso misericordiarum domino id prestante: cui est honor et gloria in secula seculorum. Amen.

¶ Incipit libellus pulcher et valde vtilis: sancti Bonauēture cardinalis: ac doctoris eximij: ordinis minorum: qui vocatur Itinerarium in seipsum.

Ecce descripsi tibi tripliciter. Prouer. xxij. Quom omnis sciētia gerat trinitatis insigne maxime illa que docetur in sacra scriptura debet representare vestigium trinitatis propter quod dicit sapiens se eam tripliciter descripsisse propter ipsius triplicem intellectum spiritua-

lem.s. moralem:allegoricum:ꝛ anagogicū. Hic autem intellectus respondit triplici actui yerarchico.s.purgationi:illuminationi ꝛ perfectioni. Purgatio autem ad pacem:illuminatio ad veritatē:perfectio ad charitatem. Quibus perfecte adeptis anima beatificatur:ꝛ secundū ꝙ circa h̄ versatur suscipit meriti incrementum. Sciendum est igitur ꝙ triplex est modus exercendi se circa hanc triplicem viam scilicet meditando:orando:ꝛ contemplando. In horum igitur trium cognitione pendet tota sacre scripture sententia:ꝛ meritum vite eterne. Nunc igitur primum meditationis formam breuiter libet inspicere. Sciendum est igitur ꝙ tria intra nos sunt secundum quorum vsum in hac triplici via exercemur:scilicet stimulus conscientie: radius intelligentie:igniculus sapientie. Si vis ergo purgari verte te ad stimulum conscientie. Si vis illuminari ad radium intelligentie. Si perfici ad igniculum sapientie: secū dum consilium beati Dionisij in epistola ad Thimoteum vbi hortatur eum dicens. Verte te ad radium. Ad stimulum autem conscientie debet homo exercere se ipsum hoc modo scilicet ꝙ primo seipsum exasperet. Secundo exacuat. Tertio dirigat. Nam exasperandus est animus in recordatione peccati. Exacuendus in circōspectione sui. Retificandus vel dirigendus in consideratione boni. Peccati autem recogitatio debet esse per hunc modum vt seipsum arguat animus de multiplici negligentia:concupiscentia:ꝛ nequitia. Fere omnia peccata ꝛ mala nostra siue contracta siue acta reduci possunt ad hec tria. ¶ Circa negligentiam autem attendendum est ꝙ primo debet quis recogitare si in se fuerit negligentia cordis custodiendi:temporis expendendi:finis intendendi. Hec enim tria cum summa diligentia obseruanda sunt:scilicet ꝙ cor bene custodiatur:tempus vtiliter expendatur:ꝛ finis debitus in omni opere prefigatur. ¶ Secundo debet recogitare si fuit negligentia in oratione:in lectione ꝛ boni operis exequutiōe. Quoniam in his tribus debet diligentissime se exercere:qui vuult fructum bonum dare in opere suo:ita ꝙ vnum horum non sufficit sine alio. ¶ Tertio debet cogitare si fuerit negligens ad penitendū resistendum:proficiendum. Debet enim vnusquisq̧ cum summa diligentia deflere mala commissa repellere diabolica :tentamenta:ꝛ proficere de vna virtute in aliam vt sic possit peruenire ad terram promissam. Circa concupiscentiam debet recogitare quis si in se viuat: vel dixit concupiscentia: voluptatis: vanitatis: curiositatis: que sunt radices omnis mali. ¶ Primo recogitanda est concupiscentia voluptatis que tunc viuit in homine si in ipso est appetitus dulcium:mollium:carnalium: hoc est si querat cibaria saporosa: vestiméta delitiosa:oblectamenta luxuriose:que omnia non solum reprehensibile est appetere cū consensu:sed etiam in primo motu debent fugere. ¶ Secundo est recogitanda concupiscentia vnitatis:que tunc viuit vel vixit in hominem quom in eo fuerit appetitus fauoris:laudis:honoris:que omnia vana sunt ꝛ reddunt hominem vanum. ꝛ ita fugienda sunt sicut concupiscentia mulierū. ¶ Trrtio recogitanda est concupiscentia curiositatis:si viuit vel vixit in homine: hec autem reprehenditur cum quis appetit scire occulta: videre pulchra: habere chara. In omnibus enim his est vitium auaritie:ꝛ curiositatis multū reprehensibile. ¶ Circa nequitiam autem debet recogitare quis si in se vigeat vel viguerit: aut iracundia: aut inuidia:vel accidia: que omnia faciūt hoiē nequā. ¶ Prio recogitāda ē negtia iracūdie q̄ ꝯsistit ī aio in signo:in vbo. ¶ Secūdo recogitāda ē

neqtia inuidie q̃ in aliena ꝓspitate tabescit.
in aliena aduersitate illarescit. in aliena mẽ
dicitate refrigescit. ¶ Tertio recogitanda
est nequitia accidie ex qua oriuntur : Su-
spitiones male: cogitationes: blasphemie:
detractiones maligne. Omnis autem ta-
lis malitia admodum detestanda est. Ex
hac trifaria recordatione sic triplicata de-
bet exasperari stimulus conscientie ⁊ ama
ricari anima in corde vel in affectu. In fa-
cie vel in affectu: in clamore vel in effectu.
Iso qualiter exasperari debet
stimulus conscientie in recor-
v datione peccati. videndum est
qualiter exacuendus sit in circõ
spectione sui. Tria autem de-
bet homo circa se considerare. s. diez mor-
tis imminentem: sanguinem crucis recen-
tem: faciem iudicis presentem. In his autẽ
tribus accuitur stimulus conscientie contra
omne malum. ¶ Primo enim accuit duz
considerat diem mortis quoniam est inter
minabilis: ineuitabilis: irreuocabilis. que
qui diligenter considerat diligentissime la
borabit: vt quom tẽpus habet purgetur
ab omni negligentia: concupiscentia: ⁊ ne-
quitia. Quis enim remanebit in culpa q
certus non est de die crastina. ¶ Secundo
accuitur dum considerat sanguinem chri-
sti effusum pro humano corde excitando:
abluendo: mollificando: pro humana mor-
te viuificanda: immunditia abluenda: aridi
tate secundãda. Quis igitur taz hebes erit
vt permittat in se dñari vitium vel culpaz
negligentie: concupiscẽtie vel nequitie: qui
cogitat se perfusum illo precioso sanguine.
¶ Tertio accuitur dum cogitat vel consi-
derat faciem iudicis quoniam est infallibi
lis: infugibilis : inflexibilis. Nullus enim
fallere potest sapientiam: flectere iustitiam
fugere vindictam: dum: ergo nullum bo-
num irremuneratum: nullum malum im-
punitum sit : quis est qui non accusatus
sit contra omne malum si h̃ considerat.

Ost h̃ considerandum ẽ quõ
⁊ qualiter stimulus conscientie
p sit retificandus in consideratio
ne boni. Tria autem sunt bona
ꝑmeditãda in quoꝶ acq̃sitiõe
retificatur stimulus cõscientie. s. strenuitas
cõtra negligẽtiã: seueritas contra ꝯcupiscẽ
tiã: benignitas contra nequitiam. In his ãt
tribus habet̃ bona ⁊ recta conscientia. Et
h̃ est qd̃ dicit Micheas propheta. Iudica
tibi homo quid sit bonum: aut quid domi
nus requirat a te: vtiqꝫ facere iudicium ⁊
diligere misericordiã: ⁊ solicitum ambula-
re cum deo tuo ⁊c̃. vbi tangũt ista tria. Si
militer ⁊ dominus hic eadẽ in Luca. Sint
lumbi vestri precincti: ⁊ lucerne ardentes
in manibus vestris ⁊c̃. ¶ Primo igitur
inchoandum est a strennitate: que viã pre
bet alijs. Liceat eam sic describere. Stre-
nuitas est quidam vigor animi excutiens
omnem negligentiam ⁊ habilitans animã
ad faciendum opera diuina: ⁊ h̃ vigilãter:
confidenter: fleganter. Hec est que prebet
viam ad omnia bona sequentia. Deinde
sequitur seueritas: que est quidaz rigor mẽ
tis restringens omnem concupiscentiaz: ⁊
habilitãs animam ad amorem pauperta-
tis: asperitatis: ⁊ vilitatis. ¶ Tertio sequi
tur benignitas que est quidam dulcor ani-
mi: excludens omnem nequitiam ⁊ habili-
tans ipsam animam ad beniuolentiam: tol
lerantiam: ⁊ internam letitiam: ⁊ hic ẽ ter-
minus purgationis secundum viam me-
ditationis. Nam omnis conscientia mon-
da leta est ⁊ iocunda. Qui vult ergo pur
gari vertat se modo predicto ad stimulum
conscientie. In predicta tamen exercitatio
ne a quolibet premissorum potest inchoa-
ri nostra meditatio. Transeundum est au-
tem de vno in aliud: ⁊ tã diu immorandũ
donec tranquillitas ⁊ serenitas percipiat̃.
Ex qua oritur spiritualis iocunditas : qua
adepta prõptus est animus: vt sursuz ten-
dat. Incipit ergo in via a stimulo ꝯsciẽtie:

⁊ terminatur ad effectum spiritualis leti-
tie: ⁊ exercitatur in dolore: sed consumatur
in amore.

Ecundo loco post viam purga
tiuam: sequitur illuminatiua in
qua debet homo exercere ad
radium intelligentie hoc ordi-
ne. Nam iste radius primo est
protendendus ad mala dimissa. ¶ Secun
do diffundēdus ad bona cōmissa. ¶ Ter
tio inferendus ad premia promissa. Protē
dit autem radius intelligentie dum solicite
pensantur mala que dominus indulsit: que
tot sunt quot sunt mala que cōmisimus Et
tam magna quantis malis eramus astricti:
⁊ quantis bonis digni priuari: ⁊ hoc medi
tando satis patet ex precedenti: nec soluz hoc
attendendum est: sed etiam consideranduz
in quantis malis incidissemus si dominus
permisisset: ⁊ hoc quom diligenter pensan
tur per radium intelligentie nostre tenebre
illuminantur: ⁊ talis illuminatio debet esse
coniuncta gratitudini affectionis. Aliogn
non est illuminatio. Alia vero est illumina
tio celestis: ad cuius splendorem sequi vi-
demus calorem: vnde hoc gratie agende sunt
pro dimissione malorum commissorum ⁊
possibilium cōmitti necessitate infirmitatis
⁊ voluntatis peruersitate. ¶ Secundo vi
dendum est qualiter iste radius intelligen-
tie sit dilatandus in consideratione benefi
tiorum commissorum que quidem sunt in
triplici genere. Quedam enim sunt spectā
da ad complementum vere. Quedaz ad
adiutoriū gratie. Quedam ad donum su-
perhabundantie. Ad complementum au-
tem nature spectant que dedit ex parte cor
poris. s. membrorum integritatem: comple
xionis sanitatem: sexus nobilitatez. Ex par
te sensus dedit: auditum acutum: sermonē
directum: visum perspicuum. Ex parte ani
me dedit ingenium clarum: iudiciuz rectū
animum bonum. Ad adiutoriuz gratie spe
ctant que dedit primo. s. gratiam baptisma
lem qua deleuit culpam: restituit innocen-
tiam: contulit iustitiam: que dignum facit
vita eterna. ¶ Secundo quia dedit gratiā
spiritualem quantum ad animi voluntatez
Temporis oportunitatem: religionis subli
mitatem. ¶ Tertio quia dedit gratiam sa
cerdotalem per quam te fecit dispensatorē
doctrine: dispensatorem indulgentie: dispē
satorem eucaristie. In quibus omnibus se
cundum plus ⁊ minus dispensantur ver-
ba vite. Ad donum autem superhabundā
tie spectat quod dedit primo totum vniuer
sum. s. inferiora ad seruitium: paria ad me-
ritum: superiora ad patrocinium. ¶ Secū
do quia dedit filium suuz in fratrem ⁊ ami
cum: ⁊ in precium ⁊ in premium: primum
in incarnatione: secundum in passione: ter
tium in consecratione. ¶ Tertio ꝙ dedit
spiritumsanctum. In signaculum accepta-
tionis. In priuilegium adoptionis. In anu
lum desponsationis. Fecit enim animam
christianam suam amicam: suam sponsam:
suam filiam. Hec omnia mira sunt ⁊ inexti
mabilia: ⁊ in talium meditatione admodū
anima debet esse deo grata. ¶ Ultimo
circa viam illuminantem videndum est
qualiter iste radius intelligentie per me-
ditationem sic reflectendus: vt ad fontem
omnis boni reflectatur vel reuertatur co-
gitando premia promissa. Consideranduz
est ergo sollicite ⁊ frequenter pensandum
est ꝙ deus qui non mentitur credentibus
⁊ diligentibus se promisit. Amotionem
omnium malorum: assequtionem omni-
um bonorum: impletionem omnium de-
sideriorum. Et hoc in se qui est finis omni
um bonorum ⁊ fons: quod est tantum
bonum ꝙ excedit omnem petitionem de
siderium ⁊ extimationem. Et nos dignos
reputat tanto bono: si diligimus ⁊ appe-
timus ipsum super omnia ⁊ propter se. Et
ideo cum omni desiderio ⁊ affectu ⁊ be-

niuolentia debemus in ipsum intẽdere.

p Ostremo sequitur qualiter debemus exercere nos ad igniculum sapientie. ħ autem faciendum est ħ ordine: quia iste igniculus primo est congregandus secundo est inflamandus. tertio est subleuandus. Congregatur autem per reductionem affectionis ab omni amore creature: a cuius quidem amore debet affectus reuocari: quia amor creature non proficit: ⁊ si proficit non reficit: ⁊ si reficit non sufficit: ⁊ ideo omnis talis amor ab eiusdem affectu debet elongari. ¶ Secundo inflammandus est ⁊ hoc in conuersione affectionis super amore sponsi. Et hoc fit vel comparando ipsum amorem ad seipsum vel ad affectum superiorum ciuium: vel ad ipsum sponsum. Tunc autem ħ facit quando attendit ꝙ per amorem eius suppleri potest omnis indigentia quom habentur in eo omnis boni habundantia. Est enim in his bonis omnis boni habundantia: ⁊ breuiter ipsius summe desiderabilis presentia. Hec enim sunt que affectum inflammant. ¶ Tertio subleuandus est iste igniculus ⁊ ħ supra omne sensibile: imaginabile ⁊ intelligibile ħ ordine: vt homo immediate de ipso que optat perfecte diligere premeditando dicat ꝙ ille quem desiderat non est sibi visibilis non est audibilis: non est adorabilis: non est gustabilis: non est tãgibilis. Et ideo nõ est sensibilis sed totus desiderabilis. ¶ Secundo cogitet ꝙ non est imaginabilis: quia nõ est terminabilis: non est figurabilis: non est circũscriptibilis: non est numerabilis: non est commutabilis: ⁊ ideo non imaginabilis sed totus desiderabilis. ¶ Tertio cogitet ꝙ non est intelligibilis eo qđ non est demonstrabilis non est diffinibilis: non est opinabilis: non est extimabilis: non est inuestigabilis. Ideo non est intelligibilis sed totus desiderabilis. Ex his ergo patet qualiter ad sapientiam sacre scripture peruenitur meditando circa viam purgatiuam: illuminatiuam: ⁊ perfectiuam: ⁊ non solum sacre scripture continentia: immo etiam omnis meditatio nostra versari debet circa ista. Nam oĩs meditatio sapientis: aut est circa opera humana cogitanda. s. quid homo fecerit: quid facere debeat: que sit ratio mouens: aut circa opera diuina cogitanda. s. quanta deus compromiserit homini: qui omnia propter hominem fecit quanta dimiserit: ⁊ quanta promiserit. Et in his claudũtur opera creationis: reparationis: ⁊ glorificationis: aut circa vtrorũqȝ pricipia: que sunt. s. deus ⁊ anima qualiter sunt inuicem copulanda. ⁊ hic stare debet omnis meditatio nostra: q: hic est finis omnis cognitionis ⁊ operationis: ⁊ est sapientia vera: in qua est cognitio per veram experientiam. In huiusmodi autem meditatione tota anima debet esse intenta: ⁊ hoc secundum omnes vires suas. s. secundum rationẽ: sinderesim: ⁊ conscientiam: ⁊ voluntatem. Nam in huiusmodi meditatione. Ratio concertando affert propositionem sinderesis sententiando profert diffinitionem: conscientia testificando infert conclusionem. Voluntas preeligendo defert solutionem. verbi gratia. Siquis velit meditari circa viam purgatiuam. Ratio quare debet: quid debet fieri de homine qui templum dei violauit. Sinderesis respondet: ꝙ aut debet dispergi: aut lamentis penitẽtie purgari. Conscientia asserit: tu es ille: ergo te oportet aut dãnari aut penitentie stimulus affligi. Voluntas preeligit. s. quia timet damnationẽ eternam assumit penitentie lamenta voluntarie iuxta hunc modum etiam in alijs intelligendum est.

P Ostquaꝫ diximus qualiter ad sapientiam peruenitur meditando: dicenduꝫ est qualiter ad ipsam puenit̃ orãdo. Sciẽdũ ẽ q̃ in oratione sunt tres partes siue gradus. Primus est deploratio miserie. Secũdus est imploratio misericordie. Tertius ẽ exhibitio latrie. Latrie enim cultum exhibere deo non possumus nisi ab ipso gratiam assequamur. Misericordiam autem dei ad dandam gratiam non possumus flectere nisi per deplorationem ⁊ expositioneꝫ nostre miserie ⁊ indigentie. Nam omnis perfecta oratio debet habere istas tres partes. non enim sufficit vna sine alia: nec ducit' ad metam perfectam: ⁊ ideo hec tria semper sunt coniungenda. Deploratio autem miserie circa quamcunqꝫ viam debet habere dolorem: pudorem: timorem: Dolorem propter damnum siue incommodum. Pudorem propter opprobrium siue inhonestum. Timorem propter periculum siue reatum. Ex memoria enim preteritorum oritur dolor: dum recordatur quid omisit: quia precepta iustitie: quid commisit: quia prohibita culpe: quid amisit q: gratuita vite. Ex intelligentia presentium oritur pudor dum attendit vbi sit: quia longe in imo que fuerat prope in summo: qualis sit: quia feda in luto que fuerat pulchra imago. Quid facit: quia seruit inferior: que fuerat libera prius. Ex prouidentia futurorum oritur timor: dum precogitat quo tendit: quia pene sunt gressus eius. Quid occurrit: quia iudicium ineuitabile. iustum tamen. Quid assequitur: quia stipendium mortis eterne: Imploratio misericordie circa quamcunqꝫ gratiam inuocetur: debet esse cum affluentia desiderij: quaꝫ habemus a spiritu sancto qui postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Item debet esse cum fiducia spei quam habemus a christo: qui mortuus est pro nobis omnibus. Item debet esse cum diligentia implorandi subsidium: quod querimus a sanctis ⁊ beatis omnibus. Primum ergo habemus a spiritu sancto: quia per ipsum a patre ⁊ filio predestinati sumus eternaliter. Renati in baptismo spiritualiter. congregati in ecclesia vnanimiter. ¶ Secundum habemus a christo qui pro nobis obtulit se in cruce in terra apparet vultui dei in celo in gloria: offertur in sacrificio quotidie a matre ecclesia. ¶ Tertium. hẽmus a sanctorum consortio scilicet ab angeloruꝫ ministrantium patrocinijs: a beatorum triumphantium suffragijs: a iustorum militantium meritis. Et quando hec tria predicta concurrunt imploratur efficaciter diuina misericordia: exhibitio latrie ex quacunqꝫ gratia deus colatur debet habere tria scilicet cordis incuruationem: dilatationem: eleuationem. ¶ Primuꝫ enim ob gratiam impetrandam cor nostrum debet incuruari ad dei reuerentiam ⁊ honorem. ¶ Secundo debet dilatari ad beniuolentiam ⁊ gratiarum actionem. ¶ Tertio debet eleuari ad complacentiam ⁊ mutuam alloquutionem que est sponsi ⁊ spõse: pro ut docet spiritussanctus in canticis: in qua si recto ordine procedatur mira est exultatio ⁊ iubilatio adeo vt ducat animam in excessum: ⁊ faciat dicere. Bonuꝫ est nos hic esse: ⁊ h̃ debet oratio nostra terminari. Nec ante debet desistere donec ingrediatur tabernaculi locuꝫ admirabilis vsqꝫ ad domum dei: vbi' in voce exultationis: ⁊ sonus epulantis: vt incurueris ad reuerentiam admirare immensitatem diuinam ⁊ intuere modicitatem tuam: vt dilateris ad beniuolentiam attende diuinam benignitatem: ⁊ vide iniquitatem tuam: vt eleueris ad complacentiam: recogita charitatem diuinam: ⁊ coonsidera tepiditatem tuam: vt ex hac collatione in excessum peruenias mentis. Sciendum

est autem ꝙ reuerentiam exhibere debe-
mus deo tripliciter. Primo sicut patri a
quo sumꝰ. Formati. Reformati. Educati.
Secundo sicut domino a quo sumus eru-
cti de carcere inferni. Redempti de ore ini
mici: Conducti in itinera domini: vel itine
ra paradisi. Tertio sicut iudici coram quo
sumus accusati: conuicti: cōfessi: accusat cla
mor conscientie: conuincit euidentia vite.
Confitetur aspectus diuine sapientie: vn-
de debet contra nos sentētia proferri. Pri
ma quidem reuerentia debet esse magna.
Secunda maior. Tertia maxima: vnde pri
ma debet esse admodum inclinationis. se-
cunda admodum genuflexionis. tertia ad
modum prostrationis. In prima nos subij
cimus. In secūda deijcimus. In tertia abij
cimus. in prima nos paruos. in secunda mi
nimos. in tertia nullos reputamus: beniuo
lentiam autem simili modo debemus exsol
uere. s. magnam maiorem ⁊ maximam. ma
gnam considerationem nostre indignita-
tis. Maiorem considerationem magnitu
dinis gratie nobis facte. Maximam con
siderationem immensitatis diuine miseri-
cordie: siue ꝓmissionis nobis facte. vel ma
gnaꝫ pro commissis. Maiorem pro dimis
sis maximam pro promissis. vel magnam
pro complementis nature. Maiorem pro
indimentis gratie. Maximam pro donis
superhabundantie. in prima cor dilatatur.
in secunda aperitur. in tertia effunditur: si-
ue extenditur: secundum illud. Effunde si-
cut aqua cor tuum ⁊c. Complacentiam eti
am triplici modo deo debemus exsoluere
primo vt sic acceptetur complacentia no-
stra ad deum: vt vnicuiqꝫ placeat ꝙ solus
deus placet sibi. secundo vt h placeat sibi:
ꝙ ipse placeat soli deo. tertio vt complace
at ei ꝙ in hac complacentia communicent
ceteri. prima est magna. secunda maior. ter
tia maxima. in prima est amor gratuitus. in
secunda est amor debitus. in tertia est amor
in vtroqꝫ permixtus. in prima crucifigitur
mundus homini. in secūda crucifigitur ho
mo mundo. in tertia crucifigitur homo ꝓ
mundo: vt pro omnibus velit mori: vt ⁊ ip
si placeāt deo. Et hic status est gradus cha
ritatis perfecte: ante cuius assequutionem:
nemo debet se extimare perfectum. Tunc
autem hanc assequitur perfectionem: quā
do quis inuenit se non solum voluntariuꝫ:
sed etiam auidissimum ad moriendum pro
salute proximorum: secundum ꝙ paulus di
cebat. Ego libentissime impendaꝫ ⁊ super
impendam meipsuꝫ pro animabus vestris.
Ad hanc autem perfectionem non perue
nitur: nisi primo perueniatur ad perfectaꝫ
dilectionem dei: propter quam diligitur ꝓ
ximus qui non est amabilis: nisi propter de
um. Et propterea ad intelligendum profe-
ctum in dilectione dei sciendum est ꝙ sex:
sunt gradus quibus paulatim ⁊ ordinate ꝓ
ceditur: vt ad profectum veniatur. Primꝰ
gradus est suauitas: vt homo adiscat gusta
re q̄ꝫ suauis est dominus. Et hoc quidem
fit vacando ⁊ sabatizādo ei per sanctas me
ditationes. Quoniam secundum ꝙ dici-
tur in ps̄. Reliquie cogitationis diem fe-
stum agent tibi. Quod quidem fit: quando
meditationes: circa amoreꝫ dei pariunt sua
uitateꝫ in corde. Secundus gradus est aui
ditas. s. quando anima passuescere ceperit
circa illam suauitatem ⁊ nascitur in ea tan-
ta esities: vt nihil possit eam reficere: nisi
eum quem amat profecte possideat ꝙ quia
in presenti non potest attingere: quia longe
est cōtinue excedit ⁊ egreditur extra se per
amorem ⁊ exultat clamans ⁊ dicens. Su-
spendium perlegit anima: ⁊ mortem ossa:
qui sicut ceruus desiderat ad fontes aqua-
rum: ita desiderat anima mea ad te deus.
Iob desperaui nequaq̄ꝫ iam vltra viuam.
Tertius gradus est saturitatis que oritur

ex ipsa auiditate: quia enim vehementer de
um desiderat ⁊ sursum fertur iaȝ omne ꝙ
deorsum tenet vertitur in fastidium: vnde
quasi saturaturus non potest reffectionem
inuenire in aliquo circa ipsum dilectum:
vnde sicut saturatus si cibum summat po-
tius abhominationem qꝫ refectionem in-
currit: sic in hoc gradu charitatis: facit ani
ma circa omne terrenum. Quartus gra-
dus est ebrietas: que⁹ oritur ex saturitate.
Ebrietas aut hec in hoc consistit ꝙ quis tā
to amore diligat deum: vt iam non solum
fastidiat solatium: sed etiam delectatur: ⁊
querat tormentum pro solatio. Et amore il
lius quem diligit etiam delectatur in penis
obprobrijs ⁊ flagellis: sicut ait apostolus:
vnde sicut ebrius se ipsum denudat sine pu
dore: ⁊ sustinet plagas sine dolore. Sic in-
telligendum est illud actuum apostolorum
Ibant apostoli gaudētes ⁊c. Quintus gra
dus est securitas que oritur ex ebrietate. Ex
hoc enim ꝙ anima sentit se taȝ diligere de
um: ꝙ libenter propter ipsuȝ sustineret om
ne damnum ⁊ omne incōmodum ⁊ obpro
brium: iam foras mittitur timor ⁊ tantum
concipit anima spē de adiutorio diuino: vt
nullo modo extimet se posse separari adeo
Sextus gradus est vera ⁊ plena tranquili
tas in qua est tanta pax ⁊ requies. vt ani-
ma quodammodo sit in scilentio ⁊ in som-
no: ⁊ quasi in archa noe collocata: vbi nul-
lo modo perturbatur. Quis enim potest
perturbare mentem quam nullius cupidita
tis stimulus inquietatur. Nullius timoris
acculeus exagitatur. Iteȝ in tali mente pax
est ⁊ status vltimus vel optimus: ⁊ quies
perfecta: vbi requiescit salomon ver⁹: quo
niam in pace factus est locus eius. Et ideo
conuenienter isti gradus signantur per il-
los sex gradus quibus ascendebatur ad
thronum Salomonis. Et propterea in can
ticis canticorum dicitur. Ascensuȝ fecit pur
pureum media charitate constrauit pro-
pter filias hierusalem: quia impossibile est
ad istam tranquillitateȝ pertingere nisi per
charitatem. Qua acquisita facillimum est
homini facere omne quid perfectionis: si-
ue agere: siue pati: siue viuere: siue mori.
Studendum est igitur ad proficiendum in
charitate quum profectus eius inducat per
fectionem omnium bonorum.

p Ostqꝫ diximus qualiter ad sa
pientiam ⁊ meditationem per
orationem nos exercere debe-
mus. Nunc breuiter tangen-
duȝ est qualiter nos exercere de
bemus per contemplationem: per quam
transit mens nostra in hierusalem supernaȝ
ad cuius instar est ecclesia formata. Secun
dum illud exodi. Fac secundum exemplar
quod tibi in monte monstratum est. Neces
se est igitur conformere ecclesiam militan-
tem: ecclesie triumphanti ⁊ merita premi-
is: ⁊ viatores beatis: secundum ꝙ possibi-
le est. In gloria autem est triplex domus: in
qua consistit perfectio premij. primo. s. sū-
me pacis eternalis saporādo: veritatis pu
rissime manifestatio charitatis ⁊ bonitatis
plena delectatio ⁊ fruitio. Et secunduȝ hoc
distinguitur triplex ordo in suppremа hie-
rarchia. s. tronorum cherubin ⁊ seraphin.
Necesse est igitur vt qui vult ad illam bea
titudinem per merita peruenire: istoruȝ tri
um similitudinem in via secundum ꝙ possi
bile est studeat comparare: vt. s. habeat Sa
porem pacis. Splendorem veritatis. Dul
corem charitatis. In his enim tribus requi
escit ipse dominus tanqꝫ in proprio solio.
Necesse est igitur ad vnum quandoqꝫ tri
um predictorum meorum per tres gradus
ascendere. secundum triplicē viam. s. Pur
gatiuam: illuminatiuaȝ: ⁊ per ectiuā. Qua
rum prima consistit vt expulsioni peccati.
Secunda cōsistit in inuitatione xp̄i. Tertia

consistit in susceptione sponsi. ita vt queli-bet habeat suos gradus per quos incipit ab imo et tendit vsque ad summum: gradus enim perueniendi ad saporem pacis sunt isti. vij. Nam primo occurrit pudor in recordatione flagitij et hoc quantum ad quattuor. s. Magnitudinem: multitudinem: turpitudinem: ingratitudinem. Secundo occurrit timor in circunspectione iuditij quadruplicis. s. Dissipationis operis. Excecationis rationis. Obdurationis: voluntatis: condemnationis finalis. Tertio concurrit dolor in extimatione damni. Et hoc secundum quattuor. s. quantum ad amissionem diuine amicitie. Perditionem innocentie: vulnerationem nature. Discepationem vite preterite. Quarto occurrit clamor: in imploratione subsidij quadruplicis. s. Dei patris virginis matris. Christi redemptoris: Ecclesie triumphantis. Quinto occurrit vigor in extinctione incentiui quadruplicis. s. Ariditatis que est desidia: Peruersitatis que est malitia. Vanitatis que est superbia. Voluptatis que est concupiscentia. Sexto occurrit ardor in appetitione martirij. Et hoc propter quattuor. s. propter perfectionem purgationis macule: propter perfectionem satisfactionis pene: propter perfectionem sanctificationis concupiscentie. Septimo occurrit sapor in obumbratione christi vbi status est et requies. vnde homo sentit se vmbra alarum diuinarum protegi: vt non iratus ardore concupiscentie: nec timor pene: ad quod non potest peruenire: nisi per appetitum martirij: nec ad appetitum martirij peruenire potest: nisi extinxerit inutile incentiuum: Nec ad hoc: nisi prius imploret subsidium: nec ad hoc nisi deploret damnum suum: nec ad hoc nisi timeat iuditium: nec ad hoc nisi recordetur: et erubescat flagitium suum. Qui vult ergo habere pacis saporem procedat per assignatum ordinem: Gradus autem perueniendi ad splendorem veritatis ad peruenitur per imitationem christi sunt hij vij. Ascensus rationis: affectus compassionis: aspectus admirationis. Excessus deuotionis: amictus assimilationis: amplexus crucis. Intuitus veritatis. Primo considera quis est qui patitur et eidem subdere per rationis assensum: vt credas firmissime veraciter esse dei filium eternum. Omnium rerum principium. Saluatorem hominum. Retributorem meritorum. Secundo considera qualis est qui patitur et ei coniungere per compassionis affectum. vt compatiaris innocentissimo: mitissimo: nobilissimo: et amantissimo. Tertio considera quantus est qui patitur et ad ipsum egredere per admirationis aspectum: attendendo quod immensus est. Potestate: speciositate: felicitate: et eternitate: admirare igitur hec. scilicet maiestatem anihilari: speciositatem decolorari. felicitatem tormentari: eternitatem mori. Quarto considera quare deus moritur et teipsum obliuiscere per deuotionis affectum: siue excessum: quia passus est pro tua. s. Redemptione: illuminatione: Sanctificatione: glorificatione. Quinto considera quali forma patitur: et ipsum induere per assimilationis studium passus est enim libentissime respectu proximi. Seuerissime respectu sui obedientissime respectu dei: Prudentissime respectu aduersarij: Stude igitur ad habendum habitum secundum effigiem imitationis christi. s. Benignitatis ad proximum. Humilitatis ad deum. Seueritatis ad teipsum. Perspicacitatis ad diabolum. Sexto considera quanta sunt que patitur: et crucem amplectere per passionis desiderium vt sicut christus passus vincula: vt impotens omnipotentia conuicia: vt vilis beniuolentia ludi-

bria: ut stultus sapiétia supplicia: ut iniquus iustitia: sic ⁊ tu desideres passionem crucis christi: hoc est compassionem plenam: In iniurijs. s. in rebus: in conuicijs. scilicet in verbis. in ludibrijs. scilicet in signis: in supplicijs. scilicet in tormentis. Septimo cōsidera quid' ad hoc consequitur: ⁊ ad veritatis radium intuere per contemplationis oculum. Quoniam ex hoc q̄ agnus passus est: septez signacula libri fuerunt aperta. liber iste est vniuersalis notitia rerum que septem erant clausa homini. Que quidem sunt per ipsius passionis efficatiam ipsi homini reserata. scilicet deus admirabilis. Spiritus intelligibilis. Mundus sensibilis. Paradisus desiderabilis: infernus horibilis: virtus laudabilis. Reatus culpabilis. Primo deus admirabilis per crucem manifestatus est: esse summe ⁊ imperscrutabilis sapientie. Summe ⁊ irreprehensibilis iustitie: Summe ⁊ admirabilis misericordie. Qui sua prudentia decepit diabolu. Qui sua iustitia quesiuit redemptionis pretium: Qui sua misericordia pro nobis tradidit filium suum. Que supradicta si diligenter considerentur deum nobis clarissime manifestant. Secundo spiritus intelligibilis manifestatus est per crucem: secundū triplicem differentiaz. scilicet. Quāte sit benignitatis quantum ad angelos celestes. Quante sit dignitatis: quantum ad homines. Quante sit crudelitatis: quantū ad demones: Naz angeli permiserunt crucifigi dominum suum. Nam dei filius crucifixus est propter humanum genus. Et ad suggestionem demonum. Tertio mundus sensibilis manifestatus est per crucem: quoniam est locus in quo regnat sterilitas: quia iesum christum tanq̄z infructuosum despexit iniquitas quia deum ⁊ dominum suum amicuz ⁊ innocentem condemnauit: ⁊ interfecit. Cecitas quia lucem veram: ⁊ summam non agnouit. Quarto paradisus desiderabilis manifestatus est per crucem. Quoniam est fastigiuz totius glorie. Quoniam est spectaculum totius letitie. Quoniam est promptuarium totius opulentie. Cum deus propter illam habitationem nobis restituendam: factus fuerit homo: vilis: miser: ⁊ pauper. In quo celsitudo admisit subiectionem: iustitia subijt reatum. Opulentia suscepit egestatem. Nam altissimus imperator accepit seruitutem abiectiuam: ut sublimaremur in gloria. iustissimus iudex subijt reatum penalissimum: ut iustificaremur a culpa ⁊ liberaremur a miseria. Opulentissimus dominus suscepit egestatem extremam: ut locupletaremur in patria. Quinto manifestatus est infernus horribilis per crucem: quoniam est locus plenus egestate: ⁊ penuria: vilitate: ⁊ ignominia: calamitate: ⁊ miserier. Si enim necesse fuit hoc pati christum propter peccati deletionem ⁊ satisfactionem multo fortius oportebit hic pati damnatos propter iustam meritorum suorum retributionez ⁊ recompensationez. Sexto manifestata est per crucem virtus laudabilis: quantum: ut sit preciosa. Speciosa: fructuosa: preciosa: quia ante dedit christus vitam corporalem: q̄z virtuti contraire. Speciosa quia in ipsis contumelijs relucebat. Fructuosa quia vnus vsus perfectus virtutis in cruce infernum spoliauit: celum aperuit: cetera restaurauit. Septimo per crucem manifestatus est reat⁹ culpabilis q̄ztū sit detestabilis cū ad sui remissioné idigeat. s. Taz magno p̄cio. Tā grandi piaculo. Tā difficili medicaméto: intantū ut deū ⁊ hoiem nobilissimuz in vnitate persone oportuerit satisfacere: pro

arrogantia qua nulla fuit elatior per abie-
ctissimam vilitaté: pro cupiditate qua nul
la fuit auidior p exqtissimam pauptaté: pro
lasiuia qua nulla fuit dissolutior p amaris-
simam ⁊ acutissimam acerbitatem. Ecce
igitur quoniam omnia manifestãtur in cru
ce. Omnia enim ad hec septem possunt re
duci: vnde ipsa est clauis porta: via: veri-
tas ⁊ splendor veritatis: quã qui tollit ⁊ se-
quitur christum iuxta modum preassigna-
tum non ambulat in tenebris: sed habet lu
men vite. Gradus veniendi ad dulcorem
charitatis sunt isti. vij. s. vigilãtia solicitãs:
confidentia confortans: concupiscentia in-
flãmans: excedentia eleuans: complacen-
tia quietans: letitia delectans: adherentia
conglutinans. In quibus hoc ordine pro-
gredi debes: qui ad perfectionem charita
tis attingere cupis ⁊ amoris spiritussancti.
Necesse est enim vt vigilantia te solicitet
propter sponsi prõptitudinem adeo vt pos
sis dicere. Deus deus meus ad te de luce
vigilo. Et illud sponse in canticis. Ego dor
mio ⁊ cor meum vigilat. Et illud propheti
cum. Anima mea desiderauit te in nocte.
Confidentia te confortet propter sponsi tui
certitudinem adeo vt possis dicere. In te
domine speraui non confundar in eternũ.
Et illud Job. Etiam si me occiderit spera
bo in eum. Et illud ps. In deo sperauit cor
meum ⁊c. Concupiscentia te inflammet
propter sponsi dulcedinem adeo vt possis
dicere. Sicut ceruus desiderat ad fontem
aquarum: ita desiderat anima mea ad te
deus. Et illud canticorum. Fortis est vt
mors dilectio. Et illud in canticis. Nun-
ciate dilecto quia amore langueo. Excel-
lentia te eleuet propter sponsi celsitudinem
adeo vt possis dicere. Quam dilecta ta-
bernacula tua domine virtutum. Et illud
sponse in canticis. Trahe me post te. Et
illud Job. Suspendium elegit anima
mea: ⁊ mortem ossa mea. Complacen-
tia te quietet propter sponsi pulchritudi-
nem adeo vt possis dicere illud sponse in
canticis. Ecce tu pulcher dilecte mi ⁊ de-
corus. Et illud. Sub vmbra illius quem de
siderabam sedi. Et etiam illud canticorum.
Dilectus complacuit mihi. Et illud. Dile-
ctus meus mihi ⁊ ego illi. Letitia te dele-
ctet propter sponsi plenitudinem adeo vt
possis dicere illud psal. Secundum mul-
titudinem dolorum meorum consolatio-
nes tue letificauerunt animã meam. Et il
lud. Quam magna multitudo dulcedinis
tue domine quam abscondisti timentibus
te. Et illud apostoli. Repletus sum gau-
dio ⁊ superhabundo consolatione. Adhe
rentia te conglutinet propter sponsi amo-
ris fortitudinem: adeo vt possis dicere il-
lud ps. Mihi autem adherere deo bonũ
est. Et illud apostoli. Quis nos separabit
a charitate christi. Et illud in canticis. In-
ueni quem diligit anima mea. In his enim
ordo est: nec est status ante vltimũ: nec ad
illud peruenitur nisi per gradus inter me
dios ⁊ mutuos intra se positos. In primo
enim viget consideratio. In ceteris vero
sequentibus dominatur affectio. Vigilan-
tia enim considerat q̃3 honestum: q̃3 con-
ferens ⁊ q̃3 delectabile est diligere deum.
⁊ per hoc quasi nata fiducia parit concupi
scentiam: ⁊ illa excedentiam quousq3 per-
ueniatur ad osculum copulam ⁊ amplexũ.
Ad quem nos perducat deus ⁊c.

Possunt autem predicti gradus
aliter ad modum compendij
p
distingui sic: scilicet vt dez con
currant vel redeant: vt primo
distinguantur gradus purga-
tionis in hunc modum. s. propter flagitium
erubescere: propter iudicium contremisce
re: propter damnum ingemiscere: propter
subsidium clama ad deum remedium: pro
pter aduersarium expugna incentiuum:
propter brauium anhela ad martyrium:

propter vmbraculum appropinqua ad christum. Secundo gradus pertinentes ad illuminationem .s. Quis qui patitur ⁊ credés captiua est. Qua de causa patitur: ⁊ confidens regratiare. Qualis est qui patitur: ⁊ condolens amaricare. Quali forma patitur ⁊ subsequens assimilare. Quantus est qui patitur: ⁊ obstupescens admirare. Quanta sunt que patitur ⁊ exardescens amplexare. Quid ad hoc consequitur ⁊ intelligens cõtemplare. Tertio gradus vnitiue hoc ẽ pertinentis ad vnionem sic ordinandaꝫ. vꝫ vigilantia te sollicitet propter sponsi promptitudinem. Confidentia te confortet: propter sponse certitudinem. Concupiscentia te inflamet: propter sponsi dulcedinem. Excedentia te eleuet: propter sponsi celsitudinem. Complacentia te quietet: propter spõsi pulchritudinem: letitia te delectet: ꝓpter sponsi plenitudinem. Adherentia te cõglutinet: propter amoris sponsi fortitudinem: vt anima tua semper valeat dicere domino: te quero. in te spero: te desidero. In te consurgo: te accepto. In te exulto: tibi ineternum adherebo: a te nunq̃ꝫ separabor.

n Ota q̃ gradus profisciẽdi possunt alio modo distingui ꝫm triplicem differentiam triplicataꝫ triplici yerarchie consonam. Necessaria enim sunt: cuilibet tria .s. Amaritudo: Gratitudo: Similitudo Et hoc post peccatum. Si enim homo nõ peccasset duo sufficerẽt .s. gratitudo: ⁊ similitudo. Gratitudo propter gratiam: Similitudo propter iustitiam: sed nunc necessaria est amaritudo propter medicinam peccata enim per delectationeꝫ perpetrata deleri non possunt nisi interueniat contritio afflictiua. In amaritudine debet eẽ. Ponderatio malorum ⁊ h̃ per proprias nequicias. Parturitio dolorum: propter christi angustias. Postulatio remediorum ꝓpter proximorum miserias. in ingratitudine debet esse. Annumeratio beneficiorum propter creationem de nihilo ad dei ymaginẽ Ambilatio meritorum: propter reparationem de peccato per proprium sanguinem. Actio gratiarum per ereptionem de inferno ad celi altitudinem. In similitudine debet esse. Aspectus veritatis elleuatus ad superiora. Affectus caritatis dillatatus ad exteriora. Actus virilitatis coadunatus ad interiora: vt sic fiat. In similitudine debet eẽ erectio supra te per aspectum veritatis .s. per contemplationem diuinarum. Intelligentia per circonspectionem vniuersorum scientia per captiuationem iuditiorum fides. Item vt sic fiat extensio circa te per affectum charitatis .s. per appetitum deliciarum celestium sapientia. per amplexum animarum rationabilium amicitia. Per contemptum deliciarum: vel concupiscentiarum carnalium modestia. Item vt sic fiat exinanitio intra se per actum virilitatis .s. per aggressum difficiliuꝫ strenuitate. Per actionem laudabilium magnanimitate: per complexum humilium humilitate in amaritudine. In qua est purgatio: debent esse tria .s. Contritio respectu sui dolorosa per tristiciam propter mala prementia teipsum christum ⁊ proximum. Compassio respectu christi timorosa per reuerentiam: propter iudicia latentia: quantum ad te christum: ⁊ proximum. Postulatio respectu proximi clamorosa: per confidentiam propter patrocinia: per deum: per christum: per sanctorum consortium. In similitudine est illuminatio in quam debent esse tria .s. Aspectus veritatis erectus ad incõprehensibilia misteria creatricis essentie Aspectus veritatis expansus ad intelligibilia documenta prophetie fidei christiane. Aspectus veritatis exinanitus ad credibilia .s. sacramenta fidei christiane. Aspectus charitatis. Errectus ad deum. Extensus ad proximum. Exinanitus ad christuꝫ. Actus virilitatis. Errectus ad cõmendabilia. Extẽsus ad cõmunicabilia. Exinanitus

ad contemptibilia. In gratitudine in qua ē perfectio debent esse hec tria. s. vigilantia exurgens ad canticum propter beneficiorum vtilitatem. leticia exultans ad iubilum propter donorum preciositatem. Beniuolētia extendēs ad amplexū pp dantis liberalitatem: vnde canticorum vltimo. Que est ista q̄ ascendit de deserto delicijs affluēs inixa super dilectū suū. Amaritudo in qua memor penitētie p offensa dei dolorosus pp malū p̄sens. Memor demētie p miseria p̄ximi timorosus pp periculum iminēs. Memor indigentie p abstinentia boni: clamorosus pp patrociniū abstinens. Similitudo i qua est aspectus veritatis cōpassus p fidē: p rōnem τ p admirationem respectu vniuersi. Affectus charitatis exinanitus p orōnē: p obliuionē: per vnionē sui respectu christi. Actus virilitatis: eleuatus p largitatē: humilitatē: τ magnanimitatem respectu dei. Gratitudo in qua Memoria euigilans ad beneficia numeranda. Leticia exultans ad cantica exhibenda. Beniuolentia extuans ad oscula gemināda. Notandum est aūt q̄ aspectus veritatis debet esse errectus ad i comprehensibilia τ h̄ sunt misteria trinitatis ad que errigitur contemplando illa dupliciter. s. s. per positionem s̄m augu. vel p abnegationem s̄m dionisium. Per positionem sic in diuinis omne intelligūtur. Quedam vt cōmunia: quedam vt propria. quedam vt appropriata: que quasi sunt media inter h̄ τ illa. intellige igitur contemplare si potes cōmunia circa deū τ cognosce: q̄m deus est. Essentia prima. Natura p̄fecta: vita beata. Que necessariam habent conuenientiam. Rursus attende τ vide si potes quoniā si deus est. Eternitas presens. Simplicitas replens. Stabilitas mouēs. Que similiter conuenientiam τ connexionem habent naturalez. Postremo attende: q̄m deus est. Lux inaccessibilis. Mens inuariabilis. Pax incōprehensibilis. Que nō tm̄ essentie vnitatē: sed ēt includūt p̄fectissimā trinitatem. Lux quidez tanq̄z parens generat splendorem. Splendor autem τ lux producunt calorez. Itaq3 ab vtroq3 p̄cedit calor: sed non per modum prolis. Si ergo deus vere lux est in accessibilis: vbi vere calor τ splendor: τ substantia: τ ipostasis vere in deo ē: pater: τ fili⁹: τ spirit⁹. s. Que sunt propria diuinarum personarū. Mens eni tanq̄z principium productiuuz: producit ex se τ ↄcipit verbum a quibus manat amoris donum. Et h̄ est in omni mente perfecta reperire. Si ergo deus mens inuariabilis: planum est q̄ in diuino esse est. Principium primū verbū eternū. Donū p̄fectissimum. Que sunt p̄pria diuinaruz personarum. Pax ēt includit nexuz plurium. Perfecte aūt necti non possunt nisi similes: similes esse non possunt nisi ambo astricti codē modo. Necesse ē igitur: q̄ si in diuinis est vere pax in sit. Prima origo eius ymago: vtriusq3 ↄnexio. Deinde indiuinis sunt appropriata: s̄m triplicem differentiam prima patri vnitas: q: origo: veritas filio quia ymago. Bonitas spiritui sancto: q: ↄnexio. Secūda appropriata sunt. Potestas patri: q: principium. Sapientia filio q: verbum. voluntas spiritui sancto: q: donum. Tertia appropriata: vel differentia appropriatoruz est. Altitudo: pulchritudo: dulcedo: altitudo patri propter vnitatez τ potestatem. Nihil enim aliud est altitudo q̄z singularis τ vnica potestas. Pulchritudo filio propter veritatem: τ sapientiam. Nam sapientia est i multitudine ydearum: veritas autem equalitatem includit: pulchritudo autem nihil aliud est q̄z equalitas numerosa. Dulcedo spiritui sancto propter voluntatem τ bonitatē vbi enim est suma bonitas iuncta cū voluntate ibi est sūma charitas τ sūma dulcedo: τ ideo in his est altitudo terribilis. Pulchritudo numerabilis. Dulcedo desiderabilis. Hec enim est erectio s̄m viam affirmationis. Sed alia est eminentior. s. per viam negationis: quoniam vt dicit dionisius.

Affirmationes incompacte sunt: negatio-
nes vero.licet minus dicere videant: tamé
plus dicunt. Et hic modus errectionis est
modus per abnegationem omnium. Ita q
in negationibus illis sit ordo incipiendo ab
inferioribus vsq3 ad superiora. Fit etiaz su-
pereminentis positionis conclusio: vt cum
dicitur. Deus non est quid sensibile: sed su-
per sensibile: nec ymaginabile: nec intelligi
bile: nec existens: sed super hec omnia. Et
tunc fertur in mentis caliginem: ⁊ altius
eleuatur: ⁊ profundius ingreditur pro eo
q excedit se ⁊ omne creatum. Et hic est no
bilior se eleuandi modus. Sed tamen ad
hoc vt sit perfectus preexigit alium: sicut
perfectio illuminationem: ⁊ sicut negatio
affirmationem. Hic etiam modus ascen-
dendi: tanto est vigorosior: quantouis ascen
sus est vnitior. Tanto fructuosior: quanto
affectui proximior. Et ideo vtile est: in hoc
exerceri per charitatis excessum. Exerce te
ad veritatem fm conformitatem ad hieru
salem supernam. In prima Jerarchia ve-
ritas est adducenda per ieiunium: fletum
⁊ orationem. Et hoc est angelorum: veritas
est audienda: per studium ⁊ lectionem. Et
hoc est archangelorum: veritas est annun-
cianda per exemplum ⁊ predicationez. Et
hoc est principatuum. In secunda yerar-
chia. veritas est adeunda per refugium ⁊
õmissionem. Et hoc é potestatuũ. veritas é
apphendenda p zelũ ⁊ emulationé. Et hoc
est virtutũ: veritas é associáda p sui ɔtem-
ptũ ⁊ mortificationé. Et hoc é dñationuz.
In tertia yerarchia veritas é adoranda p
sacrificiũ ⁊ laudationé: ⁊ hoc est tronorum
veritas est admiranda per excessum ⁊ con
téplationé: ⁊ hoc é cherubin veritas é ãple
ctéda p osculũ ⁊ dilectioné. Et h̃ é seraphin.

Incipit prologus in opusculo qui intitu
latur. De quattuor mentalibus exercitijs
fratris Bonauenture.

f

Lecto genua mea ad pa
tré domini mei yesu chri
sti. a quo omnis paterni-
tas in celo ⁊ in terra no-
minat. Ut det vobis fm
diuitias glorie sue virtu-
tem corroborari per spiri
tum eius in interiori homine: christum per
fidem habitare in cordibus vestris. In ca-
ritate radicati ⁊ fundati: vt possitis compre
hendere cum omnibus sanctis: que sit lon
gitudo: latitudo: sublimitas: ⁊ profundum:
scire etiam supereminentem scire caritatez:
vt impleamini in omnem plenitudiné dei.
Paulus apostolus vas electiõis sacratuz
diuine sanctificationis speculum: ⁊ superne
contemplationis exemplar in verbis pre-
missis ostendit nobis mentalis exercitatio
nis ortum obiectum ⁊ fructum. Menta-
lis.n.exercitatio. Si debet esse pia ⁊ saluti-
fera: oz q habeat potentiam supernatu-
raliter confortantem: sapientiam regulanté
clementiam consolantem. Flectat igitur aĩa
deuota diuine ɔtemplationis amore accen
sa: genuá métis ante tronũ beatissime ac ét
incõprehensibilis trinitatis. Pulset humili
ter: ⁊ pulset sapienter dei patris ɔfortatricé
potentiam: ne labore depressa succumbat.
Dei filij regulatricé sapientiam ne errore
seducta a veritate deuiet. Dei spiritus san
cti consolatricem pietatem: ⁊ clementiam
ne tedio deuicta defficiat. Omne enim da
tum optimum: ⁊ omne donum perfectum
desursum est descendens a patre lumi-
num. Et secundum Beatum Augusti-
num: Omne donum nostrum: aut deus
est: aut a deo est: vnde non immerito in om
ni boni operis initio ille inuocandus est: a
quo omne bonum originaliter progredi-
tur per quem omne bonum exemplariter
producitur ⁊ ad quem omne bonum fina
liter reducitur. Hec est illa ineffabilis
trinitas: pater: filius: ⁊ spiritus sanctus

q̄ꝫ tangit apostolus cuꝫ dicit. Flecto genua
⁊c. Secundo ostendit istius salutiffere men
talis obiectuꝫ deuote mentis ⁊ diuine exer
citationis dicuntur esse interiora ⁊ exterio-
ra inferiora ⁊ superiora. Debet.n. anima
deuota per mentale exercitium ꝯtemplatio
nis radium reflectere. Primo ad interio-
ra sua: vt videatur qualiter sit formata per
naturam: deformata per culpam. Refor-
mata per gratiam. Secundo debet conuer
tere radium contemplationis sue: ad exte-
riora: vt cognoscat q̄ꝫ instabilis sit munda
na opulentia. Quam mutabilis mundana
excellentia. Quam miserabilis mundana
magnificentia. Tertio debet conuertere ra
dium contemplationis ad inferiora: vt ītel
ligat humane mortis ineuitabilem necessi-
tatem. Judicij finalis formidabilem austeri
tatem. Pene infernalis intollerabilem pe-
nalitatem. Quarto debet conuertere radi
um cōtemplationis ad superiora: vt cogno
scat ⁊ sapiat. Celestis gaudij inestimabilem
preciositatem inestimabilem deliciositatem
interminatā eternitatē. hec est illa crux bea
ta quattuor fratribus terminata: in qua om
nia deuota cum tuo dulcissimo sponso ye-
su christo: debes iugiter meditando pende
re. Hic est ille currus igneus quattuor ro-
tis consumatus in quo debes post tuum fi
delissimum amicum assidue contemplan-
do celi palatiū conscendere: hec est illa qua
druplex regio. vꝫ. orientalis occidētalis aq̄
lonaris: ⁊ meridionalis quam tu. o anima
debes quottidie peregrinando intrare ad
tuum dilectum specialissimum in ea specu
lando querere ⁊ inuestigare: vt possis dice
re cum: sponsa in lectulo meo per noctes
quesiui quem diligit anima mea. Hec quat
tuor tangit apostolus cum subiungit: vt pos
sitis comprehendere: cuꝫ omnibus sanctis
que sunt longitudo latitudo sublimitas ⁊ ꝓ
fundum. Fructus istius salutifere exercita
tionis si digne ⁊ laudabiliter exquiritur est
felicitas eterna que est quid optimuꝫ ⁊ pul
cherrimum: ⁊ ꝑ se sufficientissimū nullo ex
tra se non indigens. In qua videbimus ⁊
amabimus vocabimus: ⁊ laudabimus in
eternum: ⁊ vltra eum qui est benedictus in
secula. Hunc fructum promittit apostolus
quando sermonem concludit dicens: vt im
pleamini in omnem plenitudineꝫ dei: hanc
plenitudinem etiā inueniemus quando de
us factus fuerit voluntati plenitudo pacis.
rationi plenitudo lucis: memorie continua
tio eternitatis: tunc enim erit omnia in om
nibus cum a ratione omnis error a volun-
tate omnis dolor ⁊ a memoria omnis obli
uio recessit. Et successerit illa quam spera-
mus animi mira serenitas diuina iocundi
tas ⁊ eterna securitas. Hunc tractatum in
stigante conscientia: propter simpliciores
quosqꝫ per simplicibus verbis de sanctoꝝ
dictis compilaui per modum cuiusdaꝫ dia
logi in quo anima deuota veritatis eterne
discipula interrogat: meditando ⁊ homo ī
terior mentaliter loquendo respōdet: vt au
tem ad inextimabilem istius mentalis exer
citationis altitudinem perueniamus: ⁊ eius
fructum capiamus ab exordio incipientes
⁊ patrem luminum humiliter inuocantes.
Accedamus genua cordis deuote flectētes
Ante tronum eterne maiestatis: ⁊ ante soli
um indiuidue trinitatis lachrimis ⁊ gemiti
bus incessanter clamemus: vt deus pater
per suum benedictum filium donet nobis
in sancto spiritu gratiam vt possimus co-
gnoscere que sit longitudo: latitudo: subli-
mitas: ⁊ profundum: vt per hanc pertinga
mus ad euꝫ qui est omnis desiderij finis ⁊
complementum. Amen.

¶ Qualiter deuota anima radium sue cō
templationis conuertere debet ad interio
ra sua: vt intelligat: ⁊ videat qualiter forma
ta sit per naturam. ca. primum. ⁊ pars pri-
ma. Anima.

Dic queso o homo si post deuo tam inuocationem diuine magnificentie: et post humilem im plorationem eterne sapientie: et demũ post flebilem supplicationem superne pietatis et clementie grati am exercitandi mentaliter circa quadruplicem materiam: videlicet longitudinis: latitudi nis: sublimitatis et profunditatis obtinerez quo ordine inchoarem ne meritum huius exercitatiõis amittã: si in dicto ordine igno ranter procedam. Ordinis enim ignorãtia secundum Ambro. perturbat formam meritorum: nec reputatur secundum eundem perfecta rei cogni tio in nobis existere cum scimus quid sit in nobis faciendũ: et ignoramus quo ordine sit procedendum. Nõ. O anima secundum Ber nardum ad Eugeniũ papam. A te tua cõ sideratio inchoat ne frustra extendaris ad aliena te neglecto. Idẽ in meditationibus. Multi multa sciunt seipsos nesciunt. Alios inspiciũt: seipsos deserũt. Deũ queren tes per exteriora deserentes sua interiora quibus interior est deus. Idcirco ab exte rioribus ad interiora redeã: et ab interioribus ad supiora cõscendam: vt possim cognoscere vnde venio aut quo vado: vnde sum aut quid sum: et ita per cognitionem mei conscendam ad cognitionem dei. Itez Chriso. super Matheum dicit. Non minima pars philosophia est cognitio sui. Itẽ ambrosius in exameron. Cognosce o homo quantus sis vt consideres quid itret in te in cogitatione quid exeat in sermone. vitã ergo tuã o aĩa quotidiana dispositione ex aĩa et diligenter attẽde quãtũ proficias: aut quantum deficias: qualis sis in moribus et qualis in affectibus: quã similis sis deo per gratiã et quã dissimilis per culpã quam prope et quã longe. Illud semper agnosce quod multo laudabilior et melior es si te cognoscis quã si te neglecto cursus siderum vires herbarum: complexiones hominum: naturas animalium cognosceres et scientiã omnium celestium et terrestriũ haberes. Redde ergo te tibi et si non semper saltez interdum rege tuos affectus: dirige actus: corrige gressus. Igitur o anima tene consilia sanctorum: et primo radium contemplationis conuerte ad regionem orientalem: hoc est ad considerationem tue conditionis. Diligenter igitur considera quã generose a summo artifice facta sis per naturam: quã vitiose a tua formositate deformata sis per culpam: quã gratiosa a diuina bonitate reformata sepe sis per gratiam. Generositas tua naturaliter in hoc consistit vt extimo: quia tibi naturaliter ad tuum decorem impressa ẽ imago beatissime trinitatis. vnde Anselmus. Fateor domine et gratias ago quia me creasti ad tuam imaginem vt tuĩ memor sim: te cognoscam: te diligam: te cognoscã. Bernardus in meditatione mea. Secũdũ interiorẽ hominẽ tria in mẽte inuenio per que deũ recolo: conspicio et concupisco: tria hec sunt: memoria: intelligentia et voluntas. Cum dei reminiscor: in ipso condilector. Memoria enim eius super vinum. Cum intelligentia ipsum intueor: quãtum in se sit incõprehensibilis: quia principiũ et finis: principiuz sine principio: finis sine fine ex me intelligo quã incõprehensibilis sit deus quando meipsum intelligere non pos sum quẽ ipse fecit quantũ in angelis desiderabilis: quia desiderãt eum prospicere. In sanctis oĩbus delectabilis in quantũ in eo assidue delectantur: in creaturis oĩbus admirabilis: quia oĩa potẽter creat: sapienter: gubernat benigne. dispensat: in omnibus est amabilis quia ipse est deus eorum et ipsi populus eius. Ipse in eis habitat tanquã in templo suo: et ipsi sunt tẽplum eius. Nõ dedignatur singulos neque vniuersos. Quisque enĩ eius meminit eũque itelligit ac diligit cũ ipso est. Cũ ergo eũ diligo memetipsum in ipsum trãsformo. Hec est eniz virtus amoris vt talẽ

te eẽ oportẽat q̃le ẽ illud quod amas. hec Bernardus. Recognosce ergo o anima mea q̃z mira ꝛ inextimabilis dignitas ẽ esse nõ solum vestigium creatoris qđ est cõmune cum omnibus creaturis sed esse imago: qđ est propriũ creature rationalis. Lauda igitur anima mea dominum: lauda deũ tuũ sion. Expgiscere ꝛ lauda: exulta ꝛ gaude ꝙ insignita sis dei imagine decorata similitudine particeps rationis capax eterne beatitudinis: sed quia hec modica non immerito forte iudicarentur si forte finirentur exulta ꝛ lauda: quia cum predictis dedit tibi naturã imortalem: substantiam incorruptibilem: durationem interminabilẽ vitaz perpetuã. Imago enim trinitatis nõ esses: si termino mortis precludi posses. Augu. xij. de ciuitate dei. O anima aduerte ꝙ creator tuus post illud esse dedit tibi perpetuum esse. Post hoc dedit tibi viuere: sentire: discernere: sensibus te decorauit sapiẽtia illustrauit. Tuam igitur pulchritudinez attende vt intelligas ꝛ attendas qualẽ pulchritudinem debeas diligere ꝙ si teipsam vt expedit contemplari non sufficis cur saltez ꝙ de te extimare debeas ex iudicio alieno non perpẽdis: sponsum habes de cuius pulchritudine si nõ dubitares scires ꝙ tam pulcher: tam formosus: tam vnicus dei filius tuo aspectu captus non esset si euz singularis decor ꝛ vltra ceteros admirãdus nõ traxissem. Hec Augu. Sed hec fortasse. O anima nimis ingrata tibi videnꝰ modica. propterea audi tertio dignitatem tuã admirabilẽ ꝙ tante es dignitatis ꝙ nihil potest domum mentis tue inhabitare nihil põt in ea mãsionẽ facere nisi puritas ꝛ simplicitas trinitatis eterne. Ecce qđ dicit spõsus tuus Ego inquit ꝛ pater ad euz veniemus ꝛ mansionẽ apud eũ faciemus. Et alibi in euangelio zachee festinans descende: quia hodie in domo tua oportet me manere. Illabi enim menti illi soli possibile est q eam creauit. Ipse enim est qui intimior intimo tuo esse perhibetur. sicut dicit Augu. Gaude igitur o felix anima que tãti hospitis facta es hospita. Bernar. O felix anima que quotidie cor suum mundat vt inhabitantem deuz suscipiat. Cuius hospes nullo bono indiget: q: actorem omniuz bonorum habet in se. O q̃z beata anima apud quam deus sic requiem inuenit vt dicere possit. Et qui creauit me requieuit in tabernaculo meo. Negare siquidem requiez celi ei non poterit que sibi in hac vita requiem preparauit. Hec Bernardus. O anima nimis es auara si non sufficit tibi tanti hospitis presentia: quia scio ꝙ tam liberalis est ꝙ cõmunicabit te bonis suis ꝙ tam pius est ꝙ ditabit te donis suis. Nullo enĩ modo decet tantum principẽ si hospitam suam permitteret indigentem. Adorna igitur thalamum tuũ ꝛ suscipe regem factorez tuum de cuius p̃ntia exultabit ꝛ letabitur tota familia tua. O vere mira ꝛ multũ admirabilis sententia. Rex cuius pulchritudinem sol ꝛ luna mirantur cuius magnitudinem celum ꝛ terra reuerentur: de cuius clementia omnium beatorum collegia satiantur: de cuius sapientia celestium spirituũ agmina illuminantur. Talis o anima desiderat hospitium tuum cenaculum suum plus q̃z palatium celeste appetit ꝛ exoptat. Delitie enim sue sunt esse cum filijs hominum: sed si hec adhuc te non mouẽt ad laudandum creatorem tuum conuerte radiuz contemplationis. Ad quartum beneficiuz ꝛ cognosce ꝙ tante capacitatis est palatiuz tuum ꝙ nulla cretura: sufficit satiare tuum desideriuz. Ugo de sancto victore. Omnis iocunditas: omnis suauitas: omnis pulchritudo rerum creatarum afficere cor humanum potest: saciare non potest. Anselmus. Omnis creatura que deus meus non est

mihi inopia est. Et quare. Reuera secun-
dum Gregoꝛium in moꝛalibus. Anima hu
mana que ad deum appetendum facta est
quicquid infra deum appetit minus est: ⁊
ideo etiam ei iure non sufficit ꝙ deus non
est. Jam vt extimo anima sufficienter vidi
sti tuam nobilitatem que est valde laudabi
lis. Conuerte nunc radium tue contempla
tionis ad tuam super ceteras creaturas po
tentiam que re vera est admirabilis. Ego
de anima. O anima mea quid dedit tibi
sponsus tuus. Respice mundum istum.
Omnis natura ad hunc finem cursum su-
um dirigit vt tuis vtilitatibus deseruiat: tu
is oblectamentis secundum distributioneȝ
tempoꝛum indesinenter occurrat. Uide iā
anima mea ⁊ diligenter considera ꝙ crea-
toꝛ tuus sponsus ⁊ amicus totam machinā
mundialem ad tuum oꝛdinauit ministeri-
um. Ecce angeli purgant ⁊ inflammant tu
um affectum illuminat ⁊ infoꝛmant tuum
intellectum: perficiunt ⁊ custodiunt tuum
subiecum. Magna dignitas est habere ta
les doctoꝛes consolatoꝛes: ⁊ tales conserua
toꝛes. O anima si videre posses quanto
gaudio quantoqꝫ tripudio assistunt oꝛanti
bus intersunt meditantibus quanto studio
nos in bono conseruant quanto desiderio
nos ad salutem nostram eternaȝ expectāt.
Celum tibi deseruit per suum motum. Lu
minaria celi per suum influxum: sol creat ti
bi diem: luna illuminat tibi noctem. Ignis
temperat tibi aeris frigiditatem. Aer tibi
mitigat ignis internam caliditatem. Aqua
mundat tibi fetoꝛem: ⁊ mitigat tue sitis ar
doꝛem: ⁊ fecundat terre vigoꝛem. Terra
vero sustentat sua soliditate: recreat sua
fertilitate: delectat sua amenitate. Ecce ani-
ma bꝛeuiter discurristi per singula ab infe
rioꝛibus ad superioꝛa: ⁊ inuenisti ꝙ omnis
creatura ad hunc finem ex diuina oꝛdina-
tione cursum suum dirigit quatenus tuis
vtilitatibus deseruiat: tuisqꝫ oblectamētis
indesinenter occurrat. Sed caue anima
mea ne non sponsa sed adultera voceris si
munera dantis plusqꝫ affectum diligis.
Augustinus in libꝛo confessionum. Uehe
menter oberras in vestigijs suis si nutos
amas ⁊ non aduertis purgate mentis in-
telligentia quid innuat lux beatissima: cu-
ius nutus ⁊ vestigia sunt omnium creatu-
rarum decus ⁊ foꝛma. Adhuc si ignoꝛas
te o pulcherrima mulieruȝ egredere ⁊ va
de post vestigia gregum tuoꝛum idest duo
decim rationabilium creaturarum: que
sunt vestigium creatoꝛis tui: tu vero spe-
culum beatissime trinitatis. Ergo omni-
bus dignioꝛ ⁊ excellentioꝛ cōpꝛobaris: ⁊
pasce edos tuos iuxta tabernacula pasto-
rum idest conuertere cogitationes tuas ad
choꝛos angeloꝛum quibus quodammo-
do similis es in natura: ⁊ cum quibus eris
in gloꝛia. Jam satis silui: diu tacui: iam cuȝ
verecondia ⁊ ruboꝛe compelloꝛ confiteri
⁊ dicere ꝙ hanc dignitatem modicum ad
uerti amoꝛem meum. Heu ego infelix ⁊
misera nimis indigne pꝛostitui. Factoꝛem
meum non pꝛo his omnibus gloꝛificaui de
um meum pꝛopter dona sua non benedi-
xi: ⁊ non adoꝛaui eum toto tempoꝛe vite
mee. Nimis indigne irreuerenter vane ⁊
negligenter vixi. Et vt verum fatear secun
dum Bernardum. Quanto perfectius
dignitatem meam aspicio tanto magis de-
generem vitam me duxisse confundoꝛ ⁊
erubesco. Timeo enim ꝙ tanto grauioꝛ sit
culpa quanto dignioꝛ ⁊ nobilioꝛ sit natura
foꝛmido quod tanto grauioꝛ est offensa
quanto maioꝛ est illius qui offendit excel
lentia. pertimesco ꝙ tanto peioꝛ est iniuria
quāto maioꝛ fuerit illiꝰ cui iniuria irrogaui
bn̄fitia. Heu dn̄e deꝰ ex dignitate substan-
tie iam perpendo vilitatē malitie. Ex spe-
ciositate nature iam cognosco defoꝛmitatē

culpe. Ex recordatione benefitiorum acce ptorũ itelligo ingratitudinẽ factorum meo rum. Gre. Ube mihi misera iá video: iam cognosco ꝙ quicquid a summo datore ac cepi ad vsum vite miserabiliter reflexi ad vsum prauitatis ⁊ culpe. Tranquillitatem enim humane pacis ad vsum cõuerti va ne securitatis. Peregrinationẽ terre pro habitatione dilexi patrie: salutẽ ⁊ pulchri tudinẽ corpis redigi in ꝟuitutẽ voluptatis: vbertatis: habũdantiá nõ ad necessitatem corporis sed ad superfluitatẽ expẽdi miseri me cupiditatis. Tpa serena ⁊ blãdimenta aeris ad amorez mihi ꝟuire coegi terrene delectatiõis. Heu timeo ⁊ valde ptimesco vt simul me oĩa ferire puniẽdo debeãt que vitijs meis male subiecta ꝟuiebãt. O ani ma aliqualiter iá quot bona sit tua cogita tio video: ex verbis enim tuis cẽseo ꝙ nõ frustra fuit mea admonitio videt mihi ꝙ lumine diuino sis aliqualiter illustrata: ⁊ ta ctu veri luminis mota: q: ꝟm Gregorium in moralib⁹. Unusquisqꝫ dũ tactu veri lu minis illustrat sibiipsi ostendat vt vnde co gnoscit quid ẽ iustitia inde erudiat quid ẽ culpa. vnde sancti viri quo altius apud de um virtutũ dignitate ꝓficiũt eo subtilius indignos se esse deprehendũt: q: dũ proxi mi luci fiunt quicquid eos in seipsas late bat inueniunt. Grego. Igitur anima si luce veritatis iactata dignitatẽ tuá ꝙ̃ hactenus nõ attendisti cognoscis. Si culpaz qua crea torẽ tuum offendisti intelligis ⁊ vidisti ꝙ̃ gratiose formata sis per naturaz. vide nũc ꝙ̃ vitiose deformata sis per culpam. An selmus. Reduc anima erumnosa ⁊ misera ad memoriam enorme delictum ⁊ perduc in celum vsqꝫ rugitum ⁊ lamentum. Cogi ta anima perfida dei adultera christi quid feceris: dereliquisti in celo castum amato rem tuum contempsisti factorem tuum re pudiasti sponsum tuum: turbasti deum tuũ irreuerenter tractasti angelum sanctum cu stodem tuum. Eras templum dei sponsa christi: sacrarium spiritussancti que est ista subita conuersio ⁊ repentina mutatio. De dei virgine facta es corruptio sathane. De sponsa christi scõtum execrabile diaboli. De habitaculo spiritussancti factum est tu gurium omnis spiritus immundi. Ansel mus. Recordare o anima propter quid vendideris decorem tuum: ⁊ propter quid abieceris honorem tuum pro quo tam tur piter fedaueris vultum tuum. Cur tanta bona pro tam vili precio vendidisti. O ani ma quare te tot bonis spoliasti. Quare fru stra tantis te honoribus priuasti. Quare tot bona opera neglexisti. Tot annos: tot dies: tot horas sine fructu vixisti. Anima ad hominem. Recognosco o homo ꝙ ve rum loqueris ⁊ non immerito me de tanta transgressione reprehendis. O domine de us meus ꝙ tempora effluxerunt in quibus sine fructu aspicio me vixisse corá te. Quo modo subsistam: quomodo potero ad te le uare faciem meam in illo magno ⁊ terribi li examine quando enumerari iusseris oẽs dies meos querens fructum in eis. O do mine deus meus cur intermisi te vllo tem pore versari in corde meo te totam men tem complecti in tua dulcedine delectari. O anima interiora mea vbi tũc erant quá do tecum non erant. Cum a te habeat oĩs creatura quicquid habet desiderabile: lau dabile: delectabile. Hec Bernar. Heu do mine nunc intelligo sed cõfiteri erubesco. Species ⁊ decor creaturaruz decepit ocu lum meum ⁊ omnino aduerti quia specio sior omnibus creaturis: tu es quibus tan tummodo vnam guttam: tu inextimabilis pulchritudinis communicasti. Quis enim ornauit celum syderibus: aera volucribus aquam piscibus: terram plantibus ⁊ flori bus homines in corpore diuersis colorib⁹ in mentes varijs virtutibus. Non ne cle mẽtissime pater per te illa celestiũ spirituũ

agmina varijs donis sunt ornata. Non ne
per te seraphin ardent dilectione. Cheru-
bin lucent cognitione. Troni acquiescunt
firmissima stabilitate. De tuis muneribus
dominantur dominationes. Incliti ex tua
virtute presunt principatus. Ex tua pote-
state demones arcent potestates. Ex tua
profunda patientia miracula faciunt vir-
tutes. Ex tuo precepto archangeli magnis
nunciant magna. Angeli vero minoribus
significant minora. Sed quid sunt hec oia
nisi tue pulchritudini modica sintilla. O
bone iesu fons vniuerse pulchritudinis
ignosce mihi misere q tuam pulchritudi-
nem tam sero cognoui: tam tarde amaui:
propterea mirabiliter oberam. Dulcedo
autem creaturarum decepit gustum meu.
Et non aduerti q dulcior melle es. Tu eni
melli ⁊ omni creature dulcedinem suam
immo tuam comodasti: ⁊ non est aliud in
creatura: dulcedo vel delectatio nisi tue
dulcedinis quam abscondisti timentibus
te demonstratio: vnde dulcedo omnium
creaturaru si quis iuste aduertat: nihil ali
ud facit nisi qd ad tuam dulcedinem eter-
nam inuitat. O iesu fons vniuerse dulcedi
nis ⁊ pietatis: ignosce mihi q tuam inexti
mabilem ⁊ mellifluam dulcedinem in crea
tura non cognoui nec degustaui: propter-
ea miserabiliter oberam ⁊ animam me-
am absq modo siliquis porcoru satura
ui. Sed heu nunq vt timeo de pane filio
rum tuorum manducans: ideo semper in
delitijs mundi ieiuna ⁊ famelica perman-
si. Gregorius. Quare intus gustare no-
lumus paratam dulcedinem. Propterea
ieiuni ⁊ famelici amamus miseri famem
nostram. O dulcissime iesu modo video
modo cognosco q omnis dulcedo tibi cō
traria fuit mihi afflictio: ⁊ magna miseria.
Augustinus in libro confessionum. Tu
enim misericordissime deus etiam mihi
in peccatis meis aderas pijssime seuias
omnes iniquas delectationes meas ⁊ ma-
las amarissimis respergens amaritudini-
bus docens per flagella si vellem sine ama
ritudine delectari non possem nisi in te do
mine. Sed heu hanc doctrinam non intel
lexi propterea oberam: semperq in deliti
is iniquis timui proditorem: timui accusa-
tore: timui reprehensorem: formidaui ali-
quotiens conscientia: expaui multotiens
infamiam meam: nunq horrui gehenna:
⁊ tamen heu ego misera inter tormenta nō
mutaui voluntatem propriam. Odoratus.
Decepit etiam odor creature olfatum me
u ⁊ ignoraui. O bone iesu superas omnia
aromata. O bone iesu fons odoris cuius
suauitas facit indesinenter post te currere
⁊ infaticabiliter laborare. Ignosce mihi q
tam sero te cognoui: tam sero in odorem
vnguentoru tuorum post te cucurri: puto
tamen ⁊ pro hoc me nō excuso quod odor
illius apotece celestis huic terreno affe-
ctori quo infecta eram non miscetur. Audi
tus. Decepit etiam sonus falsus creatura-
rum auditum meum ⁊ nesciui nec sensi q
dulcia faucibus electorum eloquia tua q
suauia auribus amicorum tuorum consilia
tua q leuia manibus sanctorum tuorum
mandata tua. O iesu fons sapientie: auctor
scientie: consiliator casti consilij fac me sal-
tem modo auudire vocem tuam. Sonet
vox tua in auribus meis cum quanta ama
ritudine recogito q fefellit me illa vox mi
sera cantantium ⁊ dicentium. Venite frua
mur bonis que sunt: coronemus nos rosis
anteq marcescant ⁊ pretereat: nos flos tē
poris vino precioso ⁊ vnguentis optimis
impleamus nos vbiq relinquamus si-
gna letitie. Hanc vocem audiui ⁊ non in-
tellexi quoniam omnia vana sunt ⁊ risu di
gna. Omnia enim hec ⁊ his similia cito
pertransierunt: ⁊ velut vmbra euanuerūt.

Quid enim hec omnia vana amatoribus
suis contulerunt: quem fructum habuerũt
tunc illis in quibus nunc confunduntur ⁊
erubescunt. O domine iesu deus meus lu
men cordis mei panis anime mee. virtus
a maricans mentem meam non te ama-
bam ⁊ formidabar abs te. Et fornicanti mi
hi subsanabat. euge euge. Amicitia huius
mundi fornicatio est abs te. O quid mise
rius misero non miserante super seipsum.
Sed inter hec omnia tu amantissime de-
us mihi semper aderras vocem tuam fre
quenter audiui: inspirationem tuam saluti
feram sensi: sed non consensi. O quotiens
mihi illud salutiferum consilium inspira-
sti. Peccasti quiesce desine erubesce: atq;
misera morem secuta sum ego. Augusti-
nus in libro confessionum. Verba sonolen
ta aliquotiens respondi. Domine expecta
me modicum: sine me paululum mõ a va
nitate quiescam modo de malignitate eru
bescam omnia mundana ⁊ vana derelin-
quam. Sed heu modicum non habebat
modicum ⁊ paululum in longum ibat. Itẽ
Augustinus de verbis domini. Ipsa signi
ties est res que multos eternaliter occidit:
finaliter in peccatis detinet q̧ se ad vocem
domini non corrigunt peccatores vocem
quidem occulte inspirationis audiunt: sed
vitam non corrigunt dicentes cras cras: ⁊
subito hostium clauditur remanetq; pecca
tor foras extra archam celestis patrie cum
voce coruina quia pro peccatis gemere no
luit cum columba. Gregorius. Heu q̃z
multos in peccatis peius sua felicitas pro
strauit multos diuturna pax inhertes red-
didit: eosq; mox manus hostis pertulit quos
longe quie is vsu neglig̃ẽtes inuenit. Gre
gorius. Quos deus vt conuertantur diu-
tius tollerat non conuersos durius dam-
nat. Tactus. Sed o homo vt tibi perfecti
us infelicitatis mee historiam manifestem
profiteor q̧ hec omnia mee infelicitati non
sufficiebant: sed ad cumulum damnationis
mee. Heu mundana mollities tactum me
um nimij miserabiliter decipiebat: ⁊ igno-
raui q̧ tam suauis o bone iesu esset am-
plexus tuus tam dilectus tactus tuus: tam
deliciosus conuictus tuus. Cum enim te
amauero mundus sum. Cum tetigero ca-
sta sum. Cum accepero virgo sum. Tu-
um o domine iesu amplexus non maculat
sed mondat tuus attactus non coinquinat
sed sanctificat. O iesu fons vniuerse dul-
cedinis ⁊ suauitatis ignosce mihi q̧ tam
sero credidi quantum habet deliciositatis
honestatis: quantum iocunditatis quando
leua tue diuine sapientie ⁊ cognitionis est
sub capite meo idest ratione ⁊ dextera tua
diuine clementie ⁊ dilectionis amplexaba
tur me idest voluntatem. Heu me misera.
Quid vnquam tam dulce tam suaue tam
delitiosum ⁊ tam salutiferũ q̃z potest expe
riri q̃z inter brachia tanti regis ⁊ amici fi-
deliter obdormire. Hanc dulcedinem sen-
serat anima deuota quando optabat di-
cens. Osculetur me osculo oris sui. Etiam
anima deuota has delitias nonnunquam
erat experta quando orabat ardens ⁊ iam
pene deficiens pre dilecti sui concupiscen-
tia dicens in canticis. Quis mihi det te fi-
nem meum suggentem vbera matris mee
vt inueniã te solũ foras ⁊ deosculer te ⁊ iã me
me nemo despiciat. Apprehẽdã te ⁊ introdu
cã te in domũ mr̃is mee: ⁊ ĩ cubiculũ geni
tricis mee. Ibi me docebis ⁊ dabo tibi po
culũ ex vino condito ⁊ ex musto malagrana
torum meorum. Quis enarrare sufficiat nisi q̇
mente gustasset: quantum habet hoc ver-
bum dulcedinis ⁊ delectationis quando
bene ponderatur ⁊ recte cribratur: ⁊ men
te masticatur: vnde exponẽ deuote menti
relinquo. Sed o domine deus si hec tam
dulcia sunt legenti q̃z consolatoria erunt

per affectum ſentienti. Auguſtinus. Fac me dulciſſime ieſu: intus guſtare per amorem quo extra guſto per cognitionem fac me ſentire per affectum quod ſentio per intellectum. Hec Auguſtinus. Sed que veſania que inferna is furia tanto tempore a me prohibuit illa cum tanta mentis mee ſolatia: tam diuina gaudia: tam melliflua conuiuia. Dic queſo o homo que eſt tanti mali cauſa: que tanti periculi ratio: que tanti damni occaſio. Homo ad animam. Video o anima ꝙ iam fatigata laboribus: iam vexata doloribus: vt vltra iam inuenire non valeas cui tantum damnum illatum aſcribas. Peto igitur vt cum patientia audias ſi tibi tanti mali cauſam demonſtrauero: ſi tibi tanti damni inimicum oſtẽdero. Iam pro parte hoſtem tetigiſti aliqualiter tamen forte pre dolore mentis nõ aduertiſti. Habes o anima inimicum domeſticum hoſtem amicum: aduerſarium propinquum: qui tibi malum pro bono reddidit: ⁊ ſub ſpecie amicitie crudelior exiſtens inimicus his omnibus ⁊ alijs infinitis bonis te priuauit. Hoſtis noſter eſt caro. Hic hoſtis ſalua tua reuerentia eſt caro infelix ⁊ miſera: multum tamen tibi dilecta. Hanc cum pauiſti inimicum contra te peſſimum erexiſti: hanc cum honoraſti hoſtem crudeliſſimum contra te armaſti: hanc cum foris varijs ⁊ precioſis veſtimẽtis induiſti omnibus interioribus ornamẽtis te ſpoliaſti: neſciens quod dicit beatus Gregorius in omelia. Gregorius. Unde inquit caro ad tempus ſuauiter viuit inde ſpiritus in eternum torquetur ⁊ ingemiſcit: ⁊ econtra. Quo plus caro premitatur eo plus de ſpe celeſti animus letatur: vnde pro tanta iniuria nobis pro te o caro illata continere amplius non valeo quin tantum malum huc uſqꝫ ſub ſilentio periculoſe per tranſitum durius reprehendam. Bernardus. Scio inquit o anima hominem qui per annos plurimos tecum vixit: ad menſam tecum ſedit: cibum de manu tua ſumpſit ⁊ in ſinu tuo dormiuit cum voluit tecum colloquium habuit: hic iure hereditario ſeruus tuus eſt. Sed quia delicate nimis enutriſti eum ⁊ virge peperciſti leuauit calcaneum ſuum ſuper caput tuum ⁊ te in ſeruitutem redegit o anima miſerabilis ⁊ miſera quis te liberabit de vinculo improperij huius. Exurgat deus ⁊ cadat armatus ⁊ conteratur inimicus. Inimicus inquã contemptor dei amicus mundi cultor diaboli. Quid tibi videtur de illo. Si id ſentis mecum dices. Reus eſt mortis. Crucifigatur. Noli ergo differre: noli diſſimulare: noli parcere Crucifige: crucifige eum. Hec Bernardus. Sed in qua cruce. In cruce domini noſtri ieſu chriſti: in quo eſt ſalus vita ⁊ reſurrectio noſtra. Recole igitur o anima primordia tua. Attende ꝙ es inſignita dei imagine decorata: ſimilitudine deſponſata fide dotata ſpe: preclara charitate: redempta chriſti ſanguine particeps rationis deputata cum angelis capax beatitudinis. Quid tibi cũ carne vnde iſta pateris diligẽter aduertis nunqꝫ vili⁹ ſterqliniũ vidiſti ſi ei⁹ miſerias enumerare velis qꝫ honuſta ſit peccatis pruriens ↄcupiſcẽtijs occupata paſſionis polluta illuſionibus: confuſiõe plena: ignominia repleta. Quid de ea habes aliud qꝫ cogitationes fedas ⁊ imundas: ⁊ in ſimilitudinẽ porci in luto conuerſari. h Bernar. Item. Bernar. Erubeſce anima conuerſari in ceno que es de celo. Idem ſuper cantica. Anima donec in carne es inter ſpinas verſaris ⁊ neceſſe eſt: vt temptationum tribulationes ⁊ pugnationũ aculeos grauiter patiaris; vnde dicitur tibi in canticis: ſicut liliũ inter ſpinas ſic amica mea inter filias. O candens liliũ. O te

ner τ delicate flos increduli τ subuersores sunt tecum: τ cum scorpionibus habitas: vide ergo quomodo caute ábules inter spinas. Caro τ mundus pleni sunt spinis conuersari cum eis τ non ledi diuine potentie est τ non virtutis humane. B Bernardus. Est τ alius inimic⁹ fortis τ crudelis: qui mira calliditate omniu3 discutitur consuetudines: ventillat curas: scrutatur affectus: τ insuper querit causas nocendi: vbicunq3 studio suus viderit occupari. De. Nouit eni3 hic hostis antiquus ab inicio humani generis inimicus. Cui ipse illecebras glorie ingerat cui virus inuidie infundat: cui blandimenta luxurie obijciat: cui vana incitamenta superbie ꝑmittat. Nouit q3 metu opprimat: q3 fallat gaudio: q3 admiratione seducat: habet etiam sibi obligatos aliquos quorū ad alios decipiendos ingenijs vtitur τ linguis. O anima fragilis ad decipiendu3: facilis ad cadendum difficilis ad surgendum qualiter istius crudelis aduersarij laqueos euadere poteris quem tantis subtilitatibus preditum agnoscis. Hec leo papa. anima. Nunc iam video τ primitus recognosco sicut dicit Augustinus. Consuetudo peccati est ꝙ non facile cognoscitur ab eo qui ipse premitur: sed mox cum inceperit se quis ab eo alienare tunc demū cognoscit in quáta feditate iacuit. Quia iam aliqualiter me ipsam incipio alienare τ per hoc me: τ peccatum agnosco me amplius a fletu continere nō valeo. O domine deus meus tu impressisti mihi amabilem ymaginem tuam: τ ego superinduxi horribilem ymaginem diabolicam. Heu heu miser homuntio: qꝛ demonis imagine3 superiduxi imagini dei cur non odi eius imitatione3 cuius horreo nomen. Ille sponte cecidit: ego volens corrui. Ille nulla precedente vindicta peccauit superbiens. Ego visa eius pena peccaui cōtemnens. Ille semel innocens est institutus. Ego multotiens sum restitutus. Ille se erexit contra eum qui se fecit. Ego me errexi contra eum qui me refecit. Ille deum dereliquit permittentem. Ego deum, fugi persequentem. Ille perstat in malitia deo reprobante. Ego vero a deo misericorditer reuocante. Et si ambo contra deu3: ille tamé non contra requirentem se. Ego vero contra morientem pro me. Ego ymagine3 eius horrebam cum tamen in multis inueniam me horibiliorem. Fuge fuge a me o horribilis substantia: Si me video est horor intollerabilis si me non video mors ineuitabilis: O q3 infelix qui sibi est horibilis. Multo infelicior: cui mors eterna sensibilis. Anselmus. O pater patientissime τ rex clementissime: tegere non valeo excusare nequeo: τ tamen confiteri non modicum erubesco. Jam causam tantorum malorum inuenio ꝙ plus latuit agnosco. Bernardus. in meditationibus. Cor meum miserum dum futurum non curauit gaudium: nec diuinum quesiuit consilium a seipso fuit elongatum. τ in amore terrestrium occupatum. Cumq3 elapsum fuit ab illis τ inuolutum in istis vanitas ipsum recepit: Luxuria polluit: curiositas abduxit: cruciabatur inuidia torquebatur iracundia diuidebatur auaritia: anxiebatur accidia: sicq3 immergebatur omnibus vitijs: quia vnu3 bonum ꝙ sibi sufficere potuit dereliquit: abeat ergo mitissime deus in obliuione3 coram te omnia mala consumpta mea tempora: τ concede vt hoc mei temporis residuum forte nimis breue τ momentaneum sit tibi honorificum mihi fructuosum τ proximo hedificatiuū: Jam pijssime deus propter magnitudinem damni quod infelix τ misera miserabiliter incurri: video τ cognosco quod meipsum τ peccatum meum sufficienter vt merui plangere non valeo si tanta debet esse non immerito peccati dete

ſtatio. Homo ad animam. O Anima ſi ꝓ
te vt aſſeris non potes: nec ſufficis delictū
tuum deplangere: neceſſe habes te ad ali-
quem ſanctoꝛum conuertere. An ignoꝛas
quia ſecundum Bernardum ſecurum ha
bes acceſſum ad deum: vbi matrem habes
ante filium: filium ante patrem. Mater
pꝛo te oſtendit filio pectus ⁊ vbera: filius
patri latus ⁊ vulnera. Putas ꝙ vlla pote
rit eſſe repulſa: vbi tot caritatis indicia ſunt
In periculis igitur ⁊ in anguſtijs ac in re-
bus dubijs: mariam cogita: mariam inuo
ca: non recedat a coꝛde tuo: nō diſcedat ab
oꝛe tuo. Ipſam ſequens non dimittas: ip-
ſam rogans non deſperes. Ipſa tenēte non
coꝛruis: ipſa pꝛotegente nō metuis ipſa du
ce non fatigaris: ipſa pꝛopicia veniam per
uenis. Anſelmus dicit. Dic igitur. O ani-
ma cum magna mentis fiducia. O domi-
na ſi tuus filius per te factus eſt pater mi-
hi nonne tu per ipſum facta es mater mea.
Exultabo igitur ⁊ letaboꝛ: quia quicquid
iudicabitur de me pendet ex ſententia ma
tris ⁊ fratris mei. Anima. Cum peccaui i
matrem: matrem offendere non potui ſi-
ne iniuria filij. Quid ergo. O homo faci-
am. Quis me reconciliabit filio inimica
matre. Quis mihi placabit matrem irato
filio. Homo. O anima non dubites ſi am-
bo ſunt offenſi: ambo ſunt dementes: am-
bo pijſſimi. Cōfugiat ergo reus iuſti dei
ad piam matrem. Refugiat reus offenſe
matris ad benignum filium ⁊ dicat. Deus
qui factus es filius femine pꝛopter miſeri-
coꝛdiam. Femina que facta es pꝛopter mi-
ſericoꝛdiam mater dei: aut miſeremini mi-
hi impie peccatrici: aut oſtendite mihi ma
gis miſericoꝛdem ad quem ego miſera cō
fugere valeam. Hec Anſelmus. Anima.
O homo ꝗ̄ ſanum conſilium tuum. ꝗ̄ cō
ſolatiuum eſt mihi miſere verbum tuum:
quia quando peccatum meum recte aſpi-
cio: tunc inuenio: tunc agnoſco: ꝙ elemen-
ta per peccata mea polui: celos inquinaui
aſtra celi obfuſcaui: damnatos in inferno
cruciaui. Sanctos in celo perturbaui. an-
gelos mihi ad cuſtodiam deputatos irre-
uerenter pertractaui: vnde ab omnibus
his auxilium petere pertimeſco. Et quia
iuſti iuſte mihi indignati ſunt: ad ipſos con
fugere non pꝛeſumo. Homo. O anima ni
mia eſt trepidatio tua quamuis placida:
ſit humiliatio tua. An ignoꝛas ꝙ multi ſan
cti peccauerunt qui qualiter nobis peccan
tibus miſereri debeant in ſuis magnis pec
catis didicerunt. Cogita moyſen pꝛophe-
tam eximium de diuina potentia deſperan
tem. Cogita Dauid regem ſanctiſſimum
contra diuinam legem adulterio ⁊ homi-
cidio peccantem. Agnoſce ſalomonem ſa-
pientiſſimum ydola vana adoꝛantem. Co
gnoſce manaſen regem iniquiſſimum qui
pluſquam omnes reges Iſrael peccaue-
rat qui dicebat peccaui ſuper numerū are
ne maris ⁊ non ſum dignus videre altitu-
dinem celi pꝛe multitudine iniquitatis mee
hos ſemper cogita veniam impetrantes:
Sed quid plura cogitaſti de ſanctis vete-
ris teſtamēti. Cogita modo ⁊ aduerte pau
cos de nouo teſtamento: vide mattheum
ſedentem ad Tholoneum peccatoꝛem ⁊
publicanum aſſumptum in diſcipulum. Vi
de paulum lapidantem ſtephanum ⁊ ele-
ctum in apoſtolum. Vide petrum chꝛiſtū
abnegantem: ⁊ mox veniam impetrantem
vide militem chꝛiſtum crucifigentem: ⁊ ta
men de diuina miſericoꝛdia pꝛeſumentem.
Poſtremo cogita. O anima ꝙ illa famo-
ſa peccatrix ⁊ immunda Maria magda-
lena facta eſt ſingularis: ⁊ ſpecialis chꝛiſti
amatrix. Omnis ꝙ ⁊ quod modo regnant
cū deo olim ſicut nos peccauerunt: vel ſal
tem peccaſſe potuerunt ſi eos diuina gra-
tia: vel dementia non pꝛeſeruaſſet. Quia

cui donatum est penitus non peccare: non est hoc nature humane: sed diuine gratie.

Anima.

Iam nunc secure prophetas et reges implora audacter martires et apostolos inuoco. Confessores: virgines: et viduas: cōstant interpello. Sed tamen pre omnibus his sacratissimam dei genitricē mariam confidentius adorabo. Bernardus. Scio enim q tam dulcis pia et suauis est maria: q nec nominari non potest quin accendat: nec cogitari: quin recreat affectū diligentium se. Hec est illa que salutem omnibus impetrauit obtinuit: et totius mundi reparationem inuenit. Anselmus. O femina mirabiliter singularis et singulariter mirabilis per q̄ elementa renouantur infirmi medicantur homines saluantur. Angeli reintegrantur. O femina gratia plena de cuius plenitudinis habentia: respersa reuiuiscit omnis creatura. O benedicta genitrix vite inuentrix gratie: mater salutis per te accessum habemus ad filium tuum: vt per te nos suscipiat: qui per te datus est nobis. Excuset apud ipsum integritas tua culpā corruptionis nostre. Humilitas tua deo grata. O beatissima veniam impetret vanitati nostre. Copiosa caritas tua nostrorū cohoperiat multitudinem peccatorum. Et fecunditatem gloriosa felicitatem nobis cōferat meritorum. O benedicta per gratiā q̄ inuenisti per misericordiam q̄ peperisti per prerogatiuā q̄ meruisti: fac vt qui mediante te dignatus est fieri particeps miserie nostre te intercedente nos faciat: particeps glorie sue.

Qualiter anima reformata sit per gratiam. hec. Bernardus. Homo.

Iam mihi vt existimo: o anima aliqualiter meritorie auertisti radium contemplationis ad videndum qualiter formata sis per naturam et quomodo deformata per culpam auerte: nunc radium tuum. iam vt spero per contrictionem depurata ad intuendam qualiter sis reformata per gratiam. Scire tamen debes q quāto perfectius per contrictionis lauacrum caligo mentis detergitur. tanto lucidius diuine reparationis beneficium speculatur. Peccatum enim secundum Augustinum sunt tenebre quibus intellectus obtunditur et interior homo totus obtenebratur: vnde necesse est: vt tanto sollicitius mentales oculi a peccati tenebra per compunctionis lachrimas continue epurgentur quanto amplius per hanc contemplationis radius obtenebratur. Iam igitur anima in affectionibus serenata: dirrige radium contemplationis ad intuendum quam profunda dei clementia et q̄ alata dei sapientia q̄ q mira dei potentia: sis per gratiam reformata. Considera primo qualiter per beneficium redemptionis te: a peccato originali liberauit. An ignoras quod per peccatū originale eras bonis naturalibus et spoliata spiritualibus potestati principis tenebrarū subiugata a patria tua repulsa et alienata: vnde secundum Bernardum. Singularis maiestas mori voluit: vt viueremus. Sibimetipsi: vt regnaremus exulare: et vt repatriaremus. Et ad vilissima opera inclinatus est vt nos constitueret super omnia opera sua venit enim filius hominis querere et saluum facere q perierat. Venit vt te superbum humiliaret. Gregorius in registro. Ad hoc vnigenitus. Dei filius formam infirmitatis nostre suscepit ad hoc nō solum visibilis. Sed etiam despectus apparuit ad hoc contumeliarum ludibria illu

sionum probra passionuȝ tormentaꝫ tollera uit: vt superbum non debere esse homineȝ doceret humilis deus. Augustinus. Omnia bona terre contempsit deus vt contemnenda monstraret. Et omnia terrena mala sustinuit: vt sustinenda doceret: vt neqȝ in illis quereretur felicitas neqȝ in istis timeretur aduersitas: venit secundo: vt te patri reconciliaret. Augustinus. Cum inimicus esses patri: ego reconciliaui te. Cum longe esses: ego veni vt redimerem te. Cum inter montes ⁊ siluas errares quesiui te: inter lapides ⁊ ligna īueni te. In humeris meis portaui te. patri meo reddidi te. Laboraui sudaui caput meum spinis exposui manus meas clauis obieci. Lancea latus meum aperire permissi. Sanguinem meum pro te fudi tot ⁊ que non dicam. Iniurijs ⁊ asperitatibus lanceatus sum pro te. Sed heu propter peccatum tuuȝ te diuidis a me venit tertio vt venditum recuperaret. Augustinus. Adoremus admiremur: gratulemur. Amemus laudemus. quoniam pro redemptoris nostri mortem: de morte ad vitam: de tenebris ad lucem: de exilio ad patriam: de corruptione ad incorruptionem: de miseria ad gloriam: de luctu ad gaudiuȝ: vocati sumus. Gregorius nazanzenus. O mira ⁊ inaudita permixtio qui creator est: fit creatura qui immēsus est capitur qui diues est ī omnes pauper efficitur. Suscepit imaginem carnis mee: vt imagineȝ qȝ fecerat repararet vt carnem mortalem immortalitati donaret. Hec ille. Expergiscere nūc. O aīa mea respice ī faciē xpi tui. Vide faciē illā quōdā splēdore luminosam: nūc ꝑ te vellatā ꝯtra claritatē. Decore speciosam: īflatā ꝯtra speciositatē. Dulcore gratiosā cō sputam contra gratiositatem. Amore desiderabilem: abhominabilem contra desiderabilitatem: vide nunc. O anima mea: ī ira ⁊ inaudita prodigia ⁊ considera diligenter que fecit deus super terram. Deus illudit vt honoretis. Innocens flagellatur vt consoleris. Iustꝰ crucifigit: vt liber eris: Agnꝰ immaculatus occiditur: vt epuleris. Sanguis ⁊ aqua de latere lanceati emanauerūt vt potieris. Respice igitur in principium redemptionis placans offensam preuaricationis. Aspice exempluȝ informationis presentans āminiculum sanctificationis. Inspice auxiliū ꝓtectionis reserans ianuam īcarcerationis. Suscipe ꝑmiū retributionis cō ferrens grāȝ iustificationis. Aspice O aīa delicata ꝯtemplando assidue ⁊ fac īmittando ꝑfecte: ꝫm exēplar cōsumate iustitie: qđ tibi ī monte monstratū ē. hoc ē ī christi gloriosissima passiōe. An nō cōsideras ꝙ delicijs corporalibus es tuas: ⁊ xps dñs tuus rex tuus sponsus tuus magister ⁊ amicꝰ tuus affigit oī genere penaꝝ ⁊ oī pte sensuum ab oī stat hoīum. Rex illuxit. Preses iudicauit. Discipulus vēdidit. Apostoli reliquerūt: pontifices scribe ⁊ farisei tradiderunt. Gētiles flagelauerūt: ⁊ turbe ꝯdēnauerūt ac milites crucifixerūt. Bernardus. Caput illud āgelicis tremebūdū spiritibus densitati spinaꝝ pūgit. Facies pulchra pre filijs hoīum sputis iudeoꝝ deturpat. Oculi lucidiores sole caligant ī morte. Aures q̄ audiūt angelicos cātus audiūt peccatoꝝ insultꝰ. Os ꝙ docet angelos felle ⁊ aceto potat. Pedes quoꝝ scabellū adorat q̄m scm̄ ē cruci clauo affigunt. Manꝰ q̄ formauerūt celos sunt ī cruce extēse ⁊ clauis affixe. Corpꝰ verberat. Latꝰ lācea ꝑforat. Et qđ plura. Nō remāsit ī eo aliqđ liberꝝ nisi sola lingua: vt ꝓ peccatoribꝰ exoraret mater discipulo cōmendaret. O fidelis aīa saluator noster nullis aduersantiū hostiū temptamentis potuit a nostre salutis cura reuocari: sed quomodo eius nobis ostendit emulatio eo grauior nos si hanc spernimur: sequitur dānatio. Aīa. O hō iam diu tacui quia que preposuisti cum gaudio pariter ⁊ luctu deuota mēte recepi. Gaudens igi-

tur gaudebo in domino quia tantuȝ me di
lexit ꝙ vnigenito suo filio non pepercit.
O inextimabilis dilectio charitatis vt an-
cilla: immo nec nomine ancille dignam re-
dimeres filium tradidisti. O domine iesu
christe qui propter me tibi non pepercisti
cor meum tuis vulneribus ita sautia: ⁊ mē
tem meam ita tuo sanguine inebria vt quo
cunqȝ me vertam: semper te videam pro
me crucifixum: ⁊ quicquid inspexero mi-
hi appareat tuo sanguine rubricatum vt
sic totus in te tendens nil valeam preter te
inuenire nil nisi tua vulnera intueri: hec
mihi sit consolatio tecum mi domine cruci
figi ⁊ mihi sit intima afflictio aliquid pre-
ter te meditari. Hugo de sancto victore.
Nulla dilectio maior: nulla charitas since
rior: nullus amor fortior q̄ȝ qđ mortuus
est pro me innocens nihil inueniens in me
ꝙ amaret: sed heu quotiens hunc mira cir
ca nos pietatis dignationem aduerto de
nimia ingratitudine mea modicum non cō
fundor ⁊ erubesco. Homo. Hugo de ara
anime. O anima dereliquisti sponsum tu-
um prostituisti amatorem tuum: pro tantis
beneficijs grantias non egisti: quia vt recu
saret te illuc vnde cecideras ipse descende
re dignatus est: ⁊ pie pati quod tollera-
bas Cogita ergo quantum diligat te ꝙ nō
nisi moriēdo a morte vult liberare te. Un
de o anima mea quanto magis beneficia
redemptoris recognoscis digniora: tanto
magis peccata ingratitudinis sunt deterio
ra. Uide ergo ne sis ingrata cui tanta be-
neficia sunt collata. Magnum eniȝ pecca
tum est ingratitudo. Quia secunduȝ Ber
nardum. Ingratitudo est quasi ventus
vrens ⁊ siccans riuulos diuine nature: fon
tem clementie ⁊ fluenta gratie. Attende igi
tur o anima mea frequenter volue ⁊ re-
uolue in mēte diligēter illud horribile ver
bum quod contra ingratos profertur in

persona saluatoris dicentis. Bonauentu-
ra in tertio sententiarum. O anima vide
quanta pro te patior: ad te clamo qui pro te
morior. Uide penas quibus afficior. vide
clauos quibus confodior. Audi imprope
ria quibus confundor: sed cum sit tantus
dolor exterior: cruciatus tamen interior est
grauior: cum te ingrata experior. Et alibi.
Bernardus. Contra ingratos in persona
christi inuehitur dicēs. Populus meus qd
feci tibi: aut in quo molestus fui tibi respō
de mihi. Quid cause ē ꝙ inimico meo ma
gis seruire libet q̄ȝ mihi. Attende ꝙ ego
sum qui creaui te. Ego omnibus bonis di
taui te. Et si hec modica videntur ingratis
Ego preciosissimo sanguine meo redemi
te. Eya anima mea non recedant hec a cor
de: non discedant ab ore tuo: semper grati
as age: nunq̄ȝ cessa vnigenitum dei filium
pro tantis donis benedicere ⁊ magnifica-
re: sit tibi dilectus pro his omnibus tanq̄ȝ
fassiculus mirre in corde: tanq̄ȝ iubilus in
mente: laus in ore: melos in aure. Anima.
Jam diuitijs continere me nō valeo. Dic
queso: quid retribuam domino pro omni-
bus que retribuit mihi. Homo. O anima
sicut dicit Bernardus in meditationibus
Totam tuam vitam debes huic non imme
rito qui vitam suam pro te posuit: ⁊ crucia
tus duros sustinuit ne tu cruciatus eter-
nos sustineres. Quid tibi durum esse pote
rit cum recordatus fueris: qđ ille speciosus
forma dei pro te voluit crucifigi. O q̄ȝ in
debita miseratio q̄ȝ inopinata dilectio: q̄ȝ
stupenda dulcedo regem glorie pro despe-
ctissimo vermiculo crucifigi. O q̄ȝ dulcis
amicus: o q̄ȝ fortis auxiliator: o q̄ȝ prudēs
consiliator. Anima. Bernardus. O homo
fateor ⁊ vere cognosco si essent in me oēs
vite filiorum Adam: omnes dies seculi: ⁊
oēs labores hoīuȝ: qui sunt fuerūt ⁊ erunt
nihil esset i comparatiōe illius ꝙ sponsus

meus pro me sustinuit qꝫ pro peccatis meis
filius dei tolleravit. Nota Cum ergo dona
uero ei quicquid sum: ⁊ quicquid possum
non erit sicut stella ad solē sicut stilla ad flu
uium ⁊ sicut puluis ad mentem. Homo.
O anima quia iam considero qꝫ depura-
ta contemplationis gratiam diuine redem
ptionis qua te a peccato originali sponsus
tuus te liberauit agnoscis adhuc modicum
pro deo incipiam: ⁊ tibi ad cumulum diui
ne miserationis qualiter per ipsuz a pecca
to actuali liberata sis ostendam Conuerte
igitur radium contemplationis ad benefici
um iustificationis ⁊ considera domini dei
tui gratiam: quam paterne per occultam i
spirationem te a peccato reuocauit. Quaz
dulciter ⁊ amicabiliter alloquendo per in
ternam alloquutionem te vocauit dicens.
Reuertere: reuertere sunamitis. i. anima
per peccatū misera effecta captiuata ⁊ mor
tificata. Reuertere ī quit ad me. O anima
Ego creator tuus sum. Reuertere ego re-
demptor tuus suz: Reuertere ego tuus cō
solator. Et si hec modica videtur reuertere
vltimo: quia ego sum tuus liberalis remu-
nerator. Reuertere ego sum qui te tam no
bilr̄ creaui. Reuertere ego sum qui te taz
misericorditer per mortem meam de mor-
te eterna liberaui. Reuertere ego sum qui
te spiritualibus ⁊ corporalibus tam multi-
pliciter dictaui. Reuertere vltimo o ani-
ma ego sum yesus qui te iam preparatam
felicitatem taz liberaliter remuneraui. Re
uertere inq̄z a peccato cogitationis: a pec
cato loquutionis: a peccato actōnis: ⁊ a pec
cato assuefactiōis. Reuertere ad me o ani
ma te sancti cum magno desiderio aspectāt
te id tuum aduentum angeli exultant. Re
uertere vocat te expansis manibus in cru
ce iesus christus. Reuertere tuum aduen-
tum prestolantur totius trinitatis abissus.
O anima hec vox fuit si bene recolis dile-
cti inustantis. Aduerte nunc que fuerit lon
ganimitas expectantis. O quanto tempo-
re tuum aduentum expectauit. Heu quan
to tempore te in peccatis tuis tollerauit. O
quot ⁊ quanto ante tuam conuersionem in
peccatis damnauit. Et te semper peccantē
misericorditer expectauit. Reuertere ad-
huc: o aïa christus in cruce te expectās ha
bet caput inclinatum ad te peccatricem im
mundā deosculandam: hꝫ brachia extensa
ad amplexādū. Manus apertas ad remit
tendū. Corpus extensum ad se totū impen
dendū. Pedes affixos ad cōmanendū la-
tus apertū ad te in illud intromittēdū. Esto
ergo o anima iam colūba nidificans in fo
raminibꝯ petre in cauernis macerie paruo
la manꝯ paruola pede inuola lateri ibi tua
reqēs ibi secura qēs hec Bernardꝯ: Ugo
de sancto victore. Hic ergo o anima si di-
gne posses quot ⁊ quales i tui comparatio
ne abiecti sunt qui tibi datam gratiam con
sequi nō meruerūt. Elegit ergo te ⁊ preele
git sponsus tuꝯ. Elegit te de omnibꝯ assum
psit ex omnibꝯ amauit ꝓ omnibꝯ. An igno
ras quam feda prius fuisti quam poluta ⁊
desoluta priꝯ extitisti. Ipse te lauit lauacro
regenerationis pauit cibo dulcissimi corpo
ris. Ipse tibi dedit vestimenta virtutū q̇bꝯ
nuditatem tuam tegeres: ⁊ te adornares.
Ipse contulit aromata bonorū operū q̇bus
fetorem peccati effugares. Dedit speculuz
scripturarꝫ in quo speciem tuā agnosceres.
Homo. O anima vidisti longanimitatē ex
pectantes: iaꝫ nūc ꝯuerte radiū contempla
tionis ad benignitatem iustificantes ⁊ cogi
ta diligenter: vnde tibi post ħ omnia tam i
estimabilis gratia: vt eiꝯ merearis esse spō
sa in queꝫ desiderant angeli ꝓspicere. Ber
nardus: Quid ergo retribues domino ꝓ
omnibꝯ q̄ retribuit tibi. Tribuit enim tibi
sis socia mense: socia regni: socia thalami vi
de q̇bꝯ brachijs a te sit amplexandꝯ q̇bꝯ la
bijs deosculandꝯ q̄ te tantam estimauit: vt
te suo sanguine redimeret ⁊ propter te son

nū mortis exciperet. Anima. Fateor ⁊ iam recognosco experior ⁊ intelligo me multa plura his a deo meo recepisse: ꝫ ꝓ his oibꝰ nihil dignū bn̄ficijs tātis deo meo retri buisse. Bernardꝰ. Misericordias dn̄i in eternū cantabo q: septē misericordias ī me factas ꝯsidero ꝑ quas suā īestimabilē pietatē euidētissime recognosco. Primo qđ a m͞ltis peccatis me ꝯseruauit. Scđo qđ me peccātē nō statim dānauit: ꝫ me ꝓlungātē iniq̄tatē ipse ꝓlungauit pietatē. Tertio ꝙ cor meū mutauit: vt fierēt dulcia: que prius fuerāt amara. Quarto qđ me penitētē mi sericorditer recepit. Quinto ꝙ ꝯtinendi ⁊ emēdādi mihi virtutē ꝑstauit. Sexto ꝙ de dit mihi grāꝫ ꝓmerēdi. Septimo qđ mihi tribuit spē obtinēdi. Anima. Dic iam. O homo ꝑꝑ diuinā clemētiā q̇d ꝓ his oibus dn̄o meo retribuā ne fiā idigna ꝑcipiēdis si igrata fuero de ꝑceptis. Quid retribuaꝫ ergo dn̄o nisi ꝙ diligā ⁊ grās agā cōfiteor ⁊ laudē dicā nomini suo bn̄dicto qm̄ tā pa ratꝰ ē mihi dimittere mala ⁊ tā inestimabi lia ꝯferre bona grā eius debito ꝙ peccata mea quasi glaciē soluit grē eiꝰ debito q̇cū qꝫ mala nō feci: ⁊ ideo oia mihi reputo di missa q̇cūqꝫ a me ipso duce nō sunt cōmissa. Homo. O aia scio qđ q̇cquid dilectꝰ tu us ꝯtulit ꝑꝑ te q̇cquid sustinuit totū in cari tate ꝑpetua: qua te dilexit ꝯsumauit. vnde si cut estimo: nec melius: nec decētius quaꝫ ꝑ dilectionē retribuiꝭ: Qđ ex sola dilectionē ꝯdonaꝭ. Aia. Eia mi dn̄e deus si hec ita se hn̄t q̄ꝫtū ego īfelix ⁊ misera deberē diligeꝭ deū meū q̇ me creauit cū nō eram redemit cū pieram ⁊ de multis ꝑiculis liberauit me Qn̄ errabā reduxit me. qn̄ ignorabā docu it me: qn̄ peccabam corripuit me. qn̄ ꝯtrista bar ꝯsolatꝰ ē me. qn̄ steti tenuit me. qn̄ ceci di erexit me: qn̄ iui duxit me. qn̄ veni suscepit me: hec ⁊ multa alia fecit mihi deus de q̇bꝰ dulce erit mihi: semꝑ loq̄: semꝑ cogita re: semꝑ grās agere: vt ꝓ oibus beneficijs

suis possim eū laudare ⁊ amare. Cū.n. cun ctis sit ꝑ̄sidens singulos iplens vbiqꝫ pn̄s ꝯctoꝝ curā agēs: ⁊ tā singulis q̄ꝫ oibꝰ ꝑ̄ui dens tn̄ sic totū ad custodiā meā sic occupa tū video quasi oium oblitus fuerit: ⁊ mihi soli itēdere velit: sic eni mihi pn̄tem se exhi bet ⁊ semꝑ se paratū offert si me paratā in uenit. Et quocūqꝫ me verto nō me deserit: nisi ego prius deserā eū: nec ꝓ oibus ꝙ illi retribuā hēo nisi tm̄ vt diligā: Hec augu. de spū ⁊ anima. Bernardus. O bone iesu quotiēs post imensas ⁊ inumerabiles lachrimas quotiēs post varios singultꝰ ⁊ ge mitus me sauciatū ⁊ iā pene desꝑantē vnxi sti vnctiōe misericordie tue ⁊ oio pene defi ciētē excepisti gaudētē: nec dereliq̄sti de ve nia ꝑ̄sumētē. ꝫ sup ħ oia mihi bone yħu te amabilē nō imerito reddit calix passiōis q̄ꝫ bibisti opꝰ nostre redēptiōis qđ suscepisti. Hoc eni ē qđ totū amorē meū vēdicat sibi hoc ē ꝙ meā deuotionē blandicijs allicit ⁊ ītimis stringit ⁊ vehemētius afficit. Et eni vbi te humiliasti vbi te naturalibus radijs exuisti vbi caritas plus effulsit grā āplius radiauit: ħ Bernar. Adiuro vos iquit aia i cāticis. Filie ierusalē: vt si iueniretis dilectum nūciate ei q: amore eiꝰ langueo. Ber nar. Nō apit aia quē diligit q: pn̄tē oibus credit q̇ đ corde suo nūquā recedit. Augu. Amo te dn̄e ⁊ ipatiēs est amor: nec lachri mis cedā donec amori deꝭ qđ amaꝭ nihil eius mesticiā ꝯsolaꝭ quousqꝫ nō aspiciꝭ ꝙ desideraꝭ. Aia. Sed nūquid o homo ille te neꝭ deū diligere qui se gaudet talia qualia: ego cōmissi minime cōmisisse. Homo. O aia nō te q̇sq̄ꝫ irrideat ab eo egrā sanari: a quo ꝑ̄stitū ē: vt non egrotare vel forsitā: vt maiores labores euitaret: ⁊ ideo deū timeꝭ imo re vera āpliꝰ diligat: q: me videt ꝑ eū tātis peccatoꝝ meoꝝ langoribꝰ exui ħ. Au gu. i libro ꝯfessionum. Hieronimus. Sine amore charitatis q̄ꝫuis q̇sqꝫ recte credat ad beatitudinē ꝑuenire nō pōt. Quia tāta est

virtꝰ caritatis vt ēt ꝓphetia ⁊ martiriū sine
illa nihil esse credat. Nullū premium cari
tati compensatur. Caritas enim omniū vir
tutum optinet principatum. Augustinus.
Da mihi te deus meꝰ: redde te mihi amo
te: ⁊ si parum est amez validius non pos
sum metiri quantum desit mihi amoris tui:
Ut currat anima mea in amplexus tuos:
nec conuertatur donec abscondatur in ab
scondito vultus tui: hoc tamen tibi dico: qꝛ
male mihi est preter te hoc totum: ⁊ omnis
copia que deus meus non est mihi egestas
est. Anima. Nunc ergo: o homo: quia pro
his omnibus dilectorez meum: vt dixisti di
ligere debeo. Dic queso quantuz: aut quo
modo diligam quatenus sibi: vicissitudinez
tante dilectionis rependam. Bernardus
homo. O anima quamvis causa diligen
di deum: deus est: Modus vero diligen
diꝰ eum est: sine modo diligere. Possumus
tamen modum aliquem ex ipsis sacre scri
pture locis inuestigare. Ipse enim qui dile
ctionem tribuit modum diligendi ostendit
quando dixit. Diliges dominum deum tu
um ex toto corde tuo: ⁊ ex tota anima tua: ⁊
ex tota fortitudine tua. Dilige igitur anima
amore singulari deum patrem qui te taz no
biliter ex nihilo creauit. Deum filium qui
te tam inextimabiliter pro te moriendo re
formauit. Deum spiritum sanctum qui te
tam misericorditer ⁊ tam dulciter sepius
consolando a peccato preseruauit ⁊ in bo
no confortauit. Dilige igitur deum patrez
fortiter. Ut nullo amore periculose vinca
ris. Deum filium sapienter. Sic nullo alie
no amore dolose seducaris. Deum spiritū
sanctum dulciter: vt nullo alieno amore vi
ciose inficiaris. vel aliter secundum Ber
nardum. Disce a christo. O anima christia
na quemadmodum debeas diligere chri
stum. Dilige dulciter prudenter: ⁊ fortiter
Dulciter vt amore illius omnis amor ali
usꝰ tibi vilescat: ⁊ ipse solus sit tibi i ore mel
in aure melos in corde iubilus. Dilige pru
denter: vt amor tuus in eo solo: ⁊ nō in alio
nullo continue inardescat. Dilige fortiter:
vt tua fragilitas omnia dura ⁊ aspera gau
denter pro ipso sustineat: vt dicas. Labor
meus vix est vnius hore ⁊ si amplius est
non sentio pre amore. Jeronimus. Ita chri
stianus per amorem in christum iugiter in
tendat: vt omnia libenter propter christum
sustineat donec ad ipsum perueniat. O Ani
ma semper in mente tua perscruta qꝫ dul
citer christus te dilexit in incarnatione quaz
prudenter in ꝯuersatione qꝫ fortiter in pas
sione. Nulla dilectio maior: nulla charitas
sincerior: nullus amor fortior mortuus est ꝑ
te innocens nihil in te inueniens quod ama
ret. h Ego. anima. Dic q̄so: O homo sal
ua reuerentia non ex curiositate: sed ex hu
militate non ex presumptione: sed potius ex
deuotione interrogo te. Et quicquid est qꝺ
amo cum deum meū amo. O anima si tua
questio esset presumptuosa: nimis esset vi
tiosa: sed quia ex deuotione originatur de
uotam responsionem meretur. Audi quid
dicit ille magnus dei amator. Augustinus
in libro confessionum. Cum deum inquit
amo non amo speciem aut decus non tem
pus non candor ē lucis istis amicuū oculis
non dulces melodias non vnguenta suaui
ter redolentia: non māna: non mella: non
membra carnis amplexibus acceptabilia:
non hec amo: cum deum amo. Sed quid
amo: Amo lucem quandam: quandam vo
cem quendam odorem quoddam cibum
quēdā amplexū hominis iterioris mei vbi
fulgēt aīe qꝺ nō capit locꝰ: vbi sonat qꝺ nō
capit tp̄s: vbi redolet qꝺ nō spgit flatꝰ: vbi
sapit qꝺ nō minuit edacitas: vbi heret qꝺ
diuellet sacietas. Anima. Dic q̄so homo
vel paululum de charitatis virtute: qua co
gnita ad diligendum deum: fortius ani
mus inardescat. Homo. Re vera. O ani
ma caritatis fructus magnꝰ est: sed occultꝰ

Ipsa.n.ꝫm Augustinū in aduersitatib⁹ tol
lerat in prosperitatib⁹ temperat. In passio
nibus est fortis in bonis operibus ylaris.
In temptatione tutissima in hospitalitate li
beralissima. Inter bonos fratres letissima.
Inter falsos patientissima:ipsa inter obpro
bria secura:īter odia benefica:īter iras pla
cida:inter insidias īnocens:in iniquitate ge
mens:in veritate respirans. Hec augustin⁹
de laude caritatis. O amor ex quo omnis
serenitas morum.puritas affectionū:subti-
litas intellectuū sanctitas desideriorꝫ clari-
tas operꝫ fecunditas virtutū dignitas meri
torꝫ sublimatio premiorꝫ. O dulcedo amo
ris:o felix amor dulcedinis:comedat te cor
meū:ꝛ nectare tuo repleanꞇ viscera anime
mee. Bernardus. O anima q̄ꝫ dulcis est
cib⁹ caritatis.qui fessos alleuat:debiles ro
borat mestos letificat. Jugū nanqꝫ caritatis
ferre:leue est ꝛ onus eius suaue. Idē. Fa-
teor dn̄e non sustineo pondus diei ꝛ estus:
sed iuguꝫ suaue:ꝛ.onus leue porto. Opus
n.meū vix est vnius hore:ꝛ si plus est non
sentio pre amore:Sꝫ q̄d plura. Ugo de san
cto victore:Tanta ē vis amoris:ꝙ necesse
est vt te taleꝫ p̄beas quale est illud ꝙ amas
ꝛ cui per affectū cōiungeris in ipsius simi-
litudine ipsa quodāmodo societate transfor
meris. Anima. Jam video q̄m miser ē om
nis amicus meus cuius amicitia in rebus
temporalibus:que cū labore acquirunꞇ cū
labore ꝛ timore possidentur:ꝛ cum dolore
amittunꞇ. Augustin⁹. Sed beat⁹ qui amat
te domine ꝛ inimicū propter te ꝛ amicū in
te. Solus.n.earꝫ amittit cui omnes in te ca
ri sunt. Te vero nemo amittit nisi qui dimit
tit. Qui autem te dimittit quo vadit nisi a
te placido ad iratū. Idem. O caritas q̄ sem
per ardes ꝛ nunq̄ꝫ extigueris. Caritas de
us meus accendere me iubeas:vt amē te.
Da quod iubes ꝛ iube quod vis. Jubes
certe vt contineant se homines a concupi-
scentia carnis a concupiscentia oculorum ꝛ
ambitione seculi. Augu. Minus te dōmi-
ne amat qui aliquid tecū amat: ꝙ propter
te non amat. O homo amemus christum ꝛ
eius inherere queramus amplexibus:ꝛ fa
cile videbitur omne difficile.

Pars secunda huius operis qualiter ī
stabilis sit mundus ꝛ mundana oppulen-
tia. Homo.

Anima iam vt video re-
cognoscis quaꝫ felix ꝛ q̄ꝫ
beata est que in solo eter
nitatis desiderio ꝑ amo-
rem figiꞇ:q: nec prosperi
tate extolliꞇ: nec aduersi
tate quassaꞇ:ꝛ dum nihil
habet in mūdo quod diligat nihil est in mū
do ꝙ pertimescat. Hec grego.in moralib⁹
Conuerte nūc igiꞇ iam:o anima mea radi
um contemplationis ad ea q̄ sunt iuxta te.
hoc est ad mūdū istū sensibilem: vt ipsuꝫ ꝛ
ea q̄ ī ipso sunt despicias:ꝛ eo despecto am
plius in amore sponsi inardescas. Minus
enim eū amas si aliquid cū eo appetis: q̄ð
propter ip̄m ꝛ in ipso non diligas. Tanto
n.ꝫm grego. Quis ab illo superno amore
disiungiꞇ quanto inferius delectatur:ꝛ ꝫm
glosam super exodū. Quanto quis ab īfe
riorꝫ amore disiungitur tanto a sola eterna
amāda subleuaꞇ. Cetera igiꞇ creatura vile
scat vt creator ī corde dulcescat. Augustin⁹.
Uolue igiꞇ ꝛ reuolue semper:non tantum
ex auditis:sed etiam ex expertis non tm̄ ex
dictis:sed etiaꝫ ex factis q̄ꝫ instabilis sit hu
mana opulentia: q̄ꝫ mutabilis mundana
excellentia q̄ꝫ falsa ꝛ miserabilis mūdana
est gloria. Nō ne ꙩ hic eminet multo plus
merore afficiꞇ q̄ꝫ honorē gaudeat. Bernar
dus. Ecce mūdi huius amatore nūdinas se
culi perambulātes. Alij diuitias:alij hono
res:alij gloriaꝫ querentes. Sed quid de di
uitijs dicaꝫ:q̄ cū labore acqrunꞇ cū timore

possidentur ⁊ cū dolore ammittunt. Quid de honore referā. In loco sublimi positus es. Nūquid non eris iudicandus ab omnibus: lacerādus ab oib⁹. Nunquid in honore sine dolore: in prelatione sine tribulatione: in sublimitate sine vanitate esse poteris: quid de gloria: nūquid aliud ē q̄ quedā inflatio animi: nūquid ⁊ ipsa est sine iuditio. Respice qui antecedis ⁊ cogita quia omnib⁹ inuidie semina prebes. Idem. Totiens angelo apostate simul eē volo quotiens pesse desidero. Hieronymus. Nihil nāqз seculo rebusqз seculi fugitiuis ē: quas cū tenere cupim⁹ amittim⁹. Uidisti imperatores: vidisti prefectos: vidisti exercitus: victorias ⁊ triūphos: fuerūt heri ⁊ cras nō sunt. Heri quasi flos apparuerunt: hodie quasi fenum aruerūt. Nihil itaqз bonum est nisi quod perpetuū est. Hec Hieronymus. Alia. O homo si hec ita se habent qd est q̄ miseri homines querunt dum mundi vanitates appetūt. O quantū excecati sunt qui mundi gloriam querunt. Nōnulli dū quorundam gloriam cernūt magnum aliquid estimāt: atqз vt talia mereant̄ exoptant. Cū vero morientes eos aspiciūt eorū q̄ sit vana gloria cū gemitu fatentur ⁊ dicunt. Ecce q̄ nihil est homo. Hec Gregorius. Homo. O anima carissima ⁊ quid sunt mōdana omnia nisi quedā vana somnia. Et quid profuit superbia aut diuitiarū iactantia amatorib⁹ suis. Transierunt enim omnia tanq̄ vmbra ⁊ tanq̄ nauis que pertrāsijt fluctuantem aquā cuius non est inuenire vestigiū. In malignitate enīз sua consumpti sunt. Heu quāplurimi ⁊ nullus signū reliquerūt: vbi sunt principes gentium: ⁊ qui dominati sunt super terrā: qui argentum thesaurizauerūt: qui ciuitates ⁊ castra extruxerunt. Reges ⁊ regna debellādo deuicerūt: vbi sapiens: vbi scriba: vbi inquisitor seculi: vbi salomon sapientissim⁹ vbi Alexander potentissimus: vbi Assuetus gloriosissimus: vbi Cesar potentissimus: vbi principes inclitī: vbi reges: quid profuit eis inanis gloria: breuis letitia: mundi potētia: magna familia: carnis voluptas diuitie falsitas: concupiscentie suauitas: vbi risus: vbi letitia: vbi iactantia: vbi arrogantia. Ecce generositas sanguinis: pulchritudo corporum: forma elegans: iuuenilis decor: prelia: pallatia immensa: suppellex adde ⁊ mundi sapientiam: de mūdo sunt hec omnia: ⁊ mundus qđ suū est diligit: ⁊ cum mundo non diu subsistunt. Trāsit enīз mūdus ⁊ concupiscētia eius. Bernardus. Tu ergo si recte sapis: si lumen oculorum tecū est: desine sequi que sequi miserum est: que possessa onerant: amata inquinant: amissa cruciant. Tu ergo relinque hec omnia propter eū qui est super oīa. Fuge igitur ⁊ confuge o aīa ad vrbē refugij: hoc est ad vitam religiosam: vbi possis de preteritis malis agere penitentiā: ⁊ in presenti obtenere gratiā ⁊ feliciter prestolari futurā gloriam. Nec te tardet peccatoꝝ conscientia: q: vbi habundauit iniquitas superhabundare ꝯsueuit: ⁊ grati anec ipsa penitentiarū austeritas deterreat. Non enim condigne sunt passiones huius temporis ad preteritā culpā q̄ remittit̄. Hec. Ber. Alia. Iā falsitatem ⁊ instabilitatem mūdi agnosco sed nescio quo vinculo deterrita adhuc ab eo auertere mentem nequeo. Homo. Certe si diligēter o aīa ⁊ prudēter picului tuū qđ de mūdo incurris aduerteres: pculdubio animū tuū a seculi vanitatib⁹ cohiberes. Grauis enīз ⁊ piculosa nimis est mundana ꝯuersatio: q: secundū Bernardū. Periclitatur castitas in delitijs: humilitas in diuitijs: pietas in negotijs: veritas i multiloquio: charitas i hoc neqз seculo. O anima debilis ⁊ infirma: que tam facilis es ad decipiendū: tā pna ad cadēdū: tā difficilis ad surgendū. An ignoras q̄ sicut difficile ē arborē iuxta viā positā fruct⁹ pulcherrimos vsqз ad maturitatē seruare: sic difficile est hominē iuxta seculū viuentē: iustitiaз

immaculatã vsq3 in finem cõseruare. Hec Chrisostom⁹. Ite3 Augu.in epistola. Uincula hui⁹ mũdi habent asperitatem vera3 iocunditatem falsam: certũ dolorem: incertam voluptatem: durũ laborem: timidam quietem: plenã miserie: nullã beatitudine3: inanem spem. O aia si hec in mentẽ porta res mũdũ & ea que in mũdo sunt contẽneres. Bernardus. Et quid ẽ carissima qd diligis: quid ẽ qd appetis: quid ẽ qd i mũdo queris si prelationẽ diligis quid aliud facis nisi q tuã vitã confundis. An ignoras qd monstruosa res est gradus summ⁹ & animus infirm⁹: sedes prima & vita ima lingua magniloqua & man⁹ ociosa: sermo multus: & fructus nullus vultus & actus leuis ingens auctoritas & nutans stabilitas. Hec Bernardus. Sed forte prelationem quidã appetũt: & in ipsa bene viuere & sancte intẽdũt laudo sed iterato quid laudare valeam nõ inuenio vnũ semp timeo qd dicit Gregorius in registro. Ita si regentiũ & subditorũ merita cõueniũt vt sepe ex culpa presidentiũ fiat deterior vita subditorũ & sepe ex merito plebiũ delinquat vita pastorũ. Si sapientiã mũdi queris o quãto pi u lo te cõmittis. Ber. Heu quot & quantos mũdi maledicta sapiẽtia supplantauit & conceptũ in eis diuinũ extinxit spiritũ quẽ vehemẽtius dñs accendi voluit. An ignoras q sapiẽtia mũdi & terre est aialis & diabolica inimica salutis suffocatrix virtutis & mater vanitatis. Hec. Be. Augu. Qui sine saluatore salutẽ vult querere & sine vera sapiẽtia existimat se prudẽtẽ fieri posse nõ san⁹ sed eger: nõ prudẽs: sed stult⁹ & in egritudine laborat assidue. Qui eni3 crescit in scientia & non in bona vita elongat a deo. Tu ergo si sapiens eẽ desideras discas in terris quorũ scientia perseuerat tecũ in celis. Hieronym⁹. Hic studeas qualiter ad ipsu3 peruenias q3 semel vidisse oĩa didicisse est. Anselmus. Hec est illa eterna veritas sine qua oẽs sapere dissipere est. Augustinus. Infelix homo qui scit oĩa alia se autẽ nescit. Beatus aũt qui se scit: & si alia nescit. Si aũt se & alia nouit nõ propter illa beatior s3 propter se solũ beatus. Anselm⁹. Sed fortasse diuitias mũdiales: pompas seculares & delitias carnales anima mea diligis: & propter hoc mũdũ inuite derelinquis: sed attende q3 caduca & fragilia sunt hec. Dic vbi sunt reges: vbi pncipes: vbi omniũ peccatorũ dilectores. Heu timeo q multi ex ipsis exterminati sunt & ad inferos descẽderũt. Quid nũc prodest eis supbia. quid diuitiarũ iactantia. Grego. Nec diuiti obsunt opes si eis bene vtatur. Nec pauperem egestas cõmendabilem facit si inter inopiã sordes peccati nõ caueat: sed adhuc in aia inuenies qd obicias dicens. Mundũ despicio sed amicos & parẽtes & cognatos derelinquere nõ valeo. Friuola o anima est hec obiectio. Bernardus. Fidelis sermo & omni acceptione dignus si impiu3 est contemnere patrem & matrem propter christum piissimũ est. O durum patrem & sceuam matrem: imo nõ parẽtes sed peremptores qui te mallent perire cu3 eis q3 regnare sine eis. Hieronymus. Licet sparso crine scisis vestibus vbera quibus te nutrierat mater ostendat: licet in limine pater iaceat per contẽptam matrem: per calcatum patrem perge siccis oculis & ad vexilla crucis euola. Solũ pietatis genus est in his fuisse crudelem. Crisostom⁹. An ignoras o aia q qui habet iesum hẽt patrem & matrem & oẽ3 amicũ. Quid sequeris mortuos: sequere viuũ & dimitte mortus sepelire mortuos suos. Iã ex verbis tuis o hõ & ex mltis expimẽtis cognosco q ẽt mũdus in seipso aruit: s3 adhuc heu in multorũ cordib⁹ floret: q amaritudies mũdi diligũt fugiẽtẽ sequit: labẽtẽ amplectunt. Dic que ẽ tãte cecitatis rõ. Hõ. O aia an ignoras q tã delicata & tam nobilis es a sponso tuo auctore omniũ pdita que sine dilectiõe eẽ nõ potes. Hieronym⁹ ad Eustochiũ. Dis

ficile est humanã animam nõ amare. Ne cesse est vt mẽs nostra ad quoscũqꝫ traha tur affect⁹. vnde ꝓm Bernardum. Aut in summis aut in infimis delecteris. Igitur ꝓm Gregoriũ in moralibus. Sunt nõnulli qui vitã suã negligũt dũ transitoria appe tunt ⁊ eterna nõ intelligũt: vel intellectu cõ tẽnũt: dolorẽ non sentiũt dũ vulnerat: sunt vnde heu se miseri in bonis esse putant. Exilium quasi patriam diligunt ⁊ in cecita te quasi luminis claritate exultant. Ecõuer so electorũ mẽtes dũ cũcta transitoria quasi nulla conspiciunt ad quid sunt ꝯdite requi runt: cũqꝫ coꝝ affectui nihil extra deũ suf ficiat in sola cõtẽplatione conditoris quie scunt supernis interesse ciuibus appetunt: ⁊ adhuc in mũdo positi extra mundũ fugi unt. Idẽ Gregori⁹ super ezechielẽ. Dulce do viri in reb⁹ humanis: sed eis qui nullã de celestib⁹ dulcedinem experti sunt: qꝛ dum mens humana min⁹ interna itelligit tanto dulcius in tpalibus requiescit: sed siquis iã cordis lingua gustauerit que sit illa dulce do celestium premiorũ: hic quanto dulcius sit qd̃ int⁹ videt: tanto magis in amaritudi nem vertitur oẽ qd̃ foris sustinet. Anima. Nec queso o homo procrastines mihi ali quid de mũdo ⁊ celesti gaudio edisserẽ: q̃te nus vtriusqꝫ natura pfectius cognita vnuꝫ verius despiciam ⁊ ad alterũ assequendũ studiosius me extendã: quia puto vt sicut bonũ non amatur nisi cognoscatur ita ma lũ nõ deuitat nisi intelligat. Homo. O ani ma extimo ꝙ mũdanũ gaudiũ: si tamẽ di ci põt gaudiũ ⁊ nõ potius flagellõ incogni tũ nunq̃ꝫ perfecte cognoscit nisi cũ perfe cte despicit: vnde sicut a perfectis mundi tẽporib⁹ tradit mũdanũ gaudiũ potissime propter quinqꝫ ẽ habendũ. Primo quia vilitatẽ in obiecto: quid enim est seculi leti tia rñdet. Augu. Impunita nequitia luxu riari inebriari comessationib⁹ vacare vani tatib⁹ intẽdere: ⁊ pro his in hac vita nihil mali sustinere. putã eni mali eẽ in delitijs cũ nõ corrigunt pro suis neqtijs: ⁊ ignorãt ꝙ sicut dicit Augu. Nihil ifelic⁹ ẽ ifelici tate peccãtiũ q̃ penalis ifirmitas meret ⁊ mala volũtas roborat. Scd̃o hꝫ deformi tatẽ in subiecto: aia eniꝫ pctis deformata ẽ subiectũ mũdani gaudij q̃ letat cũ male fe cerit ⁊ exultat in reb⁹ pessimis. vñ bñ dicit Hiero. ꝙ ridere ⁊ gaudere in h̃ seculo nõ ẽ factũ hois sensati ꝫ frenetici. Reuera o aia cor mũdũ nõ cũ h̃ seculo imũdo sed cũ deo ⁊ in deo letũ ẽ ⁊ iocũdũ. Tertio hꝫ bre uitatẽ in seipso qꝛ gaudiũ ypocrite ad istar pũcti. ypocrita ẽ hic mũdus cui⁹ gaudiũ ẽ ad instar pũcti: qꝛ nec latũ nec lõgũ nec altũ nec pfũdũ. Augu. sup ioãnẽ. Letitia secu li vanitas ẽ que cũ magno desiderio spera tur vt veniat ⁊ nõ põt teneri cũ venerit. O aia q̃ꝫ breuis: q̃ꝫ fragilis ⁊ q̃ꝫ caduca ẽ mũ dana letitia. breues eniꝫ dies hois sunt q̃ã to hꝫ tristitiã in termino. qꝛ dicũt heu mihi dies suos i bonis ⁊c. in pũcto ad iferna de scẽdũt. Extrema eniꝫ talis gaudij luct⁹ occu pat. Immo o aia si velles discernere tale gaudiũ hꝫ semp tristitiã admixtam in actu suo qꝛ semp necesse ẽ ꝙ psumat sceua per turbata ꝯsciẽtia. An ignoras o aia ꝙ non diuti⁹ pdurat letitia q̃ ẽ in comedẽdo ⁊ bi bẽdo q̃ꝫ durat tristitia q̃ ẽ in esuriẽdo ⁊ si tiẽdo: ⁊ sic ẽ de oib⁹ alijs. Quinto hẽt mi seriã magnã in affectu ꝓprio qꝛ ẽ spũalis gaudij impedimentum. O anima agno sce q̃ꝫ miser hic mundus ⁊ q̃ꝫ miserrimi sunt qui sequuntur ipsum. Semper enim mundana gaudia excluserunt homines a vita beata. Bernardus. O q̃ꝫ vilis: ⁊ q̃ꝫ inutilis est mundana consolatio: ⁊ quod plus est metuẽdũ: qꝛ vere ac sancte ꝯsola nis ẽ ipedimẽtũ. Renuas igit o aia mea in mũdo delectari si vis de dĩ memoria cõ solari. Augu. Cetera creata vilescant vt creator i corde dulcescat. Aia. Mũdũ aspi cio falsaꝫ letitiã verã tristitiam falsam dul

cedinem veram amaritudinem: agnosco ⁊
ob hoc non imerito fm tuum consilium o
homo ipsum conténo: sed quia sicut asse-
ris sine dilectione esse non valeo. Dic que
so quid agam ⁊ quo me convertá vbi dile
ctionem convenienté inveniá. O aīa si te-
ipsam cognosceres perfecte ex tui cognitio
ne mundū ⁊ oīa que in mundo sunt conté
neres ⁊ discere posses: quā consolationē
in tua dilectione affectare nō immerito de
beres. O anima si tu naturam celestem in-
telligeres proculdubio terrenam consola-
tionem abhorreres. Erubesce igitur conso
lari in ceno: qui es ī celo. Erubesce in imis
delectari: qui non potes nisi in summis sa-
tiari. Natura es vt puto celestis ⁊ celestem
consolationé sicut estimo naturaliter: si car
nalis insania permitteret appetis ⁊ requi-
ris. Bernardus. O q̄ȝ dulce ⁊ delectabi-
le esset adiuncto divini amoris condimen
to fm naturá vivere si insania nos permit
teret que sanata statim naturalibus natura
arrideret. Anima. Et quid est proprie secū
dū naturá vivere. Homo. Secūdū naturá
vivere est in terris celestem vitam ducere
ab exterioribus ad interiora redire ab inte
rioribus ad superiora ascendere ⁊ facere
omnia fm nobilissimum qd̄ est in homine
precellens hoc est secundum intelluctum.
Aīa. Potest ne aliquis in terris in hac la
chrymarū valle vitam celesté ducere. Ho
mo. O anima si de meis verbis tanq̄ȝ ho-
minis peccatoris dubitas: audi Augusti-
nuȝ ⁊ apostolū dicentes de hoc. Ecce qd
dicit Augustinus. Cum eternū aliquid per
cognitioné ⁊ amoré capimꝰ méte iá nō in
hoc mūdo sumus. Inde apostolus. No-
stra aūt ꝯversatio in celis é o anima mea.
Puto igit̄ qꝫ verius es vbi amas: q̄ȝ vbi
aīas: qꝛ qcquid diligis ipsa dilectiōe aī in
eius similitudiné trāsformatiōis. Si ergo
celestia cōtéplaris: si celestia diligis quomo
do iá in celis nō cōmoraris: que celestibus
spiritibꝰ vita similaris. Aīa. Heu heu me

infelicem ⁊ miseram miserabiliter iá multo
tpe excecatá que tāto tpe per cognitionem
in temporalibus ⁊ terrenis oberravi: mun
danis ⁊ vilibus me per amoré alligavi: de
quibꝰ paucam cōsolationé: multá amaritu
dinem ⁊ desolationem modicá ⁊ valde exi
lem letitiá sed variá ⁊ sepe magná cordis
tristitiá sumpsi. Dic ergo queso o hō que
est celestis consolatio: si quomodo possem
ad ipsam pertingere in hac vallelachryma
rum ⁊ miserie. Quid est qꝫ in deū meum
invenio cū tam libenter ⁊ faciliter omnia
ꝓpter ipsum conténo: cū dico intra memet
ipsum cū gaudio: deꝰ cordis mei deꝰ pars
mea in eternū. Quid est qd̄ in illa brevissi-
ma hora in dilecto meo degusto cū omnia
dura ⁊ amara ⁊ aspera gaudenter ⁊ hyla-
riter propter ipsum totis viribus sustinere
concupisco: ⁊ dico mihi adherere deo bo
nuȝ est: ⁊ quis me separabit a caritate chri
sti. Homo. secūdū Bernardū. O anima
hec consolatio nihil aliud é q̄ȝ gratia que-
dam devotiōis procedens de spe venie: ⁊
gustu boni lȝ exigui: ⁊ suavissima quedá di
lectio qua benignus deus afflictam recreat
animá qua aīa ad regrediendū invitat̄: ⁊ ad
divinum amorem accenditur veheméter.
Ugo. O anima quid putas est illud tam
dulce ⁊ tam suave qd̄ in recordatione dile
cti devotas aīas tangere solet: ⁊ tá suaviter
afficere: vt iá totaliter a seipsis alienari in-
cipiát. Exhilaratur consciétia ⁊ in obliviōe
venit oīuȝ dolorū memoria: exultat animꝰ:
clarescit intellectꝰ: cor illuminat̄: affectꝰ io-
cundat̄. Iá nesciūt vbi se eé ꝯspiciūt: ⁊ q̄si
amplexibꝰ amoris aliq̄d intꝰ tenét ⁊ nesci-
unt q̄d sit: ⁊ tm̄ totis viribus tenere ꝯcupi-
scunt: luctat̄ quodámō delectabiliter ani-
mus ne recedat ab eo: ⁊ q̄si in eo finé oīuȝ
desideriorꝫ inveniūt. Hec Ugo. Bernar
dus. Nōnunq̄ȝ dn̄e q̄si clausis oculis in te
inhabitanti mittis mihi in os cordis qd̄ nō
licet mihi scire quid sit: saporis equidé sen-
tio dulcediné adeo confortáté: que si perfi

ceretur in me nihil vltra quereré. Nó ne
hoc é cordis iubil'. Grego. Jubil' dicitur in
effabile mentis gaudiū q̄ nec abſcōdi nec
ſmonibus aperiri pōt ſ; tñ quibuſdā mo
tibus aperit: ſ; nullis proprietatibus expri
mat. vnde pſalmiſta. Btūs populus qui
ſcit iubilationé: nō dicit qui loquit ſed qui
ſcit: q: iubilus quidé ſciri pōt in intellectu: ſ;
dicto exprimi nō pōt. Quid putas é o aia
tā dulcis tāq; ſuauis delectatio. Certe hec
eſt conſolatio diuina. Aia. O homo quis
mihi det vt in cor meū pueniat ⁊ malorum
meoꝝ obliuiſcar ac mūdanā ꝯſolationé de
ſpiciā ⁊ a meipſa felicit' alienet. Hō. O aia
magnū é qd̄ deſideras ineſtimabile donu;
eſt qd̄ exoptas: vnde vt extimo humano
ſtudio nō pōt obtineri humano merito vix
pōt promereri: ſed adeo humilibus preci-
bus ⁊ digne diſpoſitis ex ſola diuine pieta
tis condeſcentia vix pōt impetrari. Omne
enim aurū in cōparatiōe illius arena é exi-
gua ⁊ argétū illi cōparatum vile reputabi
tur. Aia. O homo dic rogo qualis debet
eé diſpoſitio qua ordinari debet ad impe-
trandū ⁊ orantis affectio. Hō. De hac ma
teria multū poſſet dici ab expertis ſed in-
expertū me recognoſco qui etiā pauca di-
cere erubeſco: vnde timeo ne ꝯtra me dica
tur. Quare tu enarras qd̄ non deguſtas.
Quare ⁊ q̄; indignus laudas qd̄ ignoras.
Aia. O homo noli timere cū reuerentia ⁊
humilitate que audiſti ⁊ legiſti deuote pro
pone. Multi enim de rebus magnis ⁊ ar
duis alijs propoſuerunt qd̄ nō de propria
ſed de alioꝝ ſcientia didicerūt. Homo. Jā
cū aliquali audatia loquar. Nā ſi vires im
peritia denegat caritas ſubminiſtrat. vnde
ſicut ſentio ſic refero. Puto ſaluo meliori
iuditio. Si vis te ad hanc celeſté dulcedi-
né deguſtādam pparare debes eſſe depu-
rata exercitata ⁊ eleuata. Jn primo hec ce-
leſtis dulcedo odorat. Jn ſecūdo deguſtat.
Jn tertio aliqñ vſq; ad ebrietaté ſumit ⁊

potat. Primo dico q̄ debes eé depurata
a peccatis ab affectionibus inordinatis a
tpali ꝯſolatiōe ⁊ a creaturarū inordinata di
lectione: q: ſm Bernar. Errat oino ſi qs
illā celeſté dulcediné huic cineri diuinum il
lud balſamū huic veneno cariſmata illa .i.
dona ſpūſſancti hui⁹ ſeculi illecebris miſce
ri poſſe arbitrat. Sed poſtq̄; aia a talibus
fuerit depurgata lachrymoſis gemitibus
tūc deguſtabit diuina: quia dignū eſt ſicut
depurata ⁊ doloroſis fletibus dealbata:
dicit Augu. q̄ més illa ſemper in ſe dolo-
res inueniat: que derelictis creatore ſemp
in ſe ⁊ in creatura gaudia querebat. Pul-
chre ét Grego. in moralibus ſuper illo ver
bo anteq̄; comedā ſuſpiro dicit. Comede-
re āt é ſupne lucis ꝯtéplationis paſci. Su-
ſpirat ergo anteq̄; comedat: q: qui ſe i hoc
exilio p deſiderioꝝ celeſtiū laméta nō hu-
miliat eterne patrie gaudia nō deguſtat. A
ſitatis enim pabulo ieiuni ſunt qui in hac
pegrinatiōis inopia letant. ſcdo debet més
eé exercitata in bonoꝝ ppetratione ⁊ i ma
loꝝ ppeſſiōe. Beati eni; qui lugét qm̄ ipſi
conſolabunt: q: quos variatis cibis afficit
eos ipſa ꝯſolatiōis gr̄a paſcit. Bernar. O
quotiens bone ieſu poſt inumerabiles la
chrymas ⁊ gemit⁹ ſautiatā animā meā vn
xiſti vnctiōe miſicordie tue ⁊ imo pene de
ſperāté excepiſti cōſolāté ⁊ de venia preſu
méte nō dereliquiſti. Grego. Ecce quō pre
tiū honeſtarū in ipſis é: vñ reitera q̄;uis
inictio arta ſit via que ducit ad vitā: pceſ-
ſu tñ tpis inextimabilis delectatiōis dulce-
dine dillatat. O q̄; beata conſolatio que di
uinitus infundit laborantibus pro chriſto.
Tertio in quo aia inebriatur hac dulcedi-
ne eſt mentis eleuatio quando animus feli
citer a terrenis abſtrahitur: ⁊ miro quodā
modo ſupra ſemetipſu; ſupra mundū: imo
ſupra omnem creaturam eleuatur: vt iam
poſſit dicere anima. Introduxit me rex in
celaria ſua: vbi bibit de vino condito inex-

timabilis deitatis ꝛ lacte albissimo inconta minabilis humanitatis. Hec est illa celaria vinaria in qua introducitur anima. O aia hic bibunt amici ꝛ inebriantur charissimi. O felix ebrietas quã sequit mentis ꝛ corporis tã casta q̃ꝫ sancta sobrietas. Hic efficitur anima more ebrij gaudens ꝛ letabunda in aduersis fortis ꝛ secura in periculis prudens ꝛ discreta in prosperis liberalis ꝛ pia in cõdonandis iniurijs: ꝛ tã quieta q̃ꝫ somnolenta recumbens in amplexibꝰ diuinis cũ leua sponsi sponsam sub capite sustineat amicabiliter ꝛ dextera dilecti diletã familiariter amplexatur. Aia. O homo confiteor cum humilitate ꝛ reuerentia ꝙ accidit aliquãdo licet heu per rarũ magna violentia circa conuersiõis mee primordia animũ abstrari: ꝛ ad celestia cõtemplanda cuꝫ conatu eleuaui intrãs cũ tremore circũspexi cum rubore: vidi magna palatia: choros angelorum ꝛ gaudia patriarcharũ ꝛ prophetarum. Apostolorũ tabernacula aspexi: ꝛ martyrũ conuiuium virginum ꝛ confessorũ. Elemosinam videlicet consolatiõis a singulis petij micas decidentes de mensa dominorum desideraui nec obtinui: sed ꝙ audita lamentabile est mox ab oĩbus vt peregrina ꝛ incognita repulsa fui. Quid ergo profuit mihi laboriosa mentis eleuatio: q: nulla secuta fuit consolatio. Igitur q̃ꝫ vana ꝛ insipida sunt oĩa transitoria iam cognosco ꝛ ob hoc mundũ despicio consolationẽ seculi vilipendo mũdana queqꝫ gaudia sicut venena mortifera: fugio ꝛ contemno vitã etiã preteritã quasi mortuã plango ꝛ mentem meam miseram gemitibus ꝛ fletibus abluo ꝛ expurgo: ꝛ si aliquando inter lachrymas ꝛ gemitus odorem diuine suauitatis: nil modicum sentio. Attamen cibum angelorum ꝛ vinum amicorum infelix misera ieiuna ꝛ sitibunda non degusto. Bernardus. Non accessit adhuc domine deus meus ad multitudinũ dulcedinis tue quã abscondisti timentibus te: foris eiꝰ odore vtcũqꝫ sustentor: ꝙ mihi supra odorem balsami cunctiqꝫ generis suauia adoramenta. O domine deus si tam nobilis est odor q̃ꝫ dulcis est tue dulcedinis sapor. Si tante virtutis est modica degustatio quã iocũditatis habet felix inebriatio. O quis mihi det vt venias in cor meũ ꝛ inebries illud vino tuo ꝛ amplectar te deus meus. Hõ. O anima deuota loquor salua reuerentia. Nimis es auara ꝛ vtinã presumptuosa vires vestras perpendite merita considerate virtutes discutite: ꝛ si placet tunc sufficiat vobis magis in odorẽ vnguentorum diuinorum cum adolescentulis currere q̃ꝫ presumptuose super merita postulare. Anima O homo q̃ꝫ durus ꝛ onerosus ẽ mihi miserie consolator aliquando: q̃ꝫ parcus est si fas est dicere: diuine bonitatis dispensator: audacꝰ dico ꝛ tacere nõ valeo mihi odor nõ sufficit: modicus gustus nõ plene reficit sed afficit: ebrietatem affectus meus appetit ꝛ requirit. Scio quid dicit. Bibite amici ꝛ inebriamini charissimi. Et si deprimit indignitas potẽtis: spẽ tñ dicit ꝓmittentis. O hõ quõ dubitare valeo quin paratꝰ sit dare dona sua: qui pro me nõ dedignatus est pati mala mea. An ignoras ꝙ multos de dei pietate confidentes docuisti quos a beato Augustino didicisti sic dicente. Erubescat humana pigritia: plus vult deus dare q̃ꝫ audeat homo postulare. Itẽ idem de vera religione deus dedit nobis pignꝰ spiritus in quo sentiamus eius dulcedinem ꝛ degustemus ipsuꝫ fontẽ vite: in quo sobria ebrietate irrigamur tanq̃ꝫ lignũ quod plantatum est secus decursus aquarum. Chrisostomus. Nil omnipotentiam dei clariorem reddit q̃ꝫ quot omnipotẽs facit eos q̃ sperant in eo. Nam deo per spem sibi impiũ animum nulla fraus: nulla illecebra poterit vel stantẽ deicere vel durantem superare. Erubescat nunc humana desperatio

⁊ maledicta puſilanimitatis trepidatio: ꝗ diuitem ⁊ nimis liberalem in omnibꝰ qui inuocant illum eſtimat illis: qui ſpem perfectam ponunt in illum ſua poſſe benefitia denegare. Nunquid non pater eternus apud quem non eſt tranſmutatio ex ſola liberalitatis immenſitate filium ſuum miſit in quo dedit totum quod habuit: totum qđ potuit: totum quod fuit. Si vero ſola liberalitas ſuam infinitam bonitatem diminueret forſitan nō immerito noſtra infirmitas trepidaret: ſed quia ex ſeipſo non ex accidēti dono bonum eſt, ex ſue bonitatis cōmunicatione non diminuitur: ⁊ ex aliene bonitatis additione non augetur. Homo. O anima magna eſt fides tua: valde fortis es in ſpe ⁊ confidentia: ⁊ quāuis ſpes procedat ex meritis ⁊ diuine clementie confidentia meritoria ſit laudabilis ⁊ ſancta: conſulo tamen ſene anteq̄ȝ ad querendam ebrietatem ſupra aſcendas prius per tui conſiderationem ſalubriter infra te deſcendas vt adiſcas ſponſum tuum reuerenter timere anteq̄ȝ inſpicias ſuum ſecretum cubiculuȝ introire: quem non ſolum timere debes cū iraſcitur: verumetiam cum ſuauiſſime ⁊ delicatiſſime blanditur.

¶ Tertia pars huius opis: quomodo anima debet radium contemplationis ꝯuertere ad inferiora ⁊ ad humane mortis ineuitabilem neceſſitatem. Anima.

Ic queſo o homo breuiter que ſint illa ad que mea conſideratio eſt conuertenda aſcendere feſtina ebrietatē diuine conſolationis quero inferioribus diu morari non valeo. Jam dilecta tabernacula tua domine virtutum inhabitare deſidero in atrijs domini totis viſceribus concupiſco. Homo. Hec inferiora ſunt o anima vt te conuertas ⁊ videas humane mortis ineuitabilē neceſſitatem ⁊ ingemiſcas diuini iudicij ineffabilem veritatem. Et contremiſcas panarū infernaliū ac expaueſcas intollerabilem aſperitatem. Conſidera igitur frequenter: volue ⁊ reuolue diligent̄ ꝙ mors nō pōt declinari ꝙ hora mortis nō pōt inueſtigari ꝙ tēpus adeo prefinitū non pōt imutari. Iſidorus. In rebꝰ humanis nihil certius morte: nihil incertius q̄ȝ hora mortis non miſeretur inopie nō reuertet̄ potētia: nō reſpicit morum aut generis excellentia nō parcit iuuentuti vel etati ſenibus eſt in ianuis: iuuenibus inſidijs. Aīa. Audio ꝙ noſtrum viuere nihil aliud ē q̄ȝ ad mortem tranſire cur temporalia diligunt: q̄ȝ tā in incerto tempore poſſidētur. Homo. Sicut Gregorius dicit in moralibus. Carnales mentes o anima iccirco temporalia diligunt: quia vita carnis q̄ȝ fugitiua ſit minime perpendunt. Nam ſi velocitatē tranſitus eius aſpicerent hanc proſperitatē modice duraturam minime amarent. Auguſtinus. Uita mea nauiganti ſimilis eſt ſiue dormiam ſiue vigilem ſemper vado feſtinus ad morteȝ. O vita preſens q̄ȝ multos decipis: que dum fugis nihil es dum videris vmbra es dum exaltaris fumus es dulcis es ſtultis amara ſapientibus. Qui te amant non te cognoſcunt qui te fugiunt: ipſi te intelligunt: ⁊ alijs te permittis longam vt decipias: ⁊ alijs breuem vt deſperationem inducas. Hec Auguſtinus de ſpiritu ⁊ anima. Iugi ergo meditatione animum noſtrum exerceamus: ⁊ miſerias noſtras conſideramus cum dolore vitam iſtam intrauimus: cū labore viuimꝰ ⁊ cum timore exituri ſumus. Bernardus. Quotquot degimus in hac regione vm-

bre mortis in infirmitate corporis inconfli ctu ⁊ in loco temptationis: si diligenter ad uertimus triplici icõmodo miserabiliter la boramus. Faciles enim sumus ad seducen dum: debiles ad resistendũ: ⁊ fragiles ad operandum. Aia. Jam video ꝙ inutiliter in hoc tpe viuitur nisi ad cõparandum me ritũ quo in eternũ viuatur. Ideo non esset curandũ quam diu esset viuendũ: sed poti⁹ q̃ȝ bene in hac vita operandũ. Nam si ali cui ꝙ bene viuat condonetur. tamen vt diu viuat certũ e quod nulli conceditur. Bernardus. Est igitur vita secura: vbi est conscientia pura. vbi mors sine formidine expectatur cum dulcedine ad esse optatur: ⁊ cum deuotione acceptatur. Homo. O aia si hec ita se habere intelligis audi consiliuȝ meũ: ⁊ i hac vita q̃ȝ diu durat compara ti bi vitam illam que semper durat. Dum vi uis in carne morere mundo vt post: deo vi uere incipias. Bernar. Intellige ꝙ venien tem morteȝ nullus letus ⁊ ilaris suscipit: ni si qui se ad ipsam: dum veniret bonis ope ribus preparauit. Attende ꝙ secundum se necaȝ. Insipiens idest peccator ⁊ crimino sus moriendo morteȝ vincit. Anima. O ho mo video ꝙ bonoruȝ mors est beata mors vero peccatorum infelix ⁊ misera. Homo. O anima secundum bernardum bona est iusti mors propter requiem. Melior propter nouitatem. Optima propter securitatem. Econtra mors peccatorum pessima ⁊ bene pessima. Mala in mundi amissione peior in carnis separatione. Sed pessima i duplici: vermis ⁊ ignis contrictione. Et ꝙ omnium pessimuȝ est in diuine contempla tionis priuationis.

Secundo dz radiũ copulatiõis ↄuerter̃ ad iuditij finalis formidabilẽ austeritatem.

Am satis de morte dixisti dic modo ꝺ statu finalis iuditij. Ho mo. O anima facio ꝗ hortaris sed rogo audi cum patientia. Scire debes ꝙ quamuis de morte meditari sit horribile de statu finalis iuditij cogitar̃ vt estimo nõ minus est formidabile: ꝗ nullus tunc pote rit fallere sapientiam: flectere iustitiam: inclinare clementiam: declinare vltionis ⁊ iu stitie retributionis sententiam. Bernardus Considera igitur o anima cuȝ tremore: qd erit de te in die nouissimo: quando contra te de cogitationibus loquetur conscientia: quando te de tuis omnibus actionibus accusabunt elementa: quando contra te crux portabitur in testimonium: quando verbe ra: contra te clamabunt vulnera allegabũt claui loquentur. cicatrices conquerentur. O angustie: hinc erunt peccata accusantia inde terrenis iustitia: intus vrens conscien tia. subtus horrendum chaos inferni: supra iudex iratus iusti iuditij. Foras mundus ar dens iustitia iudicantis terrens. Et si iust⁹ tunc vix saluabitur impius ⁊ peccator vbi apparebunt. Latere erit impossibile: appa rere itollerabile. Anselmus. O anima pec catoris lignũ inutile ⁊ aridum. eternis igni bus deputandum: quid respondebis in illa die quando exigetur a te vsqȝ ad ictuȝ ocu li omne tempus tibi impensuȝ qualiter a te sit expensum: eya eya anima mea: quid erit tunc de cogitationibus vanis ⁊ ociosis de verbis leuib⁹ ⁊ iocosis ⁊ rediculosis ꝺ ope ribus inutilibus infructuosis. Ambrosius. super lucam vbe mihi si peccata mea non fleuero si me die ac nocte ad confitendum tibi non surrexero. Jam securis ad arborem posita est. Faciat fructum qui potest gratie qui fructum debet penitentie. O ho mo siue vigiles siue dormias semper in au ribus tuis illa horribilis tuba resonet. Hie ronimus. Surgite mortui venite ad iuditium. O anima nunq̃ȝ excidat a tua memoria. Jte maledicti in ignem eternum. Veni te benedicti percipite regnum. O quid po test lamentabilius ⁊ terribilius cogitari q̃ȝ Jte. Et quid delectabilius exprimi q̃ȝ veni

te. Due sunt voces quarum nihil horribili
us vna. Et nihil delectabilius altera: potest
audiri. O anima separa modo te a mundo
vt tunc possis remanere cum christo. Fu-
ge modo mundum: vt sequaris deum. De
clina modo prauorum consortia: vt tunc va
leas sequi beatorum agmina.

De pena infernalis intollerabilem pe-
nalitatem.

p
Ost hec omnia conuerte radi
um contemplationis ad repro-
borum tormenta. Uide q̃z sint
aspera quam varia q̃z intolle-
rabilia. Bernardus ad Euge
nium. Ego horreo vermem mordentem ⁊
mortem viuentem. O gehennalis regno.
Ibi est ignis ardens ⁊ frigus rigens. ver-
mis immortalis fetor intollerabilis ⁊ ma-
lei percutientes: vmbre palpabiles. Confu
sio peccatorum innodatio vinculorum. Hor
ribiles fecies demonum. Augustinus in ser
mone. Ue illis quibus preparatur dolor
vermium: ardor flãmarum sitis sine potu:
fletus ⁊ stridor dentium ac lachrime oculo
rum. Ubi mors optatur: sed non daꝛ. Ubi
nullus ordo: sed sempiternus horror inha-
bitat. Quis putas tunc meror: que tristitia
quis luctus quando separabuntur iniqui a
consortio iustorum: ⁊ tradentur potestati de
monum: ⁊ ibunt cum eis in suplicum eter-
num. Ibiq̃z erunt semper sine fine. in luctu
⁊ planctu ⁊ gemitu: procul a gaudijs para
disi nunq̃z refrigerium suscepturi: sed mul
ta milia annorum cruciandi: nunq̃z tamen
heu miseri liberandi. Ibi torquens ⁊ puni
ens non fatigabitur: ⁊ ille qui torqueꝛ: nun
q̃z morietur. Sic enim ignis ille consumit.
vt vitam tamen semper seruet. Sic vetera
tormenta patientur: vt semper mouentur.
Sic sine spe venie: ⁊ misericordie semper
viuent: vt tamen moriantur. Sic morium-
tur: vt nunq̃z consumentur. Anima. O ho
mo q̃z in inferno vt dicis mors queritur ⁊
non inuenitur. Et q̃z punitur eternaliter q̄
cõmittitur temporaliter. Homo. Quia se-
cundum gregorium. Quibus in hoc secu-
lo vita offertur ⁊ nolunt accipere: in infer
no querent mortem ⁊ non poterunt inueni
re. Iniqui voluissent libenter sine fine vi-
uere: vt potuissent sine fine in iniquitatibus
permanere. Ad districti iudicis igitur iu-
stitiam pertinet: vt nunquam careat suppli
cio quorum mẽns in hac vita nunq̃z volu
it carere peccato. Homo. O anima si hec
tibi predicta videntur horribilia audi que
sunt his omnibus grauiora. Chrisostomus
super Mattheum. Si mille gehennas mi
hi proponas non tantum reputo sicut ab il
lius gloriose societatis iocunditate expelli:
⁊ exosum fieri creatori. O anima terribilis
est gehẽna: sed terribilior facies iudicis ira
ta. Sed quod omnium vincit terrorem est
a beatissime ⁊ iocundissime trinitatis con-
templatione elongatio eterna. Chrisosto-
mus. Excludi a bonis eternis ⁊ alienum
effici ab his que preparauit deus diligen-
tibus se tantum generat cruciatum: vt si ex
terius nulla pena torqueret: hec sola suffice
ret. Et melius esset mille milia flãmarum
sustinere q̃z christi faciem mansuetissimam
iratam videre: ⁊ ab ipsa eternaliter discede
re. Gregorius. O si sapiens in cordis pala
tum posset quid admirationis habet. Ecce
sponsus venit quid dulcedinis intrauerũt:
cum eo ad nuptias quid amaritudinis ⁊
clausa est ianua. Quid plura. O anima co
gita quantum sit malum a facie christi sepa
rari ab illo gaudio diuino excludi. beatissi-
ma omnium sanctorum societate priuari mo
ri vite eterne: ⁊ viuere morti sempiterne
profundo fluctuantis gehenne immergi
edacissimis vermibus in eternum laniari
nec finiri tribulationes incendij fluctuantis
strepitus pati baratri fumigantis amara
caligine obscurari: non sentire q̄ oculos il
luminat: sed sentire q̄ cruciat. Augustinus

Tanta erit in inferno vis doloris vt se non ferat alias intentio cogitationis. Anima. Jam timore contremisco iam horrore deficio. Dic queso o homo ad quid valet lamētabilis meditatio. Homo. O anima puto ꝙ predictorum continua ⁊ deuota meditatio est peccatorum medela: ⁊ ad queqꝫ bona agenda: ⁊ ad mala sustinenda salutiffera exercitatio. hic Bernardus in epistola. Vigilias times laboresqꝫ manuum: sed leuia sunt hec meditando flammas perpetuas. Recordatio tenebrarum facit non horrere solitudinē. Si futuram de verbis ociosis cogitas discussionem non displicebit silentium. Fletus ille ⁊ stridor dentium: ante oculos mentis sepe reducti rudes pannos tibi reddunt matam ⁊ culcitram. Augustinus in sermone. Mens humana mūdi huius illecebris ⁊ concupiscentijs de victa fugit laborem expetit voluptatem: ⁊ vix ad hoc ducitur: vt a se consuetudines vite prioris excludat. Sed cum ceperit cogitare futuri iuditij necessitatem ⁊ penarum eternalium crudelitatem voluntarium bellum indicit passionibus mota: vel sepe premij: vel timore supplicij: vim facit pristinis desiderijs: Ut violenter vincere seipsam contendit. Idem. O felix mortale genus si semper haberent pre mente eternum bonum: finemqꝫ timeret.

¶ Quarta pars quomodo anima conuertere debet radium contemplationis ad superiora. s. ad celeste gaudium inextimabilēꝫ preciositatem anima.

i

Am nunc. O homo vt me miseram in hac lachrimarum valle proiectam satis teruistilicum non infructuose docuisti miserere etiam nunc mihi misere: ⁊ faciam sicut duduꝫ promisisti. Propone paululum de felicitate perpetua: si forte ex hoc capere valeam aliqua mentis solatia: quia alternis vti delectabile est. Quia secundum Augustinum: siue plectendo: siue ignoscendo: siue deterēdo: siue consolando bene semper agitur: vt vita hominis corrigatur. Attende ꝙ generosus est animus hominis: ⁊ sepe ducitur leuibus ⁊ blandis ⁊ sepe magis alicitur ꝑmissis ⁊ consolatorijs quam cogatur minis ⁊ terroribus: vnde soror nostra sponsa Trahi cupiebat odore celestium vnguentorum sapore diuinorum carismatum: ⁊ sic cum sponso currere viam mandatorum iam ex timore: sed ex amore delectabiliter adimplere. Homo. O Anima veruꝫ esse ꝯfiteor ꝙ loqueris: sed heu multi sunt qui deum volunt immitari in prosperis. vnde necesse est eos deterreri aduersus. Multi enīꝫ sunt qui diuina carismata: vel propter cecitatem non intelligunt: vel propter negligentiam ex vanis occupationibus perdunt. Unde vt estimo deus ex infinite sue bonitatis immensitate: semper paratus esset magis consolationibus fouere: q̄ꝫ asperitatibus terrere si homines eque dispositi essent: vt suam diuinam consolationem reciperent: que a deo preciosa ⁊ delicata est: ꝙ nullo modo decet: vel expedit: vt indifferenter omnibus tribuatur. Tu ergo si post hꝫ tibi proposita: ad hanc aspicias oportet: ꝙ habeas purgatum intellectum: ⁊ bene dispositum affectum. Quia secundum Augustinum. Summum non nisi purgatissimis mentibus cernitur. Et puto ꝙ ad minus non nisi valde bene dispositis affectibus: degustetur. A multis enim in hac vita valde limpide speculatur: quibus ⁊ minime degustatur: vnde Idem Augustinus. Fac me domine precor degustare per affectum ꝙ sentio per cognitionem. Anima. Dic queso. O homo que debent disponere in affectu ⁊ intellectu procedere: vt vel saltem ad modicum mentis hebrietatem:

valeam celeſtem dulcedinem contemplan-
do deguſtare. Jam enim dudum in ſpecu-
latione mentem exercitaui: ⁊ heu adhuc nū
q̄ꝫ: vt timeo vel modicam ſtillam illius ce
leſtis dulcedinis ſenſi. Multa de ſanctorū:
vita ⁊ conuerſatione legi. multa de natura
de operationibus ⁊ ordinibus angelorum:
nonnulla etiam legi de ineſtimabilis diui-
nitatis vnitate de incomprehenſibili trini-
tate diuinitatis plura de omnium beato-
rum ineſtimabili felicitate. Et quando pre-
dictis toto ſtudio mentem occupaui heu ad
huc ieiunia ⁊ famelica permanſi ⁊ ſemper
cum beato Auguſtino clamaui. Fac me cle
mentiſſime pater guſtare per affectum ꝙ
ſentio per intellectum. Et tamen non profe
ci ſed ſepius longo ſtudio fatigata ⁊ mihi-
metipſi irata clamaui: cum propheta expe
ctando micas que cadunt de menſa domi-
norum in aula celica. vſqꝫquo domine obli
uiſceris me in finem vſqꝫquo auertis faci
em tuam a me. Quia ⁊ ſi me indignam ad
manducandum panem filiorum iudicaui:
manducare ſaltem micas minutiſſimas de
cidentes cum magno deſiderio expectaui.
Sed heu vt frequentius aperto ore in hi-
ans in vacuuꝫ laboraui. Homo. O anima
predicta que lamentabiliter es cōqueſta ac
cidūt ex duplici cā. Aliquādo ex valde pia
⁊ ſalutifera diuine pietatis diſpenſatione.
vnde Gregorius in moralibus. Differre
ſolet paucas prius petentium voces: ad tē
pus vt deſideria creſcāt: ⁊ exaudiamur eo
magis ad nutum: quo citius non exaudi-
mur ad notum. Idem in homelia. Sancta
deſideria: ex dilatione creſcunt: ſi autem ex
dilatione defficiūt: deſidera ſancta: non fue
runt. Deus enim q̄ꝫuis per pietatem ſit cle
mentiſſimus: tamen aliquando contigit: vt
hoc ꝙ libentiſſime tribuit protrahat: vt di-
ſcas magna multum ⁊ ardenter deſiderare
⁊ adepta ſollicitius cum gratiarum actione
ſeruare. Aliquando etiam benefitium pro-
trahit: expoſtulantis in diſpoſita deordina-
tione. Bernardus. Errat omnino ſi quis il-
lam celeſtem dulcedinem: huic cineri diui-
num illud balſamum huic venenoſo gau-
dio cariſmata illa ſancti ſpiritus: huius ſecu
li illecebris miſceri arbitratur. Sed iam o
anima ne diutius te protrahaꝫ: vt amplius
te per expectationem affligam. Purga in
tellectum a vanis ⁊ inutilibus fantaſijs: ⁊
naturalibus: ⁊ curioſis rationibus: ab ex-
traneis: ⁊ ſcientificis occupatiōibus. Pur
ga etiam affectum a culpa: ⁊ a culpe ſeque
la a culpe occaſione: ⁊ cauſa cinge rationē
dilata ⁊ expande affectione intra in gaudi
um domini: ꝙ nec oculus in hac vita per-
fecte vidit: nec auris audiuit: nec in cor ho
minis aſcendit. Exardeſce igitur. O anima
amore ⁊ deſiderio ſuperne vite: vbi eſt ſan
ctorum actio non operoſa requies non de
ſidioſa: vbi vita ſine defectiōe laus diuina
ſine ceſſatione: hic Auguſtinus Bernar-
dus. Gaude igitur ⁊ exulta ac mercedem
tui laboris conſidera: que reuera: eſt tam
multa: ꝙ non poteſt numerari: tam magna
ꝙ non poteſt menſurari: tam copioſa ꝙ
non poteſt extimari: tam infinita ꝙ non po
teſt terminari. Anima. O homo multa iaꝫ
dixiſti in genere dic queſo per ſingula in
ſpecie: quia magis intelligimus: que ſpe-
cialiter diſtinguuntur: q̄ꝫ que generaliter
exprimuntur. Homo. O anima quid dice
re valeo. Cum futurum gaudium aſpicio
iam pene pre admiratione deficio: quia gau
diū erit intus ⁊ extra ſubtus ⁊ ſupra circum
⁊ circa. Gaudebis igitur in omnibus. Gau
debis de omnibus: Gaudium tuū vt puto
prefiguratum eſt in apochalipſi per illam
mulierem beatam: que amicta fuit ſole ⁊
luna ſub pedibus eius ⁊ corona duode-
cim ſtellarum in capite eius. Mulier iſta
vt eſtimo eſt anima beata eterni regis fi-
lia ſponſa: ⁊ regina. Filia per nature
creationem. Sponſa per gratie ado-

ꝑtionē regina per glorie collationem. Hec bene dicitur amicta sole: quia decorata splendore claritatis deifice: Coronata dignitate felicitatis eterne: in qua felicitate ob spiritualē decorem hʒ duodecim gaudia: ꝑ duodecim stellas figuratas per que decoratur ⁊ ornat felicitas superna. Hec gaudia debes tu o aīa quotidie deuota mēte transcurrere ⁊ nullam presentis miserie ⁊ incolatus consolationē querere: ⁊ spe illi⁹ gaudij omnē tribulationē vite presentis patienter ⁊ gaudenter sustinere. Beda. O anima non turberis si mali in hoc seculo florent: ⁊ tu pateris: ipsi gaudēt tu perturbaris. Mali heu nullū locū habēt in celesti gaudio nec cures tu si nihil habes in hoc seculo. sed spe illius gaudij quo tendis qc quid in via aduersitatis occurrit affect⁹ tuus gaudenter ⁊ patienter sustineat. Bernardus. O anima si te aliquando delectēt mundana gaudia falsa huius seculi gloria breuis ⁊ caduca potentia illic mentem euoca: ⁊ omnia reputa vt stercora. Curre non passibus corporis sed affectibus ⁊ desiderijs quoniam non solum angeli ⁊ beati: sʒ ⁊ angelorum dominus ⁊ magister te expectat te deus pater tanq̄ʒ filiam dilectissimā deus filius tanquā sponsā dulcissimā. Deus spiritus sanctus tanq̄ʒ amicam sibi gratissimam expectat te deus pater vt heredē vniuersorum bonorum te constituat deus filius vt pro te fructuʒ sue natiuitatis ⁊ precium sui preciosi sanguinis deo patri offerat deus spiritus sanctus vt sue eterne beatitudinis ⁊ dulcedinis participem te faciat: expectat te illa beatissima omnium spirituum celestium eterni regis familia: vt te in suum collegium suscipiat. Tu ergo ipsoruʒ societatem super omnia desidera: quia cuʒ magna verecundia illuc venires si eam in hac lachrymarum valle nō amasses. Hieronymus in epistola. Quotiēs ergo te vana huius seculi delectat ambitio quotiens videris in hoc mundo aliquem gloriosum: statim celum mente transgredere ⁊ esse incipe qd̄ futurus est. Reuera estimo si hec celestia gaudia iugiter in mēte teneres de hoc exilio quodāmodo suburbium celestis regni construeres in quo illam eternā dulcedinem quotidie spiritualiter preliādo degustares: quia cum aliquid eternū mēte capimus: iam non in hoc mundo: sed in celo habitamus. Augu. Tanta est o anima vis tue dilectionis ꝙ ibi verius habitas vbi ꝑ contemplationem amas q̄ʒ vbi per essentiam animas. Bernardus. Hoc est carissima anima regnū dei: qd̄ intra nos est: quia heu miserabiliter negligem⁹ cum foris in ania ⁊ vana fusi sumus. Gregorius. Fusi sumus foras de regno dei qd̄ intra nos est nihil curantes foris querentes consolationē de rebus vanis: ⁊ insanis: falsisqʒ: ita ꝙ iā religionis antiqʒ deuotionem amisimus adeo ꝙ nec spetie illius retinem⁹. Tu ergo o aīa eterni regis filia audi mēte deuota ⁊ inclina aurē tuā ad sancta ⁊ salutifera consilia. Vide per cōtēplationē celestis regni ꝯsolationē. Obliuiscere per cōtēptuʒ ⁊ detestationē populum tuum ⁊ domuʒ patris tui: hoc est mundū diabolum teipsaʒ ⁊ oēʒ vanā ambitionē. Vide igitur ⁊ deuota mēte pertracta qualiter illi diuini ⁊ celestes spiritus qui presentis vite ⁊ miserie ꝑiculum euaserunt quāuis ab illius eterni solis splēdore se nunq̄ʒ possint auertere: aliquando tamen radium contemplationis conuertūt ad inferiora: aliquando ad superiora: aliq̄n ad interiora: aliquando ad exteriora. Conuertunt inquā ad inferiora ⁊ gaudēt ex triplici causa. Vident enī primo ꝙ ipsos horribiles ⁊ crudeles hostes per diuinam potentiam superauerunt. Secundo ꝙ omnes defectus ⁊ peccata per diuinam sapientiaʒ vitauerunt: vel illam iādudum omissa correxerūt. Tertio ꝙ tā lamētabiles ⁊ interminabiles cruciat⁹ eternos ꝑ diuinā clemētiā

euaserunt. O anima quanto putas gaudēt quottidie gaudio qn̄ vidēt tot a carne mū do ꝛ diabolo superari. Tot tā diuersis pec catis de quibus nunq̄ȝ merent veniam in- quinari. Tot eternaliter sine fine dannari Reuera tunc puta ꝙ de morte transisse ad vitam: vite duplicat gaudium. O domine deus si tam graue nunc periculum est i bel lo: quantū tunc erit gaudiū de triūpho: cuȝ post deuictū triūphatumq̄ȝ mundum sub- merso impio pharaone: ꝛ exercitu eius in mari rubro: tenent omnes ellecti christianū cum maria psalentes ꝛ cantātes laudantes ꝛ benedicentes dominum: vna voce dicen tes. Cantemus domino: gloriose enim ꝛc. Tunc ꝯstituētur duo cherubin: hoc ē duo chori electoꝝ scilicet. Innocentes ꝛ penitē tes clamantes alter ad alteꝝ. Sanctus: san ctus: sanctus dn̄s deus sabaoth. Sanct⁹ de us pater qui nos: a carne: a mundo: a dia- bolo: tam potenter liberauit. Sanctus de⁹ filius qui nos: a pena ꝛ culpa tam sapiēter iustificauit. Sanctus deus. Spiritus scūs qui nos tam dementer ab eternis tormen- tis preseruauit. Plena est omnis terra glo ria eius: qui nos de mundi miseria ad cele stis regni gaudia reuocauit. O anima qua lis erit tibi dies illa cum ad hanc choream fueris assūpta: ꝛ cum omne tormentum si pie vixeris si patienter sustinueris conuer tetur in eternuȝ iubilum. Tunc de omnibus his laudabis dominum deum tuum labijs exultationis. dicens. Misericordias domi ni in eternum cantabo. Quo cantico secun dum Augustinū in libro de ciuitate dei can tat in laudē glorie christi cui⁹ sanguine nos liberati sumus. Nihil erit iocundius illi ci uitati ꝛ nihil dulcius. Tu ergo cū tempta- tionibus probaris. cū persecutionibus im pugnaris cūq̄ȝ in hoc seculo varijs tribu- lationibus infestaris: tunc mente in celum euola: ꝛ cogita ꝙ hoc non est aliud nisi eter ni gaudij merita. Et tunc ꝫm Gregorium. Consideratio premij minuit vim flagelli. Grego. Si ꝯsideremus que ꝛ quanta sunt que nobis promittuntur villescunt animo omnia que habentur in terris. Reuera nō tantum bona que delectabiliter possidem⁹ Uerum etiam mala que lamentabiliter su stinemus. Bernardus. Non sunt cōdigne passiones huius temporis ad preteritā cul pam que remittitur. Ad presentem gratiā que immittitur. Et ad futuram gloriam que promittitur. ꝫ Bernard⁹. Quartum tunc O anima gaudiuȝ possidebis quando per fectius intelliges ꝙ in mundo cuȝ tanto pe riculo quo pleriq̄ȝ opprimunt vixisti. Q̄s demōis fallatias astutiasq̄ȝ quib⁹ multi de cipiūt fecisti. Quot cruciatus eternos: qui bus inumerabiles affliguntur euasisti. Ani ma. O homo quam sana ꝛ salutiffera est hec tua confabulatio: qr cum hec que pre- posuisti aduerto consolationem ex spe non modicā recipio. Sed o domine deus quid putas tunc erit cum hoc quod ego modo spero veraciter possidebo. Homo. O ani ma modica sunt hec que audisti: imo com paratiue quasi nulla sunt que mente perce pisti: Sed parumper oculos mentales er- rige: ꝛ quanta sint gaudia que de his perci pias que iuxta te sunt: deuota mente frequē tius volue ꝛ reuolue. Attende igitur ꝛ con sidera locum speciosum quem tibi diuina sapientia hedificauit. Attende ꝛ victum de liciosuȝ: ornatum curiosum: thesaurum pre tiosum: quem tibi eterna potentia congre- gauit. Attende etiam collegium famosum: cum quo de diuina clemētia mens tua eter naliter exultabit. O anima attende quā glo riosa q̄ȝ famosa q̄ȝ gaudiosa est ista dom⁹ dei: ciuitas celestis: māsio secura: patria cō tinens totum ꝙ delectat. Attende q̄ȝ clara ꝛ luminosa q̄ȝ splendida est ciuitas que nō indiget sole neq̄ȝ luna: vt luceant in ea. Sed ipse dominus sol iustitie ꝛ candor lucis eter ne: lux eius est ꝛ lucerna eius agnus est. O

anima attende: q̄ꝫ alta ⁊ q̄ꝫ speciosa: q̄ꝫ pul
chra ⁊ speciosa: quam decora ⁊ formosa est
ciuitas illa quam ornat per se ipsam trini-
tas beatissima. O quam gloriosa dicta sunt
de celesti ciuitate dei. O israel q̄ꝫ magna ē
domus dei tui ⁊ ingens locus possessionis
eius. O anima illic contemplare taberna-
cula patriarcharum ⁊ prophetarum habi
tacula apostolorum ⁊ martirum. Cenacu
la confessorum ⁊ virginum palatium cele
stium spirituum. Tronum illum beatissime
trinitatis speciosissimum. O anima hic li-
cet in corpore illic esto mente. O anima trā
suola: omnia scrutare: omnia visita: omnia
ingredere cuncta per ordinem hostia quo
usqꝫ venias ad summi regis palatia: ⁊ ibi
sit mēs ⁊ hic erit requies. Augustinus. O
anima in illa sancta ciuitate libenter stude
as morari libenter cōuersari quia ibi est vi
ta sine morte. Juuentus sine senectute lux
sine tenebris pax i turbabilis. Sedebit enī
populus meus in tabernaculis fidutie ⁊ in
requie opulenta dicit dominus. Secundo
attende victum deliciosum: ornatum curio
sum thesaurum preciosum. Et quis erit ibi
iam cibus: nisi ille agnus beatissimus. Jlle
mundus ⁊ immaculatus iesus dei patris ⁊
Marie virginis filius: de quo: spiritibus
sanctis ministrabunt ad omnem sufficien-
tiam fercula nobilissima. Nobilia quidem
de ipsius candidissima humanitate: sed no
bilissima de ipsius semper beatissima diui
nitate. Tunc enim anima ingreditur ad de
gustanduꝫ diuinitatem ⁊ egredietur ad pre
libandum humanitatem ⁊ pascua inueni-
et ad omnem sufficientiam ⁊ sacietatem.
O q̄ꝫ beati qui ad cenam nuptiarum agni
vocati sunt. Jbi auteꝫ beata vita in suo fon
te bibitur. vnde huic humane vite aliquan
do aliquid aspergitur: vnde in temptatio-
nibus fortiter iuste temperantur ⁊ pruden
ter viuatur. Jbi semper aderit sitis atqꝫ sa
cietas. Sed miro quodammodo longe eri,
a siti necessitas longe a sacietate fastidium.
Jnebriabuntur enim ab vbertate domus
dei vt torrente voluptatis sue potabit eos
secundum prophetam. Anima. Et quomo
do hec. Homo. Extimo qui non prius ni-
si quando ille deliciosus pincerna summi
regis splendor paterne glorie candor: lucis
eterne figura diuine substantie speculum si
ne macula claritatis deifice inquem, desi-
derant omnes illi celestes spiritus prospi-
cere: quando talis ⁊ tantus precinget se ⁊
faciet eos discumbere ⁊ personaliter transi
ens ministrabit. O anima hoc deuota mē
te pertracta quantum gaudiuꝫ: tunc illi bea
ti concipiant ex tam stupenda dignitate mi
nistrantis ex tam miranda caritate cuiusli-
Credo firmiter: q si ipsum neglexerimus in ceno: ipsum nõ habebimus in celo. Audi quid dicit: infirmus eram et non visitastis me. ¶ Timeamus ergo fratres meẽ illam sententiam: que statim sequitur. scilicet ite maledicti in ignem eternum. etc. qui totiens neglexerimus eum. Non ergo decete ro interrogemus eũ ubi iaceat: ubi cubat in meridie: quia iam nouimus locũ scim9 q i infirmaria iacet nõ restat nisi prestare obsequium. Audite obsecro consiliũ meũ ut non aspiciatis ad factũ meũ. Qui enim vult ut dixi cum actiua contemplatiuã habere vitam ut suum dominũ in omnibus contempletur. Videtur q h via sit breuis et bona. ¶ Videlicet ut se totũ recoligens intret ad cor suũ: et intima cordis ingrediens se reuoluat in deũ: ut nihil nec videat nec sentiat nisi deum: et sic tunc quodãmodo deificatus: et transformatus in deum ad qdcũqz se vertet: non ɔsiderabit nisi deũ: et quicquid operis facit non iã homini: sed deo facere existimabit: et sic in labore actiue: et contemplatiue vite feruet. Et si cõtingat: imo q contingeet ab hac nobili discede re forma: ad ipsam statim nitatur redire: et hoc totiens faciat: ut quasi in habitum ducat. Et hoc magis oratiõe: et diuina largitate: q̃z aliqua industria impetrare se credat. Et si h omnia nimis tibi difficilia vidẽtur: saltem ad hoc conare: ut semp et in omnib9 queras facere qd magis honorificum deo sit: et conforme xpo utile tibi et proximo: afflictiuũ et ignominiosum corpori proprio. ¶ Sed si h habere cupis tu cõtẽplatiue h toto corde desideras a deo confident po stules: et desideriũ aĩe tue tribuet deus tibi et tua non fraudaberis voluntate. sed mentem tuam eleuans te preueniet in benedictionibus dulcedinis. et tanq̃z corona lapidis pciosi a semetipso circundabit mentez tuam. Scias tamen qd nullus perfecte poterit inuenire deum: nisi qui perdiderit semetipz. Nullus poterit cũ deo stare: q suũ affectũ hz ligatũ vl' iclinatũ alicui creaturẽ.

o Deus meus qũo sum ausus te alloqui vilissima creatura. Nã ego fetidissimus sum: ego horribilissimuz stercus: et vermis nequissimus sum. Tu autem deus deorũ: rex regum: oẽ bonum: omne honestuz oẽ pulchrũ et optimũ ois utilitas: ois amenitas: omnis suauitas. Flos splendoris. Fons dulcedis: fons odoris: fons amenitatis: fons iocũditatis. Fõs amoris: et intime dilectionis amplexus. Et tamen me rogas: et ego a te faciem meam auerto. Me sequeris: et ego a te duce fugio. De me o bone iesu es sollicitus de te nõ curo. Mihi semper fuis: et ego te semper offendo: te mihi tribuis: et ego te contẽno. Me ergo miserimũ: et vanissimũ diligis: et ego te infinitũ: et inenarrabile bonuz sperno: et hororez: fetorẽ: et mortalem dolorez: tibi colendissime: benignissime: amãtissime sponse prepono. Nam plus me allicit creatura q̃z creator: vnitas: q̃z eternitas: detestabilissima miseria: q̃z felicitas summa: plus me inclinant sordes: q̃z eleuat pulchritudo: seruitus: q̃z magnitudo: amaritudo q̃z dulcedo. Nam et si meliora sunt vulnera diligentis: q̃z fraudolentis oscula: tamen plus approbo et affecto fraudolẽtis vulnera q̃z oscula diligẽtis. ¶ Sz ne reminiscaris domine delicta mea vel parentum meorum: sed pietatis tue viscera: et dolores vulnerum tuorum. Non qd ego sed qd tu in me fecisti respice. Nõ qd ego egi: sed qd tu pro me sustinuisti considera. Si me ut ostendis diligis: immo q me care diligis: cur me mihi relinquis. Cur cor meum qd sic anxius queris vagari permittis. O dulcissime sponse non me permittas a te elongari. Me tene timore. Stringe amore: quieta dulcore. Vulnera vulnere: inebria sanguinis potatione. Certe ego nequeo: nescio: nolo tibi fuire

non vult cor meum tibi adherere. Immo
vix particula cordis te amare. Nec tamen
in me operari tu potes: tu ſcis hoc de me
tu vis: ⁊ a me exigis. ¶ Quid ergo hoſ-
pes anime mee deficiam ego in beneplaci
to tuo vel meo. Obſecro vt non preualeat
hō ſed deus. O bone ieſu noli in hac con
trarietate deficere: ſꝫ me reficere: noli ſuc
cūbere: ſed feſtinanter ſuccurrere. Nūqd
non ſum totus tuus: nō ergo te permittas
predari: nō tibi iniuriari: nō te tua intentio
ne fraudari. Nam me totum ad tuū hono
rem feciſti: vt tibi perfecte in preſenti obſe
quar: ⁊ te in eternum fruar. Non ergo de
digneris domine contra creaturā tuaꝫ q̄ꝫ
plaſmaſti ⁊ precioſo ſanguine redemiſti.
Sed contra peccatum qđ ego cōmiſi: ⁊ ini
micuꝫ cui ego conſenſi: vt in me deſtruas:
⁊ anihiles: ⁊ a me elonges omnem nequi-
tiam: ⁊ immonditiam: q: vt deſtrueres ope
ra diaboli in mundum veniſti. Non inue-
niatur in me niſi qđ tuuꝫ eſt. Que ergo cō
uentio xp̄i ad belial: aut lucis ad tenebras.
Cur ergo domine nobiliſſimuꝫ opus tuuꝫ
diabolica ſuggeſtione permittis fedari. cur
ſium meū iniquitati miſceri. ¶ Curre er
go bone ieſu: feſtina: ſuſcita amicum imo to
tum hominem tuum: vincat ſapientia tua
meā malitiam: ⁊ diabolicam aſtuciam ſub
plantet: memor eſto obprobrij ſeruoꝝ tuo
rum: imo obprobrioꝝ tuoꝝ. Memor eſto
quid pro me feciſti imo quid pro me aliqñ
ſuſtinuiſti: ⁊ ne frauderis tāto labore. Me
mor eſto q̄ꝫ ſedule me queſiſti: ⁊ quaſi gau
denter inuentum in humeris tuis porta-
ſti. Sꝫ heu dñe habita portione: que mihi
contingebat: q: vnicuiqꝫ das ſm propriam
menſuram: abij in regionem longinq̄ꝫ: et
viuendo luxurioſe. i. ⁊ nimis me ⁊ creatu
ras tuas indebite: ⁊ laſciue amando: totaꝫ
ſubſtantiam meā diſſipaui. Nunc tempꝰ
recognoſcendi penuriam: ⁊ miſeriaꝫ meā
⁊ famelico appetitui: ad paterne miſeri-
cordie viſcera redeunteꝫ oculis tue pieta-
tis ignoſce. et dignare mihi gradibus tue
gratie letabundus occurrere. Cum am-
plexibus pacis ⁊ quietis oſcula largiaris.
¶ Certe domine recognoſco: quia in ce-
lū. i. totam curiā celeſtem: ⁊ eccleſiaꝫ roma
nam imo in omnē creaturā tuam: ⁊ coraꝫ
te: te ꝯtēnēdo peccaui. Immo tibi ſoli pec
caui ⁊ malū coram te feci. Et certe nō ſum
dignus vocari filius tuus nō etiam merce
narius tuus: aut etiā ſeruus. aut aliqua vi
liſſima creatura tua. Sed dulcis ieſu miſe
rere mei in vulneribus tuis: ⁊ dele iniqui-
tatem meā: vt iuſtificeris in ſermonibus
tuis: ⁊ vīcas cū iudicaris. Quia dicūt ani
me mee inimici mei: nō eſt ſalus ipſi i deo
eius. Obſecro domine proferatur: ⁊ det
mihi caritatis ſto la. fidei feruētiſſime anu
lus: ⁊ calciamenta eleuantis: ⁊ firmantis
ſpei. O bone ieſu aperi cor meū ad vulne
ra tua: vt quantū me diligas cognoſcā. Ut
ſic ebrius tuo ſanguine totus in tui reſol-
uar amore. Intret dolor tuus ī intima mea
⁊ omnē amorē expellat alienū: ſim tecum
crucifixus mūdo: vt ſic mortuus vita mea
ſit abſcondita tecum in deo. ¶ O vita bea
ta vita felix da mihi qđ peto: vnuꝫ ē mihi
⁊ vnū ſolum peto. Abſcedat ergo fantaſ-
matū multitudo. Unus eſt dilectus meus:
vnus ē ſponſus meus. Unus eſt amor me
us ieſus xp̄s deus meus ⁊ ſpes mea ī eter
nū. Nihil ergo ſapiat: nihil alliciat niſi ie-
ſus xp̄s. Nihil iudicet me ſcire nihil amar̄
nihil affectare: niſi ieſum xp̄m: ⁊ hunc cru
cifixum. Sit nāqꝫ totus meus: vt ſim totus
ſuus: ⁊ fiat cor meū vnū cum ipſo: ⁊ ſic ab-
ſcondita erit vita mea mundo ⁊ aſſociata
ipſi xp̄o. Ergo bone ieſu recollige me vi-
ſceribus: refice me vberibus: inebria me
vulneribus. ¶ Eia ergo anima mea ad vi
ſcera compaſſionū vade: quibus plorauit ī
infantia ſup hieruſaleꝫ: ſup lazarū: ⁊ in cru
ce ſup peccatū tuum. Reſpice aīa mea et
vide q̄ꝫtuꝫ te dilexit ſponſus tuus. q̄ꝫtuꝫ te
queſiuit: ⁊ humeris ꝓprijs portauit. Ui-

de quantū pro te lachrymatus est. ¶ Oc-
curre anima mea occurre obuiam sponso
tuo: ⁊ associa teipsaz ꝑ q̄z plorat. Ablue te
fluminis eo impetu egrediētis de tuo cor-
de: ⁊ letificabis ciuitatē dei tui. Si eniz flu
uius lachrymarꝫ egrediebatᷓ de loco volu
ptatis. i. de xp̄o plenus delitijs quanto ma
gis debet egredi de loco iniquitatis: ⁊ om
nium spurcitiarꝫ. i. de corde supꝫbo ⁊ corde
iniquo odioso mēstruoso: ⁊ nefandissimo
Ergo bone iesu pro me sūmis delitijs ple
nus plorasti. Eas igitur ⁊ aīa mea ad ver
ba instructionū exortationū: ⁊ promissio-
nū: q̄z domine verba vite habes. ¶ Eas
etiā ad vulnera exprobratiōis illusionis ⁊
occisionis: ⁊ doloris. s. passionis ⁊ compas
sionis. Attendite inquit: ⁊ videte si est do-
lor similis sicut dolor meus. Immo domi-
ne attendā ⁊ videbo si est amor sicut amor
tuus. Et ideo nihil nisi te ⁊ propter te volo
amare. Tu. n. domine me iniquum ⁊ pessi
mū ꝯtēptorem tuū: sic care amasti: sic inti
me dilexisti: vt tanta pro me dignareris su
stinere ⁊ pati. Et ego infinitū bonum ⁊ pa
trem pijssimū te sponsum dulcissimuz oīs
pulchritudinis ⁊ suauitatis cur nō tantum
diligam: vt saltē pro te moriar mundo. Im
mo moriar mihi vt totus tecum affixus in
quo nihil sentiam nisi te: nihil queram nisi
vulnera ⁊ obprobria tua: vt viuam iā non
ego viuat aūt in me xp̄s. Quid ergo retri
buam xp̄o meo: quid domino meo. Quid
sponso meo dilectissimo: ꝓ tot laboribus:
tot necessitatibus: tot iniurijs: tot obpro-
brijs: tot flagellis: tot angustijs: ⁊ vulneri-
bus: que pro me sustinuit. O domine q̇d
tibi retribuam. ¶ Nihil habeo nisi pecca
tum nō decet tanto dn̄o offerre malitiam:
nō superbiā: nō aliq̄z feditatem tante puri
tati. Sꝫ q̇d retribuā tibi: nihil boni habeo.
Sed da mihi domīe quid retribuā: largir̄
mihi de thesauro tuo o bone iesu. Porri
ge mihi vulnera tua: ⁊ sufficit mihi. Nam
calicem salutaris accipiam: ⁊ nomē tuum
inuocabo domine. Accipe domine sacrifi
cium laudis accipe hostiam imolātis. Tol
le cor meū dulcis iesu: tolle ⁊ ne permittas
amplius illud vagari. Nam oīa ossa mea
exultabunt in deo meo: q̄z totum me offe-
ram salutari meo. Quiescet cor meum in
dulcedine bonitatis immense. laudabo ex
cellentiā summe glorie. Seq̄r vestigia
passionis acerbe. ¶ Omnia abiciens tot⁹
in te sitiens: nihil in te sentiens resoluar ī
te: ⁊ in te requiescam: abscedat vanitas ac
cedat deitas: transformet caritas: ⁊ fiam to
tus diuinus. Aperiatur cor aperiantᷓ vul
nera iungantur intima ⁊ sim vnus cum
christo. Amen.

¶ Qm̄o deus ꝑmisit se vulnerari ⁊ de
recognitione tanti beneficij.

Domine ferrum creaturaꝫ in
sensibilem voluisti tuū corpus
o vulnerando intrare. Et creatu
ram rationalem ad similitudi-
nem tuam creatam imaginem
per iam facta vulnera ingredi nō ꝑmittis.
Quid est hoc domine deus. Nūq̇d cor
meum vilius omni ferro. Aut forte times
vel cogitas ipsuz fore durius: ⁊ crudelius.
Sed tamen quid tibi oberit mea crudeli-
tas si ad te ꝓ aperta vulnera introibo euz
āmodo sis penitus ipassibilis ⁊ ab omni
passione imunis. Si enim per tua vulne-
ra intrem quantūcunq̄z per ipsa discurren
do attingaz ⁊ palpē cor tuū: ⁊ carnes tuas
pre amore nimio māducem: tu tamē ipas
sibilis ꝑmanebis. Et nihilominus ex hoc
meus saciabitur appetitus: ita tn̄ vt semꝑ
in tui amore amplius intendatur. Et quid
plus vocifero tota die. Tardas ⁊ nō ve-
nis: ⁊ iam ego lassus desiderio incipio in
sanire. Quia me regit non quippe ratio:
sed potius ardens amor. Qui me vident
me derident: ⁊ vtruz tui amore sim ebrius
non cognoscūt. De me inuicē colloquuntᷓ

⁊ dicunt. Ut quid iste insanus vociferatur tam fortiter in plateis. Et iam quantuȝ sit desiderium cordis mei penitus non aduertunt. ¶ Ignorant enim ꝙ amor intensus impedit totaliter vsum sensus: ⁊ ꝙ qui feruenter te querit seipsum in te simpliciter derelinquit. Qui enim inquirit te sollicite ⁊ pleno corde: sic certe de extrinsecis parum curat: vt frequenter quid faciat penitus non aduertat. Ueni ergo bone domine ⁊ noli amplius tardare ne forte nimio desiderio tui fiam simplex simpliciter sine sensu. Sȝ forsitan hoc requiris vt cum ab omnibus fuero abstractus: purus intrem ad te per tua vulnera gloriosa quibus tu es plenus. O cor amantis. ¶ Tunc certe clamabo voce querula ⁊ dicā. Heu mihi dn̄e mi. Q̄uo video te sic crudeliter vulneratū. Quāto dolore video te aggrauatum. Quis mihi tribuat vt ꝓ te moriar dulcissime iesu. Te enim vidēs in tāto dolore viuere nō possū nec sustinere. Te aspicere horreo supra modū. Te autem penitus liberari mors mihi esset eterna. Et iō vere angustie mihi sunt vndiq̄ ⁊ quid eligam ignoro: nisi tecum pariter crucifigi. Naȝ tuas angustias considerans in meipso quasi deficio: ⁊ iaȝ exanimis efficior pre dolore: videns ꝙ pro me sustines tanta mala. Quid fecisti domine mi. Quare pro me vilissimo tu altissimus ascendisti in cruce. Et quid sum ego vilissimus vermis: ⁊ putredo abhominabilis pro quo tu dominus oīuȝ debeas sic affligi. O domine mi cum tu sis sūma sapientia dei patris: quare talem cōmutationem fecisti ⁊ facere elegisti. Ue videlicet vitam dares pro morte: gratiā pro malicia gloriam pro miseria magna. Quis quare hec feceris: perfecte poterit cogitare. Nimis quippe magna fuit dilectio tua domine mi. In hoc vere apparuit tue imensitas pietatis. Nō enim in te video aliquā cām mortis nisi superhabundantiā caritatis immense. ¶ Si enim h̄ mortis causa debeat dici hāc certe in te plene fuisse fateor: ⁊ simpliciter confirmo: quia hoc non possuȝ vere negare si forte in hoc velles te excusare aliquo modo. Sed nōne melius erat bone iesu vt non essem creatus: q̄ȝ creatus te occiderem turpi morte. Cur vt sic te dure affligerem me fecisti. Cur carnes meas non comedo pre dolore. Cur nō totaliter lacero corpus meum. Aut q̄uo me tantū sustines super terram: qui fui tota occasio tue mortis. Aut q̄uo saltē non omnis creatura in vindictam tui persequit̄ me in mortem. Nōne mirabile videtur cogitare te benignissimū dominū pro me sic vilissimo suo crucifixum: ⁊ mortuū tali morte ⁊ nō statiȝ deficere ꝑ dolore nimio pariter ⁊ amore. ¶ Et q̄uo meipsum tm̄ sustineo: quin propria manu si nō esset contrariuȝ voluntati tue materiali gladio crudeliter me occidaȝ cum fuerim tota occasio tue pene. Cū magna certe patientia me debeo sustinere sic ēt aliquē meū mortalissimū inimicum patienter coram meis oculis sustinerem: queȝ cū toto corde libentissime occiderem si auderem. Sed nōne nequissimum ⁊ penitus detestabile: ⁊ intollerabile est: ꝙ post tam admirabile venerabile amicabile ⁊ fructuosum beneficium tue sanctissime passionis non cesso te offendere incōspectu oculorum tuorum. ¶ Heu heu me miserum: quia huius talis ⁊ tanti beneficij penitus sum ingratus. Non solum enim tibi nō seruio: quid saltem pauci boni faciendo: sed nec etiam tibi regratior: nunq̄ȝ aut vix aliquando ⁊ tepide tuam passionem ⁊ mortem: mihi ad memoriam reducendo: ac si passio tua breuiter nihil esset. Sed ꝙ peiꝰ est in gratꝰ tui immemor ⁊ in gratus huiꝰ beneficij non desino a peccato. ¶ O bone iesu tu te mihi dedisti: ⁊ ego te renuo. Tu meas tenebras affugasti: ⁊ ego ipsas incurro. Tu mundum fecisti ⁊ odisti: ⁊ ego diligo ipsum. An forte non vides clementissime: ⁊ patientissime domie: ꝙ ego

semper nitor facere contraria tue perfectissime voluntati: vel bonitati: ꝛ in faciem tibi aperte resisto. Si enim dicis mihi: volo vt facias hoc respondeo nolo facere. Si autē dicis nolo: respondeo: nolo. Scio quippe nec possum dubitare te deum meum summū bonum esse veraciter vbi sum. Nec me deseris quocunqꝫ pergam. Et tamē ad te nolo nec digno: aspicere: ac si penitꝰ ibi non esses. Immo ad te tantum curro attendere: ac si non esses alicubi vel simpliciter nihil esses. Sed conuerto continue cordis ꝛ corporis faciem ad huiusmodi mundana ꝛ vana: ꝛ quandoqꝫ etiam ad alia: q̄ incongruum ꝛ valde verecundum est etiā nominare. Et in tm̄ frequenter cor meum amoris vinculo colligatur eisdem: vt ad te cuius est: nequat eleuari. Et certe hoc est valde detestabile: ꝛ abusio magni. Sed nunquid bone domine voluisti pro me frustra mori i cruce. Quē tu moriēs sic care emisti: frequenter pro nihilo perdidisti: dū frequenter meipsum ad peccatum conuerti. ¶ Ut ergo decetero non possis me amplius perdere: te benigne iesu ꝛ misericors domine ex intimo affectu cordis mei cum amaris lachrymis ꝛ importunis precibus exoro ꝛ postulo humiliter quantum possū vt me tecum statim occidas: me tuis vulneribus totaliter vulneres: ꝛ omnino me tecum pariter crucifigas: ne vnq̄ꝫ a te plꝰ valeam separari. Sed possim feliciter tecum viuere in eternum. Qui viuis ꝛ regnas per infinita secula seculoꝝ. Amen.

Q Uicunqꝫ voluerit supradictuꝫ beneficium facilius: ꝛ dignius impetrare ad beatam ꝛ benedictaꝫ virginem Mariam iesu christi matrem summe sibi ꝛ nobis compassam cum tota affectione ꝛ deuota oratione ꝛ cum lachrymarum effusione currere non postponat. Et ipsam matrem dei ꝛ peccatorum: tanquam bonus ꝛ deuotus filius in omnibus ꝑ posse studeat imitari. Hoc enim semper habeas pro regula generali: vt eius scilicet virginis Marie semper vestigia simpliciter imiteris. Cuius appeteris suffragia postulare: quia tunc procul dubio te sibi tanquaꝫ matri veraciter exibebis. Et ipsa te tanq̄ꝫ suum filium veraciter adiuuabit: ꝛ que digne ab ea petieris tibi dabit. Et in omnibꝰ tibi necessarijs ad salutem simpliciter ministrabit. Et tandem in celesti gloria te apō se feliciter collocabit. Amen.

H Ec omnia supradicta o contemplatiue debes etiam appetere hominibus vniuersis: ꝛ pro omnibꝰ debes deum sollicite deprecari. Et quādo videris aliqđ bonum in tuo proximo habundare de hoc debes sibi mirabiliter cōgaudere: etiam si illud bonum non videris esse in te. Quod si hoc non feceris: sed potiꝰ dolueris: tria maxima mala in hoc peccato cōmittis. Primum est quia honorem dei: qui in bonis vniuscuiusqꝫ exultat: videris odire. Secundum est ꝙ passionem iesu christi qui ad hoc passus fuit: vt vnusqsqꝫ habundet in virtutibus contemplationis non recolis vel honoras. Sed videris penitus obliuisci. Tertium est ꝙ caritatem: qua proximum tuum sicut teipsum debes diligere: ꝛ eius bonum sicut tuum proprium debes effectare: diuidis: laceras ꝛ corrumpis. Multum ergo ꝛ sollicite bonum proximi diligere procures ꝛ precipue spirituale: ꝛ etiam cum necessitas incubuerit temporale. Et sic faciendo tibi dn̄s spūalia exhibebit ꝛ tandem te ad celestia conuocabit: ad que ipse nos perducat: qui pro nobis voluit crucis obprobria humiliter sustinere. ¶ Non cessat autem antiquus hostis: tanq̄ꝫ leo rugiens vndiqꝫ circuire vt viros precipue contemplatiuos multiplicis deceptionis laqueo capiat: ꝛ deuoret in momento: Et si forte nō potest eos decipere in hoc vt velint alios iudicare: saltem

nititur ad hoc eos deducere: vt q₃ vident
se in multis bonis operibus que faciũt pro
ficere: ceteros qui eisdem laboribus nõ va
cant existiment ĩperfectos. Aut certe illos
etiam qui eadẽ: qua ipsi: sollicitudine ⁊ qe
te: cõtẽplatiõe ⁊ meditatione: deuotione ⁊
oratione: abstinẽtia ⁊ vigilantia seu ceteris
virtutib⁹ nõ vtũtur. Aut quippe etiã illos
quos cernũt secũdũ suũ propriũ iudicium
ociosos: vel etiam illos quos vident circa
talia implicatos. in quibus ipsimet tales q
modo perficiũt aliquando offenderũt. sed
o error perniciosus pessimus ⁊ occultus:
qui sine exteriori conuersatione vult dete-
riorẽ hominẽ iudicare. Non eniz requirit
edificiũ spũale tantũ lãguorẽ corporis q̃z
cordis: Nã ante deũ secũdũ qdẽ sine pri-
mo semper: sed nunq̃z primũ sine secundo
aliquid nobis valet. Frequenter etiam ꝙ
vni erit perutile: alteri erit mortiferũ ⁊ no
ciuũ: ⁊ sic facies hominum sunt diuerse sic
modi viuendi: ⁊ in bono proficiendi diuer
simode variant: ⁊ ideo quandoq₃ te vide
bis laudabilibus operibus refulgere: ali-
os vero circa eadem negligentes: cogitare
debes ꝙ illi vel in occulto vel saltẽ in cor-
dis thalamo deo laborent opera delicata.
Et q₃ deus illos propter interiorem cordis
sanctitatem diligit singulari amore non cu
rauit nec voluit eos exterioribus laborib⁹
aggrauare. ne forte tñ sustinere possent vt
tam exterius q̃z interius laborarent. De-
bes ergo ad istam tentationem repellen-
dam. Primo in corde tuo cogitare ꝙ non
est consuetudo: vt filij regum ad lucrandũ
panem suum manualibus operibus quoti
die se affligant: sed potius sine labore ma-
gno ꝙ delicate de regalib⁹ diuitijs nutriã
tur. Nam sicut est ad litteram ꝙ oportebit
multotiens vnũ fratrem ad habendã vnã
deuotionem: seu aliquã interiorẽ ordinatio
nem ⁊ consolationem multo ⁊ diutius labo
rare. Alius vero in solamentis sue conuer
sione ad deũ illud idem vel melius obtine
bit. ¶ Scd̃o debes cogitare ꝙ illud bonũ
qd̃ vsq₃ nũc laborasti habere ⁊ modo de
nouo incipis degustare: sit iã diu in alijs ve
teratũ ⁊ fortiter radicatũ. Et fortassis ista ẽ
vna ratio quasi ipsi sic tu circa bona spiri-
tualia exteri⁹ affici nõ vident: q₃ dulcedo
spũalis alicui de nouo adueniens mutatio
nem eidem inducit: sed non sic vt credo il
lũ ĩmutat: qui iã lõgo tpe est mutat⁹: s₃ po
tius perficit ⁊ conseruat: ⁊ videris te quo
dãmodo liquefieri pre amore: alios vͦo mi
nime: cogitare debes ꝙ ad similitudinẽ so
lis naturalis: aliqui ad calorẽ spiritualẽ ipsi
us solis in fine pre nimio amoris feruore
adeo liquefiũt: vt exteriora mẽbra vix aut
nullatenus valeant sustinere. Alij vero de
sicant totaliter: nõ solũ ab aquositate pec-
cati: sed etia₃ ab humiditate reliquarũ pec
cati: ⁊ ita consolidant in bono: ⁊ contra ma
lũ fortificantur: vt iã nihil a caritate que ẽ
in christo iesu eos valeat modo aliquo se-
parare. Aliqui vero ex nimia deuotionis
dulcedine maturescũt: in tñ ꝙ tã interius
q̃z exteri⁹ sibi dulcissimi ⁊ mellifluí videã
tur: ⁊ abolita oĩ mẽtis acerbitate iã iã po
ti⁹ in pr̃ia q̃z in via habitare cernant. alij vͦo
crescũt ad modum arborꝝ: ⁊ quãuis tales
magnã dulcedinẽ nõ degustẽt tñ crescẽtes
de die in diẽ apud deũ fiũt maiores: ⁊ sic
ꝓficiũt ⁊ fructũ ꝓferunt de suo. Aliq̃ vͦo
putrescũt totalr̃ sic mali. ¶ Cũ ergo aliquẽ
istoꝝ affectuũ ꝑsenseris in te fore: debes fir
miter credere fratrẽ tuũ illo eodẽ affectu
te ꝑfecti⁹ resurgere: vel etiã effectu aliõ me
liori ⁊ magis dei dilectio sit cũ illo: siue ipe
solus: siue cũ fratrib⁹ cõmoret. Et cogita te
in amore dei nõ modicũ ĩperfectũ: cum vix
valeas te ad ꝓximũ ꝯuertere: q₉ mltũ offẽ
das dñ₃ deũ tuũ: ⁊ ꝙ vix aut nunq̃z te pos-
sis ad deũ cõuertere: quin te oporteat a ꝓxi
mo sequestrari: qd̃ certe ĩperfectiõis est.
Nã angeli q̃ sunt in caritate ꝑfecti: ita bñ
mouent in deũ cũ sunt nobiscũ: vel nobis
ministrãt: sicut qñ solũ assistẽtes deo in ce

lo empireo cōmorant̄. Hoc aūt nō iō dico:
vt credā sic totalr̄ h̄ posse eē in nobis dum
sumꝰ viatores: ⁊ sic a nobis posse fieri duꝫ
sumꝰ in via: s; tm̄ aliqualr̄ possumꝰ eos seq̄.
Ad h̄ ēt potes cogitare: ꝙ cū fratres tui q̄s
iudicas imꝑfectos sunt ab istis exterioribꝰ
sequestrati tanq̄ꝫ soli deo vacātes ita fre-
quēter moueant̄ in ipꝫ: ꝙ ꝑpter nimiā in-
tēsionē ⁊ eleuationē mētis corpus dissolui
videat̄: ⁊ ad maximā redigat̄ debilitateꝫ.
Et ideo vt vires resumāt: ne penitꝰ dficiāt
⁊ ne ēt sua vtili p̄ntia ab alijs auertant̄ se
offerūt sepius solatio ꝓximoꝝ: ad honorē
tm̄ dei semꝑ h̄ oia faciētes. Et iō stultū est
⁊ sume piculosuꝫ suū fratrē pro truffa qua
libet iudicare: aut iꝑfectū quō lꝫ reputa-
re. Multi enī sunt honestissimi exteriꝰ ⁊ sol
liciti circa bona: q̄ tm̄ interius lasciui ⁊ pi-
gri: nihil aut parū boni opis opant̄. Mul
ti ecōuerso sunt exteriꝰ dissoluti: q̄ in corde
sunt pacifici ⁊ q̄eti ⁊ fidelissimi amici dei:
aut certe ꝙ peiꝰ ē: aliq̄ sunt hoībꝰ odoriferi
q̄ corā deo sunt fetidissimi ēt in h̄ mūdo: ⁊
iā sue exterioris scitatꝫ: suam ꝯdigne rece-
perūt mercedē. Aliq̄ v̄o ecōuerso apparēt
hoībꝰ pctōres quoꝝ tm̄ iterior ꝯuersatio ē
in celis. Nō tm̄ dico q̄n multotiēs exterior
ꝯuersatio correspōdeat iteriori: s; q: h̄ vel
ēt ꝯriū discernere nō valemꝰ. iō oēs eē filī
os dei salubriter iudicemꝰ: ⁊ nos eē iferio
res ceteris humiliter reputemꝰ. Nā de bo
nis ꝓximoꝝ ⁊ coꝝ excellētia scitatis sumꝰ
ignari: s; de nr̄is defectibꝰ ⁊ malitijs peni
tus sumꝰ certi. Magna ergo imo maxia
ꝑsumptio ē: si q̄ ꝓximoꝝ mores nobis nō
placēt: velimꝰ ex hoc limitare circa nos di
uine influētiā bonitatꝫ. Quid ē vesaniꝰ ⁊
arrogātiꝰ eē pōt q̄ꝫ velle diuinā cōplacētiā
b; nr̄aꝫ placētiā reglare. Hoc tm̄ facimus
manifeste q̄n ea q̄ in ꝓxis sunt: nobis non
placēt deo cuiꝰ ē cūcta discernere ⁊ iudica
re suspicamꝰ: vel ēt iudicamꝰ penitꝰ nō pla
cere. Qn̄ ēt vides eos circa exteriora solli
citos ⁊ itētos cogitare debes ꝙ hoc totū

ad laudē faciāt creatoris: ⁊ ꝙ magis in h̄
circa deū afficiāur: q̄ꝫ tu cū te recte ꝯuer-
tens ad deū. Fortassis enī ibi sicut deū di
ligūt: vehemēter conant̄ ⁊ studēt eū q̄rere
ꝑ singl'as creaturas: cū ipꝫ nimis in oībus
⁊ ꝑ oia diligibilē: desiderabilē: ⁊ laudabilē
nō ignorēt. Hoc sine dubio ē maximū gau
diū ⁊ letitia in ꝑdictꝫ: que vidēt eē in rebꝰ
vilissimis ⁊ minimis diuinā potētiā sapien
tiā ⁊ clemētiā magnifice cōmēdādam. Et
iō forte illa vilia ⁊ minima sic pertractant:
nec nobis curāt auxiliari: cū nobis oia sint
nociua. Et fortasse q̄n credis eos eē ocio-
sos: tūc inenarrabili letitia spūali iteriꝰ per
fruunt̄: q̄ꝫuis h̄ tibi dissimilent sapienter.
Aut forte q: reputāt se viles ⁊ peccatores
nō ꝑsumūt se sicut dignos diuīe faciei pre
sentare ꝯtinue: s; se frequēter vilibꝰ ⁊ mi-
nimis adiūgētes ipꝫ deū nitunt̄ revereri in
corde: ita tm̄ ⁊ talr̄ vt aliq̄n eū imediate ⁊
dulciter ꝯtēplent̄. Et h̄ ē forte rō q̄re sic se
pe cū alijs iocūdant̄: q: videlꝫ orit̄ in eis le
titia magna ex h̄: ꝙ sic viles hoīes ⁊ pecca
tores quos se existimāt p̄nt ⁊ merent̄ cum
eis: quos filios dei reputāt ꝯuersari: ⁊ si
dices mihi ꝓpter aliquos: ergo tal' vel tal'
deberet cū melioribꝰ ꝯuersari: ⁊ cū sanctio
ribꝰ hitare. r̄ndeo eos rōnabilr̄ excusan-
do: ꝙ forte ⁊ digne illos apud deū repu-
tāt meliores: q̄ apud hoīes miorē simulant̄
sanctitatē: aut fortassis h̄ est quia eē cū illis
nō se reputāt fore dignos: cū a ꝯuersatiōe
illoꝝ nimis vita istoꝝ dissimilis eē videa-
tur. Et iō eis sufficere videt̄ si p̄nt cū illis
dei filijs ꝯuersari: quos valēt aliqualr̄ imi
tari. Sciunt enī ꝙ in hoībꝰ similibus faci
lior ē trāsitꝰ: aut forte voluīt eē cū minꝰ ꝑ-
fectis ne bona sua intētio cognoscat̄. Po
tes ēt cogitare ꝙ h̄ forte ꝯcesserit eis deus
vt vꝫ circa ista extrinseca iplicent̄: ⁊ cum
fratribꝰ ꝯuersent̄ minus ꝑfectis: q: sic est
deū difficilius possidere q̄ꝫ si quieti ⁊ soli
tarij remanerēt: ⁊ quāto cū maiori pugna
⁊ labore deū obtinēt ⁊ acquirunt tanto ta

lis acquisitio magis meritoria ⁊ laudabili-
or est in eis. Quis enim dubitat ꝙ si ho-
mo īplicatus negotijs actiue vite adeo per
fecte possidet deuz: sic ille qui solitarius cō
moraē: laudabilius ⁊ virtuosius h̄ eēt: ipso
sic solitario īplicato: ⁊ certe vbi ē maior re
sistētia ibi ⁊ frequētius magis iucēdiē act⁹
amoris: ⁊ per multiplicē intēsionē act⁹ sui
facilius augeē substantia caritatis. ¶ In
quo aūt est maior caritas in eo maius p̄mi
um rōnabilr̄ debet eē. Cur ergo credis ta
les īplicatos pdere: nō certe pdūt aliq̄d sed
lucranē: ⁊ cū eos existimabis inuenire ī pa
tria īfimos: eos forte super te inuenies ex-
altatos: si tñ ibi fueris dignus eē. Multū
enim est timēdū nobis vt sicut eoꝝ humili
tas profunda: eos summe exaltat: ita ma-
gna superbia nr̄a nos miserabiliter deiciat
in pfundum: aut certe de talibus cogita: ꝙ
ipsi magis approbāt se posse deo s̄uire in
his minimis: ad que se inueniūt promptos
quā ipsi velit captare ardua: ⁊ ibi deficere
vt tu facis. Multū enim vituperabile re-
putāt: ⁊ debet sūme incōgruū reputari sic
defectuose agere ⁊ seruire tāto ac tali dn̄o
īperfecte. Aut etiā cogita ꝙ ipsi tā operen
tur in occulto q̄z in publico: ⁊ tā circa terre
na q̄z circa celestia occupanē: vt sic ab eis
in oībus inimicus humani generis impu-
gneē: ⁊ ipsi in oibus mereanē: ⁊ ipsi forte
plus mereнē in vno solo motu iteriori: q̄z
tu forte nō solū in multis sꝫ in oībus merea
ris: ⁊ iō eos nō iudices te minores: sꝫ lauda
deū qui te dignat⁹ est eis mis̄icorditer so-
ciare: quoꝝ fortassis meritis spūalr̄ tu nūc
viuis: ⁊ in glīa forte viues. Hec āt oīa pre
dicta dixi ad deprimēdā diabolicā tentatio
nem. Et quāuis sic sit aliquādo: aut sic pos-
sit esse: ⁊ sic de proximo credendum est: tñ
si sic est: tamē simpliciter magis placet mi-
hi: ⁊ credo ꝙ deo etiā magis placeat vita
cōtemplatiua q̄z actiua: solitaria q̄z dome
stica: ⁊ magis mihi placet honestas q̄z dis-
solutio: ⁊ hanc credo esse magis ab omni-
bus eligendam. Nā lꝫ actiua possit in deū
ordinari: ⁊ a sapientibus ordineē: tamē ꝙ
ppinquius est fini: magis est eligēdū: ⁊ ma
gis ipse finis q̄z illud qd̄ est ad finē: ⁊ sic se
habent iste due vite actiua. s. ⁊ cōtēplatiua.
Tamē non est dubium ꝙ psone quātū ad
istas duas vitas possunt se habere sicut ex
cedentia ⁊ excessa. Nam aliqui actiui pos
sunt esse ⁊ aliquādo sunt maioris charita-
tis ⁊ meriti: q̄z aliqui cōtēplatiui ⁊ ecōuer-
so: ⁊ etiā aliqui dissoluti q̄z honesti: ⁊ econ
uerso. Quid tamē nos habem⁹ dūmodo
deo placeamus: maximū erit nobis: q: pro
culdubio in tanta hominū multitudine: pau
ci sunt: imo forte paucissimi deo grati. Cu-
ius rei causa ⁊ pro nobis ⁊ pro ipsis debe
mus ⁊ habemus nō modicū sed multum
⁊ quotidie ⁊ quasi īconsolabiliter lachry-
mari ⁊ cū feruore maximo assidue domi-
nū deprecari: vt sua ineffabili pietate ⁊ infi
nita misericordia digneē nos īdignos ⁊ mi
serabiles facere sibi gratos: aut si sum⁹ di
gnetur nos vsq̄z in finē in sua gratia con-
seruare. Qd̄ ipse nobis concedat qui pro
hoc voluit incarnari ⁊ crucifigi. Amē.

¶ Qualiter homo debet se ad amorē dei excitare: ⁊ quātū pōt ignire cor suū.

Via cor contemplatiui non ces
sat seu cessare non debet inue
stigare quomodo sui creatoris
amore amplius inardescat: pro
posui aliquid ad hoc balbutiendo induce-
re inductiuū. Primo enim agnosce o ho-
mo ꝙ nihil est ꝙ ad eius amorem tantum
te īflamet: sicut tot ⁊ tantorum beneficiorū
donatio copiosa. ¶ Hoc enī ipso ꝙ sic cū
recogitas tam prōptū: curialē: liberū ⁊ be
nignū ad largiēdū tibi gratis innumerabi-
lia et ineffabilia dona ipꝫ te nimio amoris
feruore diligere recognosces. Et q̄d enim
hodie magis excitat ad amorē: q̄z vaciter
⁊ pfecte diligi ⁊ amari. Hoc enī faciūt ho-

mines quātūcūqȝ crudeles: q: vȝ: diligūt se
amātes: quē qȝ erga suum creatorē īstigāte
spēte ātiquo h negligūt adimplere. Cogita
ergo o hō qcqd velis: ⁊ inde creatorē tuū
inuenies nō modicā materiā diligēdi. Ac-
cede ergo ad ipsuȝ p hūc modū. Debes .n.
nō fictiue: sȝ vaciter cogitare de deo tuo ꝙ
ita simplr ipse ē vbi tu es: sicut ipse est in ce
lo empireo: ⁊ te cogita nō tuum sȝ suū eē.
Nec dubites ꝙ qcquid nō ad dānū sȝ ad
salutē aīe tue ab eo petieris simplr īpetra-
bis. Hec oīa certe sunt maxime incensiua
amoris. Quō ergo nō diligis sūme illum
cuius es: ⁊ qui parat⁹ ē oīa tibi dare. Nō-
ne multū amas illum qui aliqd prestat tibi
Nōne ergo super oīa illū debes diligere
feruenter: qui oīa que possides dedit tibi.
Qui tot ⁊ tātis bñfitijs te ditauit. Qui nō
solū alia a se vel a te: sed se ⁊ te tribuit tibi
ipsi. Si ergo te diligis quō ipsum qui te fe
cit nō diligis. Tu te destruxisti ⁊ adhuc nō
desinis destruere ⁊ te amas. Illū vo qui te
fecit ⁊ refecit cōstruxit ⁊ restruxit: regulat ⁊
ꝯseruat nō amas. Dic ergo dño deo tuo.
Dñe creatura tua sum ⁊ opus manuū tua
rum ⁊ mihi teipsuȝ negare nō potes: sȝ an-
teqȝ procedas h que dixisti meditare ⁊ ac-
cenderis pre nimio ardore amoris. Quis
enim amplius se valeat continere qn oib⁹
oblitis saltē in deū suū se totū ꝓiciat nō per
partes. Cū ipse deus qui est summū bonū:
gloria ⁊ delitie angeloꝝ: vita ⁊ premiū bea
toꝝ ipi hoī peccatori misero: īfirmo ⁊ cor-
ruptibili: in tm̄ vt ei⁹ miseriā nemo possit
exprimē: semetipsuȝ pre nimia charitate nō
valeat denegare. Et quātūcunqȝ sit hō ī fir
mus ⁊ peccator si tm̄ toto posse ad ipm se cō
uerterit: ⁊ ipȝ ꝯstāter petierit ipȝ ꝓculdubio
possidebit: h nos ipe desiderat petē ⁊ largi
ri: dū inqt. petite ⁊ accipietꝭ vt gaudiū ve-
strū sit plenū. ¶ Nescio igit qd ampli⁹ la
borem⁹ cur circa nisi nos quotidie effliga-
mus: cū creatorē oīuȝ possidere felicit va
leam⁹. Quid ergo ampli⁹ querim⁹. Si eni
oē bonū possum⁹ sic de leui hrē: cur niti-
mur vitā istā plenā cunctis miserijs tā sol
licite ⁊ auide possidere. O dñe deus me⁹
quid tibi boni fecimus: ꝙ nobis indignis
te summū bonū tribuis tam libenter. Ni-
hil tibi ꝯfert si te hēam⁹: ⁊ tm̄ sic nos intē
se diligis ꝙ te eē nobiscū: delitias tuas di
cis. Quare amantissime dñe nos peccato
res in tm̄ diligis: vt libentius teipsum no-
bis tribuas qȝ aliquid aliud qd petat. Et
certe nec ego volo decetero aliud possidere
re ex quo debita petitiōe habere valeo de
um meū. Ornabo me monilibus ⁊ īrodu
cam ipsuȝ in thalamū cordis mei: ⁊ de cete
ro ibi secū dulciter requiescam. Bene scio
ꝙ nihil aliud ipse petit: nisi intrare ad cor
meum desiderat: ⁊ iam diutius est: ꝙ pul
sauit. doleo enim valde ꝙ tm̄ carui tanto
bono. dicam igitur ei. O dulcissime deus
meus scio pro certo ⁊ video manifeste ꝙ
tu plus me diligis qȝ ego diligam memet
ipsum. Quapropter de me amplius nō cu
rabo sed solum tuis delitijs perhenniter in
herebo: ⁊ tu mei curam habeto. non enim
tibi ⁊ mihi intendere simul possum. Et iō
permittam te intēdere infirmitati mee ma
xime vt ipsam subleues manu forti ⁊ ego in
tendam tue ineffabili bonitati vt feliciter
sic delecter: Et quāuis tecum multum lu-
crer: ⁊ tu breuiter nihil mecum. Scio ta-
men ꝙ libentius mecum es vt me promo
ueas ⁊ conserues qȝ tecum sim vt tua per
fruar bonitate. Et vñ hoc bone domine.
Certe h est vt clare video: quia ego me
ipsum summe odio: sed tu me diligis supra
modum. Si enim vellem amantissime dñe
discurrere p singla signa tue ardentissime
caritatis: sine dubio deficerem ī narrādo.
Quia nec bona nature: nec bona fortune:
nec bona gratie: nec bona glorie: si linguis
hominū loquar ⁊ angeloꝝ explicare etiaȝ
superficialiter nō valerem. Et ideo hijs ta
citis: ⁊ dimissis in solum tuū dilectum filiū
pater eterne aliquantulū respirabo. Quan

ta fuit erga hominē tua ineffabilis dilectio
⁊ singularis deus meus. Qui tantum euꝫ
dilexisti: vt velles hominē esse deuꝫ: ⁊ deū
hominē appellari. Quid.n.sibi ampliꝰ fa
cere potuisti: q̄z ꝙ tibi euꝫ inseparabiliter
vniuisti. Quid dicam de sexu fragili ipsuꝫ
voluisti nasci: ⁊ qui erat ⁊ est tuus vnige-
nitus proprius filius voluisti filium virgi-
nis nominari multū quidē dn̄e: sm̄ vtrūq̄ꝫ
sexum exaltasti genus humanū: qui equalē
tibi filium voluisti esse hominē ⁊ filiū mu
lieris. Nam h̄ dilectionis signum voluisti
gratis angelis tuis ostendere. Non enim
angelos apprehendit: sed semen abrahe.
Mirū est valde ꝙ pre tui amore: corda fi
liorum hominū non scinduntur. Quid.n.
aliud habebas facere domine deus q̄z cū
peccauimus q̄z tam cito nos sicut peccan-
tes angelos in inferni profundum deicere
⁊ aliam creaturam nobiliorem si volebas
creare ⁊ producere in instanti. Quanta
fuit ista dilectio bone deus ꝙ post lapsum
dignatus es nos querere: tam solicite ⁊ be
nigue. Necnō post tantam nostrā offensaꝫ
voluisti nos amplius q̄z prius misericordi
ter exaltare. Quid queso fuit illud. Nun-
quid exaltationem meruit culpa nr̄a. Cer
te non. Sed ne amplius fugeremus te: hu
manitatē nr̄aꝫ tibi vnire iseparabiliter vo
luisti. Mira videtur tua valde dilectio de
us meus: qui cum sis sūmus: te odientes
diligis sic intense. ¶ Quō igitur nos ceci
⁊ miseri te non sic diligimus omne bonū.
¶ O cor lapideum meditantis quō in taꝫ
excellenti dilectionis affectu nō deficis pre
amore. Quantū ē.n. nostri creatoris digna
bonitas: qui tantum desiderat nos sibi per
dilectionis vinculum indissolubiliter colli
gari. Quō potest aliud cor hominis cogi
tare. Ut nos sic exaltares deus noster vo-
luisti humiliter paruus nasci. Ut nos be-
stiales effectos ꝑ peccatū: celestes faceres:
celū deseruisti: ⁊ inter bestias voluisti in p̄
sepio collocari. O magna diuīe bonitatis
diffusio. O detestabilis nostroꝝ excecatio
oculorum. O glacies non cor cur nō lique-
fis ad hunc calorem. O lapis nō caro cur
non scinderis pre amore. Heu heu mihi qr
nescio per quā viam deus amplius nos re
quirat: exquo per hanc penitus nō habet
nos. Sed quid dicam xp̄s: qui est recepta
culum expulsoꝝ voluit fugere in egyptuꝫ.
Nunquid domine qui vbiq̄ꝫ eras fugere
īdigebas. Nō certe: qr oēs inimicos tuos
in tua potestate simpliciter habebas. Sed
ideo fugere voluisti: vt h̄ pro me patiens:
tuū mihi monstrares amorem: ⁊ vt sic ad
te fugerem persecutus. O deus meus be
ne video ꝙ tu totus es meus: ⁊ me vis to
taliter possidere. Sed quid plura. Taceo
sue vite processum: qui totus est dilectione
plenus: ⁊ volo festinare ad alapas: ⁊ con-
sputa. Cuius enim hominis cor h̄ imensi
amoris euidentissimum signū sufficiat etiā
toto vite sue tempore perfectissime cogita
re. O clementissime deus meus: si nihil
aliud mihi fecisses: nec facturus esses ex h̄
solum ꝙ tu sūmus deus eternus voluisti
pro me ⁊ in mea natura assumpta h̄ obpro
bria humiliter sustinere deberem totaliter
tuo igniri amore. Quid.n. maius deo. Et
quid vilius peccatore: ⁊ tamen deus ꝓ pec
catoribus voluit illudi ⁊ conspui. ¶ O de
us meus quid fuit istud: ꝙ a creatura tam
vilissima quā tu momento ledere poteras
⁊ penitus anihilare: tot ⁊ tanta turpia ⁊ vi
lia ignominiosa ⁊ dolorosa: tā patiētissime
tollerabas. Et dicētibus te eē pctōreꝫ imo
demoniacū tā bn̄ignissime rn̄debas. O sū
ma ⁊ ieffabilis tue manifestatio caritatis
dū talia ⁊ tāta ꝓ nobis a demoniacis susti
nebas. Quid tibi bone iesu tm̄ cure erat d̄
nobis: ꝙ te ꝓ nobis oī obprobrio ⁊ pene
humiliter subponebas. ¶ O cor duriꝰ la
pide siue ferro. O cor iā nō cor cur nō ac-
cenderis ex amore. Nā lapis calore soluit̄
⁊ ī es vertit̄: ⁊ tu ad p̄n̄tiaꝫ tā feruēns ⁊ tā
ti caloris: imutabile ꝑseueras. Utinā ḡ la-

pidea essent ⁊ non carnea corda nostra. Et quid certe mirabilius imo vituperabilius in homine posset dici: q̃z q̄ caro sui cordis inueniatur durior ⁊ insensibilior omni petra: sed nōne dixit deus q̄ auferret a nobis cor lapideū: ⁊ daret carneū. Utiqz dixit: sz vtinā ecōuerso auferat carneū ⁊ tribuat lapideū: ex quo lapideū citius ⁊ facilius q̃z carneū imutetur. Ad verecūdiā nostram h dico. O cor durissimū cur sic fortiter te diligentem nō diligis q̃z toto posse. O cor imanissimū: cur mortifere sic te odis: o cor nequissimū cur sic letaliter te laceras ⁊ cōsumis. o crudelissimū cor cur morté diligis plus q̃z vitā: o cor non cor: cur non te offers tā sollicite te querenti. Cur nō aperis ad te die noctuqz lamētabiliter propulsanti. Cur in te nō recipis tam dulciter te petenté. O lapides ⁊ saxa ⁊ cetere creature insensibiles: flete vberius vesaniam mei cordis. Certe domine deus meus si me simpliciter odisses: ex quo tu es de⁹ me⁹ ⁊ solus protector ⁊ gubernator: mens ⁊ totum refugium meum supra omnes diligere te deberem. Quanto ergo magis hoc debeo cum tu me summe diligas ⁊ tuis beneficiis sequaris me per deuia fugientem. Naz in tm̄ me diligis: vt teipsum pro me videaris odire. Nōne tu iudex ⁊ dominus voluisti a seruis ⁊ peccatoribus pro me iudicari: flagellari: ⁊ occidi. Nōne a discipulo traditus: triginta argenteis voluisti vendi: a iudeis cum gladijs ⁊ fustibus capi: tanq̃z latro: vinciri vt malefactor. Anne primo: deinde Caiphe presentari: per inuidiā mēdaciter accusari. Ab herode alba veste illudi ⁊ fatu⁹ reputari: a Pilato nequiter iudicari: a suis militib⁹ flagellari: oculos velari: purpura indui: palmis percuti: flagellis cedi: contumelijs affici: sputis fedari: colaphis obrui: clauis configi: penis affligi: spinis coronari: cum iniquis deputari: cruce damnari: corpore nudari: manibus perforari: pedibus cōfodi: felle ⁊ aceto potari: lancea vulnerari: sanguine perfundi: ⁊ sic tandem turpissimā ⁊ crudelissimā mortemqz amarissimam pro peccatoribus voluisti patientissime sustinere: semper conticuisti: semper siluisti: vt agnus mansuetissimus os tuum nunq̃z ad malum aperuisti. nullum impatientie signum ostendisti: non maledixisti: non murmurasti: sed patrem pro tuis occisoribus dulciter exorasti. O summa patientia: o ardentis ⁊ feruentis amoris inaudita beniuolentia: o suauissima dulcedo cordis: o melliflua suauitas amoris. O inextimabilis dilectio caritatis: o immensa pietas saluatoris: o ineffabilis benignitas dei nostri: pati enim ⁊ mori voluit creator pro creatura: deus pro homine: pater pro filio: dominus pro seruo: magister pro discipulo: innocens pro reo: sanctus pro peccatore: iustus pro iniusto: deniqz pius pro impio ⁊ indigno. O de⁹ meus quid mihi amplius facere debuisti: aut mihi dic cito quid mihi amplius facere potuisti. Certe si tot ⁊ tanta mihi fecisset vn⁹ vilissimus rusticus: ipsum toto affectu deberem diligere in eternum: ⁊ ego te non diligam deus meus. Absit. Certe enim nō dico sanguinis effusio: que tota plena ē caritate: sed solus tuus aspectus deberet me in tuo amore totaliter inebriare. Quāto ergo magis tua grauissima passio sic penosa. Certe ⁊ clare video q̄ me totū voluisti: dū mihi te totum sic amorose ⁊ dulcorose totaliter tribuisti: ⁊ quis requirebat h de manu tua dn̄e mi: cur tibi tanta cura fuit de tam vilissima creatura: certe nihil aliud nisi tua nimia bonitas: ⁊ immensa dilectio h egit. Nam si omnino redimere me volebas aliter certe q̃z per mortem tuam me poteras redemisse: sed ideo sic me indignum redimere voluisti: vt me in tuo amore amplius iflāmares. O amor ⁊ desiderium cordis. o dulcedo ⁊ suauitas mentis: o ardor ⁊ inflāmatio pectoris: o lux ⁊ claritas oculoꝝ o aurium delectabilis simphonia: o hostia

odorifera, deo patri: o meliflua gustatio flu
xus sanguinis: o amantissima palpatio la
teris: o dulcissima osculatio pedum: o sua
uissima ãplexatio brachiorum: o salutifera
contractatio corporis: o reuerenda inclina
tio capitis: o anima mea: o vita mea: o vi-
scera cordis mei: o medulla ossium: vege-
tatio carnium: organorum significatio: in-
tellectus inspiratio: o tota ⁊ totalis delecta
tio ⁊ exultatio mea: suauitas ⁊ iocunditas
mea: solatiũ ⁊ tripudium meũ. Jubilus ⁊ ri
sus meus: gaudiũ ⁊ letitia cordis mei: o cur
nõ sum totus in tuo amore ꝯuersus. Qua
re aliquid est in me nisi amor. Quõ possuꝫ
aliud loqui: possidere: appetere: vel medi
tari. Cur nõ sum illaqueatus ⁊ captꝰ amo
re. Quid iocundius: quid plus vel ampli
us capit q̃ꝫ amor. O deus meus vndiqꝫ
me tuus amor circundat: ⁊ tamen nescio
q̇d sit amor: heu heu mihi: cur sic insensibi
lis mãeo sine causa: cur vanitas plus q̃ꝫ ve
ritas me abstraxit: cur creature iniquitas:
plus q̃ꝫ saluatoris ⁊ creatoris mei benigni
tas me allicuit. Cur nihias ⁊ peccata plus
q̃ꝫ redemptoris mei amorẽ: ⁊ beniuolẽtiã
adamaui. ¶ O quantum dilexisti hoiem
deus meus: qui nõ solũ ꝓ ipso in cruce pa-
ti ⁊ mori voluisti: sed etiã ipsum apud infe-
ros visitasti: ⁊ ipsum tecum ad superos re
duxisti. Non potuisti dñe mittere aliquem
angelorum: nisi eum extraheres per teipsũ
Cur vbiqꝫ vis hoiem sociare. Cur semꝑ
cum homine tu vis esse. Cur omni loco et
tempore cum homine vis tam domestice
hĩtare. Et in oĩbus cũ eo tã dulciter ⁊ ami
cabiliter cõuersari. Quid habet queso iste
hõ nisi vilia ⁊ sꝑnẽda. Cur ipsuꝫ diligis sic
intẽse. Postq̃ꝫ eni resurrexisti voluisti etiã
adhuc ꝑ. xl. dies hoi apparere. secum sic
glorificatus vesci familiariter voluisti. Et
pacẽ sibi donãs te ei visibilẽ ⁊ palpabilem
tribuisti. Sꝫ bone dñe nõne sufficiebat hoi
ꝙ ꝓ ipso fueras crucifixus. Et ꝙ demũ ip
suꝫ extrhaxeras de ĩferno. videtur manife

ste ꝙ tu ĩ tm̃ dilexeris istũ hoiem vt ab ip
so non valeres te mõ aliquo abstinere. An
forte ignorabas: ꝙ de tã excellẽtissimo tue
passionis bñficio debebamus esse ingrati.
¶ Nã ẽt quos spãles habueras: nõ tã in
grati q̃ꝫ increduli extiterũt. Quõ ġ potui
sti nos plus eis ĩtueri. O q̃ꝫ admirabilis ⁊
ineffabilis ẽ tua dilectio bone dñe: cũ nul
lo mõ possis ab hoĩe seꝑari. Nonne ẽt: q:
ascẽsurus eras ad dexterã dei p̄ris tui po
testatem hoĩ dimisisti: vt cum velit te hẽat
in altari. Hãc quippe ptãtẽ añq̃ꝫ mori inci
peres hoĩ tribuisti: ne te per tuaꝫ mortem
amittere formidaret. Sed cur h̄ facẽ volui
sti: cũ spũm sctũm ad hoieꝫ eẽs missurus.
Cur igitur tã semꝑ auide voluisti cũ hoĩe
cõmorari. Sed vere vt video: nos tuo cor
pore gl'oso ĩ corporare totalr̃ voluisti: ⁊ tuo
ꝓcisissimo sanguine nos potare: vt sic tuo
inebriati amore: tecũ semper vnũ corpus
⁊ vnã aiaꝫ hẽamus. Quid eni ẽ aliud tuũ
sanguinẽ: qui ẽ potus aie bibere: nisi nr̃am
animã tue sanctissime anime indissolubili-
ter colligare. Hoc est certe ꝙ vis: hoc est
quod desideras deus meus. Hoc domine
mi redemptor est: ꝙ tanto tempore procu-
rasti: ⁊ pro hoc semper a tua infantia labo
rasti. Hoc nobis queso misericorditer ꝯce
das qui pro nobis plenus amore: vberius
tuuꝫ preciosum sanguineꝫ effudisti Amen.

Quõ homo perfecte se odiat ⁊ deum per
fecte diligat.

Uia ad dilectionem dei bñdaꝫ
ĩpedit dilectio sui: ⁊ q̃nto amor
plus in vna re ĩtẽdit: tanto in altera appet
plꝰ remissus. Jdõ vt ꝑfecte possimꝰ deũ di
ligere: perfecte nos debemꝰ odire. ¶ Tũc
aũt te odis ꝑfecte: qñ appetis pleno corde
ab oĩbus cõculcari: ⁊ vilissimus reputari
flagellari: vilipendi: deici cõtemni: ⁊ quasi
ad nihilũ redigi in hoc mundo: ⁊ hec oĩa
reputas eẽ pauca. Jtẽ qñ in tuis seu tibi i

latis iniurijs ⁊ tribulationib⁹ te fore dignū
putabis. hec dico ꝓ tāto: q: multi hodie sūt
qui aduersa sustinent ⁊ appetunt sustinere
vt sic ab hominibus de eorū tollerātia co-
mendentur. Tales proculdubio nō se per-
fecte odiunt. sed potius diligūt ⁊ mercedē
suam iam recipiunt in hoc mundo. Tunc
etiā te perfecte odis: qn̄ non solum cupis
ab alijs conculcari: sed etiā te inteipso tan-
tum abhorres. Vt vix teipsum valeas tol-
lerare, ⁊ efficeris nimis abhomiabilis tibi
ipsi. Et velles etiā a creaturis irrationabili
bus ⁊ insensibilibus simpliciter impugna-
ri. Et cū propter tuam necessitatē aliquid
delectabile: vel etiam non aflictiuum re-
cipis: contra teipsum non modicū contur
baris: solum deū queris ⁊ omnia renuis
extra ipsum. Ad hoc autem per maximū
donum habendum. Valebit si confidēter
⁊ ex toto corde petieris hoc a deo. Ex par
te autem tua possunt esse aliqua inductiua
⁊ dispositiua ad donum istud. ¶ Primo
quidem cōsiderare debes ꝙ in peccato fui
sti genitus ⁊ conceptus. Et ꝙ postq̄ȝ fuisti
a peccato originali sacro lauacro regene-
ratus lauatus ⁊ lotus ⁊ iaȝ vsum liberij ar
bitrij habere cepisti deum tuū vsq̄ȝ ad hāc
horam continue offendisti: inmemor ⁊ ingra
tus prime lotionis: que in te deriuauit a la-
tere iesu christi: diuinā non reuerendo ma
iestatem in cuius presentia existebas ac te-
metipsum letaliter offendendo plusq̄ȝ ali-
quis tuus crudelissimus inimicus. Quo-
modo igitur si ista diligentius cogitabis te
simplr̄ nō odibis. Et quid nos odimus ni
si mala mortifera ⁊ nociua fugiam⁹. Quid
autem magis ē mortiferū ⁊ nociuū q̄ȝ op-
ponere se totaliter suo bono. Quid pericu
losius q̄ȝ salutiferi sanguinis christi cuomē
medicinā. Quid perniciosius homini: q̄ȝ
sue aīe occisio ꝓcurata. Et tu tibi talis fui
sti ⁊ in oībus predictis maxime offendisti
etiā plus q̄ȝ valeas cogitare. ¶ Debes se
cōdo cogitare ꝙ qn̄ ab extrinsicus magis

molestaris tanto magis tibi vndiq̄ȝ precludi
ditur via ne vageris per deuia: ⁊ ne illici-
te affectum tuum applices creature: sed in
solo creatore altissimo requiescas: quis er
go nō odiet summe illius clausure apertio
nē: vn̄ quis exn̄s cū deo possit abeo egre-
di ⁊ exire. Certe tali clausura talis aperi
tur quando propria tribulatio non ama-
tur: sed ab animo fugatur. Volens quip
pe talis homo potius quiescere in sterco-
re quam in deo. Cogita ergo o homo ꝙ
soli deo debetur reuerentia siue honor.
¶ Et ipse solus in se ⁊ in suis creaturis ē
a nobis simpliciter diligendus. Et ideo
si vere ⁊ perfecte deum diligis te diligi: et
honoras: sȝ abhoibus debes penit⁹ abho
reri. Quō nō merito abhorebo illud mi-
hi atribui: qd̄ est dei: ymo potius opposi-
tuȝ affectabo: ne forte si vellē tenere mediū
currerem in extremū. ¶ O q̄ȝ vtiles sunt
iste afflictiones extrinsice. Nam certe per
ipsas ad cognitionē nostre miserie ueni-
mus: ⁊ per talē cognitionem nostri magis
cito ⁊ perfectius ducimur in cognitionem
dei. Nā quanto: quis sue fragilitatis: ⁊ vi-
litatis: magis est cognitor: tanto magis ē di
uine maiestatis inspectator. Quis ḡ renu
et se odiri: ⁊ ab hoibus cōculcari certe ne
scio nisi stultus. Si ergo times o homo illa
que ab hoibus inferruntur multo magis
debes timere illa: que tibi a dn̄o infligent̄
Et si illa times certe ista diliges ⁊ amabis.
Nam iste tribulationes. sunt vie ad patriā
⁊ sunt materia magni boni. Consolatiōes
vero sunt vie ad penas: ⁊ occasio magni
casus iste. s. consolationes ⁊ honores: aīas
inficiunt ⁊ deturpant. Ille aūt. s. tribulatio
nes aīas lauant amaculis: ⁊ purgant a sco
rio peccatorū. Vt sic de albate ⁊ munde di
gne videant deū suū. ¶ O deus: quis nō
appetet hō habere: nisi quis non appetit
te videre ⁊ ad tuā gloriā euolare. Et quō ꝓ
babit̄ aliq̄s eē tuus ver⁹ amic⁹: nisi ꝓ te ad
ūsa voluerit sustinē. Nūq̄d ūa amicicia tui

cōprobatur in consolationibus ꝛ honorib⁹
huius mūdi. Certe si sic cū pauci inuenirē-
tur mali: q; valde pauci sunt illi: qui nō ap-
petant consolari: sed certe illi tui filij con-
cernuntur: quos flagellis corrigere non de
sistis. Nam semper cum talibus cōmora-
ris. Non ergo q̄s aduersa renuit: sed sum
me diligit nisi forte ille miser qui non vult
tanquā spiritualis amicus: imo tanq̄ȝ ca-
rissimus filius cum domino habitare: hec
nos stimulant: vt festinemus currere ꝛ pro
ficere ad maiora: hec nos faciunt conscen-
dere in montana vt cōtēplemur in celesti-
bus deum nostrū. Hec sunt certe que cete
ris mēbris patientibus nos instruunt com
pati: ꝛ cōpatiendo nos cogunt eis miseri-
corditer subuenire. Quomodo enim pro-
ximo meo iniurias ꝛ damna: vel quecūq;
aduersa patienti cōpatiar ego: qui hoc nū-
quā penitus sū expertus. Propterea apo
stolus ad hebreos dicit de christo. Non in
quit habemus pontificem: qui nō possit cō
pati infirmitatibus nostris. Et hoc certe q:
ipse christus eas in suo corpore expsse pro-
bauit sicut inmiituribidem. Nā languores
nostros ipse tulit: ꝛ dolores nostros ipe por
tauit. Si ergo exemplo eius nos hic in pre
senti nō compatimur proximo: quomodo
regnabimus secum. Aut si compassionem
adinuicem nō habemus: quomodo adin-
uicem mēbra sumus. Et si forte cōmēbra:
nunq̄d viua: non certe sed mortua ꝛ insensi
bilia sumus. Quid igit aliud restat: nisi vt
de corpore excidamur: ꝛ dicito adhuc mi-
hi tu homo. Quomodo ipsi tuo capiti chri
sto scies compati pro te passo: quando
in teipso passionem nullatenus experiris:
aut si christo nō compateris: quomodo po
tes ipsi tanq̄ȝ capiti conformari: sed certe si
solum istud ꝛ nihil aliud te moueret: de-
beret facere te auidum passionum. Quid
peius ꝛ magis mortiferum q̄ȝ patientib⁹
nō compati: ꝛ tanti beneficij passionis chri
sti esse ingratuȝ: aut quid fructuosius ꝛ sua

uius q̄ȝ ex corde plenā compassionem ge
rere illius amarissime passionis: hoc cer-
te nullus perfecte potest facere nisi forte q
iniurias est expertus: aut dic mihi tu ho-
mo quid nobilius ꝛ dignius q̄ȝ dei filio as
similari. Quomodo ergo si per consola-
tiones ꝛ honores fuerimus dissimiles in
presenti poterimus in regno cōfratres sibi
esse: minime certe. Quid enim abhomina
bilius q̄ȝ pro me stercore videre dei filium
in assumpta humanitate: iniurias maxias
ꝛ obprobria inumerabilia sustinere: mortē
turpissimam ꝛ grauissimaȝ tollerare: ꝛ me
velle ab hominibus honorari ꝛ flui deliti-
is huius mundi. O homo non homo: sed
stercus ꝛ plusq̄ȝ stercus: ipse actor ꝛ iudex
tuus super se reflexit iudicium tuum: ꝛ pro
iniuria quā sibi feceras semetipsuȝ ad mor
tem crudelissimam iudicauit. Et tu qui ad-
huc nō cessas sibi iniurias inferre vis ab
aduersis omnino pertrāsire imunis. Sal-
tem infelix corā oculis sic pro te afflicti pre
tende merorē: ꝛ corde te offer sibi ad consi
milia pro eo libentissime patiendū. Certe
ex quo ipse est: sic pro te sufficienter puni-
tus: si tu hec que ipse sustinuit volueris ite-
rum sustinere: ꝛ hec toto corde appetieris:
non sustinebis: quia ipse nō vult q̄ pro ea
dem iniuria bis passio inferatur: sed illud
q̄d credis iniuriā: in honorē ipse cōuertet.
ꝛ q̄d credis tribulationē esse cōsolationeȝ
videbis: ꝛ vbi eē dānū putabis: inuenies
fructū multū. Et quanto iniuria fuerit ma
ior: tāto honorabilior eris: ꝛ quāto passio
acerbior: tanto eris carior deo tuo: ꝛ quan
to tribulatio ꝛ afflictio fuerit intēsior: ꝛ diu
turnior: tanto magis te deus cōsolabitur in
mercede: ꝛ si omnia pro ipso amiseris: cer-
te ipsum qui est bona oia possidebis. Et si
oēs te fuerint persecuti ipse nunq̄ȝ te dese
ret: sed vbiq; ꝛ semper viriliter te iuuabit:
si in hoc mundo a cunctis fueris expulsus
ipse te recipiet in suo regno: si autē hono-
res petieris a deo econuerso depriueris. si

consolationes ⁊ delicias: tribulaberis ⁊ affligeris. Si temporalia vel diuitias: mendicabis: ⁊ pauper efficieris. Quid plura. Si preter deum: aliqd appetieris: teipsum affliges: imo si te dilexeris te occides. Si vero teipsum oderis: ⁊ solum deum dilexeris: vita viues: ⁊ ipsum plenarie: ⁊ feliciter possidebis. Nam qui deum diligit deum habet: ⁊ quanto perfectius eū diligit: tanto perfectius habet ipsum. ¶ O stultissimi homines cur hic oculos vestros nō ponitis si vultis vos ⁊ oīa abhorrere. Certe cum videritis vos possidere omniū creatorem: ⁊ mens vestra fuerit in eo quietata omnia ab eo reputabitis penitus vanitatem. Et corpora etiam vestra. dum adhuc sunt mortalia abhominabilia tanq̄ stercora sint vobis. ¶ Et sicut qui aufferret stercus: vel aliud abhominabile ab oculis vestris: sic qui vsq; ad morté affligeret corp⁹ vestrum. Et sicut cum quis detestaretur illud quod abhominami: gauderetis: sic cū quis iniurias: ⁊ obprobria testando: vobis dixerit vel fecerit: exultabitis. Nam nihil vobis poterit aduenire aduersi. Consolationes enī ⁊ honores: ⁊ queq; prospera non poterunt vos decipere vullo modo: quia de ipsis non curabitis: imo cōtraria cupietis. Aduersa etiam vos non valebunt deijcere: quia ipsas sūme desiderabitis in hoc mundo. Et q̄to tribulatio erit maior: tanto maior cōsolatio erit vobis: eo ꝙ magis in hoc casu implebitur desideriū cordis vestri. Et si forte in aliquo sic nō esset: deberet certe in eo penitus: ita esse. Et quis nō deberet gaudere: si separatur a vanitate: ⁊ coniungitur veritati. Nonne hec omnia sūt vanitas: vanitas: vanitatū: ⁊ oīa vanitas simpliciter preter deum. Et quid ē veritas nisi deus. Omnia igitur pret̄ deū ⁊ que in ipsum non tendunt: sunt a vobis simpliciter abhorrenda. Si enim sic esset o homo vt in solo deo velles affici: ⁊ ipsius solus sitires honorem: te autem: vt dictum est: non diligeres: sed odires: ⁊ appeteres ab alijs conculcari: despici: ⁊ conténi. Viá procul dubio ipsi diabolo precluderes in tantum vt nullatenus ad te posset intrare. In hoc enim concordant omnes doctores ꝙ omnis mali: est causa: timor vel amor: imo etiam ipsius timoris causa est amor sui ipsius. Quomodo ergo ex timore poteris peccare: quia desiderabis affligi: ⁊ conténi ⁊ ab omnibus simpliciter conculcari. Et q̄uo amore tui peccare valebis cum te perfecte odias: ⁊ diligas solum deū. Hoc certe si habueris: ⁊ seruaueris: ad perfectam innocentiam ⁊ ad sanctitatis consumationem pertinges. ¶ Et qui aliquando fuisti seruus diaboli: efficieris nūc specialis amicus: imo amantissimus filius deo tuo ⁊ in regno suo reputaberis inter omnes. Cur ergo ista assequi sic tardamus. Quare negligimus tantum hanc mentis perfectionem satis de facili obtinere. Nunquid hoc donū excellentissimū nobis largitor oīum bonorum: poterit denegare. Si hoc ab eo voluerimus toto corde cum instantia postulare. Certe non: de hoc enim te certifico sicut possum: q: non denegabit: sed libentissime tibi dabit. Non dico ꝙ det tibi pati: quia hoc nō omnibus concedit: sed tibi indubitanter tribuet velle pati. Et forte ꝙ etiam pati si dignus fueris dabit tibi. Et si fortassis dicis mihi nō possum: nec possē tantum: laborare: vt ad tantam sanctitatem venirem: ꝙ solum deum diligerem: ⁊ me exosum haberē super omnia: ⁊ ꝙ possē simpliciter appetere ab omnibus vilipendi. Ego tibi respondeo: ꝙ ad hoc nō requiritur iste labor extrinsecus: aut corporis vilitudo. Sed potius solitudo: ⁊ requies corporis: labor cordis ⁊ quies mentis. Non requiritur inq̄ multus labor extrinsecus: quia per illū non vnitur: sed distrahitur: interior vero labor tamen humilitatis ⁊

pietatis: ad hoc ⁊ ad omnia est vtilis dū-
tamen homo mentis quietem custodiat in
labore. Nec etiam requiritur valitudo cor
poris: quia valitudini spiritus hec repu-
gnat. ¶ Requiritur autē omnino labor
cordis in surgendo ⁊ euellendo se totali-
ter ab istis infimis ⁊ caducis: ⁊ se ad cele-
stia eleuando. Et dum sic ascendes in te
tunc requiritur quies mentis. Multum
enim abhorret deus illum: qui ipsum de-
gustat ⁊ ibi simpliciter non quiescit: sed
potius tanq̄ deus non esset sibi sufficiēs
recedit a deo: ⁊ reddit ad ista stercora am
plexandum: ⁊ sic coinquinatus ⁊ infectus
ad amplexus dei iterum vult redire: sed
certe sic facere vni vili rustico ⁊ timere-
mus ⁊ verecundaremur: ⁊ tamē ipsū deū
plus omni rustico vilipendimus: ⁊ quasi
nihil de ipso breuiter iam curamus: ⁊ ni-
hilominus volumus ꝙ ipse ī omnibus no
stre satisfaciat voluntati: sed non sic debet
esse. ¶ Sed si intrare adeo volueris sine
repulsa hoc excellens: vel etiam aliud qd-
cunq̄ donum ad ipsum reuerenter conscē
das: nec inde recedas: sed perenniter ibi qe
scas: rogando eum instantius ⁊ deuote: vt
ad vomitum non permittat amplius te re
dire: ⁊ si sic feceris: nō dubito ꝙ ab eo suo
lumine illustratus: tuas miserias recogno-
sces: ⁊ super omnia te odibis: diuinam ex-
perieris bonitatem: ⁊ omnia mundi velut
stercora abhorrebis. Et sic tandem digne
⁊ merito immensi amoris vinculo coniun
geris inseparabiliter soli deo. Quod ipse
nobis concedat: qui per cuncta secula re-
gnat. Amen.

¶ Quod homo cōmutetur in deum.

Mirabilis mutatio dextere ex
celsi. Sicut enim apud homi-
nes temporalia diligentes es-
set summe admirabile: si quis

vnum stercus fetidissimum commutaret
in omnes delitias huius mundi: vtpu-
ta: si quis pro vno vtilissimo ⁊ fetidissimo
stercore haberet huius mundi plenariam
potestatem: ⁊ quantum ad temporalia ad
modum imperatoris: ⁊ quantum ad spiri
tualia sicut papa: ⁊ nullam resistentiā pos-
set pati: ⁊ insuper ꝙ maligni spiritus sue
obtemperarent in omnibus volūtati: ⁊ ꝙ
non solum terra ⁊ que in ea sunt: sed ⁊ ce-
lorum sydera sibi parerent ad nutum. Itē
ꝙ posset mortificare: viuificare: infirmos
sanare: ⁊ mortuos suscitare: cursum quoq̄
nature simpliciter īmutare. Et ꝙ haberet
omnes diuitias ⁊ delitias quas citra deū
posset excogitare: imo quas deus posset ꝑ
ducere: dūtamen in deum non ducerent.
Sic certe imo sine comparatione: multo
magis est admirabilis: laudabilis: venera
bilis ⁊ amabilis illa cōmutatio qua quis
se commutat in deum. Nam maior est si-
ne comparatione: distantia inter deum ⁊
hominem: q̄ inter quācunq̄ vilissimā ⁊
infimam creaturam ad omnia que citra se
facere posset deus. ¶ Tunc autem homo
se cōmutat in deum quādo eligit se odire:
⁊ diligere solum deum: ⁊ circa aliud non
vult: nec potest affici: nisi solūmodo circa
deum: ⁊ in illum solum: suū iacit affectū.
Illi adheret tantum: ⁊ de vlla re nisi de
deo breuiter nihil curat: ⁊ semper ⁊ totali
ter sitit: quomodo per se ⁊ per alios hono
retur simpliciter dominus deus suus. ¶ O
cōmutatio dulcis ⁊ suauis: ⁊ summe deside
rabilis. Nam talis homo suorum peccato
rum plagas in christi vulnera cōmutauit.
Sue mentis feditatem in diuinam bonita
tem: suam nequitiam in dei clementiam.
amaritudinem cordis in summam dulce
dinem creatoris. Nā totus factus est dei
⁊ nihil nisi deum requirit. Cor suum ple-
num est ipso: ⁊ totus in eo est ipse dominus
deus. Se exiuit: ⁊ deū intrauit: ⁊ zelo dei

succensus facit guerram sibiipsi tanquam suimet crudelissimo hosti. Si ergo talis ē commutatio ista: sic vere talis est. Cur serue neqꝫ infidele mancipiuꝫ: creatura inutilis hoc ad implere retardas te negligis immutare. Sed caue diligenter ne cum corpore operis: grauamine cordis: anxietate pectoris: in sensualitate mentis hoc studeas adimplere. Sed potius hoc facere intendas cum maxima auiditate animi: cum feruoris intensione: ⁊ cum imensitate amoris. Maxime cum nihil homini vtilius: nihil delectabilius: ⁊ nihil nobilius eē possit. ¶ Si ergo teipsum exiueris: ⁊ per húc modum in deum intraueris caue cum omni diligentia: ne modo aliquo extra ipsum valeas amplius inueniri. Et si aliqua mentis infirmitate: aut negligentia forte contigerit te exire illuc statim cum fletu recurras: ⁊ deum suppliciter depreceris: vt tibi indulgeat ⁊ dignetur te seruum recipere fugitiuum. Et tunc proponas firmiter in corde tuo ab eo amplius nō exire. ¶ Nō tamen tale propositum facias: vt ad nouaꝫ culpam te obliget ⁊ astrigat: quia fragiles sumus: ⁊ ex nobis simpliciter inconstantes. Et si milies ab eo exieris totiens studeas ad ipsuꝫ redire qꝫ cito. ¶ Regula isti⁹ capituli bona est. Nullus enim bene poterit cum deo esse perfecte: qui suum affectú habet ligatum: vel inclinatum alicui creature.

¶ De ordinatione ad proximum.

D E proximo tuo accipe breuem doctrinam vnumquéqꝫ homi nem mundi reputa temetipm. Si hoc bene cordi tuo impresseris: non est dubium qđ suum bonum diliges sicut tuum. Et qđ ad saluté suam spectare cognoueris hoc tua oratiōe ⁊ ex oratiōe: aut alio modo quo poteris ꝓ eo tanqꝫ pro te solicite: ⁊ fideliter procurabis. Et cum videris ipsum bona facere vł dicere ita repleberis gaudio: ac si tu illa eadem verbo vel opere adimpleres. Si autem sciueris ipsum esse in peccato: aut in aliquo spirituali defectu tu sibi nimium cō dolebis: ⁊ ipsum a malo pro vt poteris releuabis: ⁊ ad bonuꝫ toto posse conduces. ¶ De miserijs autem corporis sic compatieris sibi acsi ī teipso illas haberes: ⁊ ita libenter ⁊ diligenter seruies ei sicut faceres tibiipsi: imo multo libentius sibi qꝫ tibi: quia tu cernes maius premium esse tibi cum etiam te debeas odire: ⁊ illum amare. Et si forte te offenderit dicto vel facto tu non plus curabis: qꝫ si tu tibi illa fecisses vel tibi dixisses: immo eo tibi ipse magis placebit: quo cum eo maiorem materiā merendi videbis. ¶ Si vero tu aliqnid boni dixeris vel feceris sibi non plus de hoc eleuaberis in corde tuo: qꝫ si alius in eisdem sibi verbo vel facto seruiuisset. Et si tu aliquem defectum culpabilem feceris coram eo de hoc tu plus non curabis: qꝫ si in priuato vbi nullus vidisset: fecisses. Inde etiam sequitur ꝙ si vnūquéqꝫ reputaueris teipsum proculdubio nullum proximū specialem habebis: quia omnes certe tibi singulares putabis. Nullum eniꝫ plus altero diliges: nisi inquantū ipsum noueris meliorem: ⁊ non inquantum sit tibi magis familiaris vel notus: nec etiam circa quantūcunqꝫ bonum debes simpliciter affici: sꝫ solummodo circa deum: siue in se absolute siue etiam inquantū isti vel illi tot ⁊ tanta bona largiri: possumus tamen pro illis magis orare pro quibus sumus magis domino obligati. Nec tamen sic est oranduꝫ pro illis: vt alios penitus dimittamus: vel obliuiōi tradam⁹ nihil aūt approprics tibi nisi tuas culpas: ⁊ tuos defectus. Te ceteris viliorem cognosce: ⁊ non solū propria: sed etiaꝫ aliorum peccata reputa esse tua.

Et pro ipsis tanq̄ pro tuis veniam cū la-
chrymis a deo implora: nec dicas quomo
do possum omnem hominem extimare me
liorem: hoc te docebit facere perfecta cha
ritas: que te cum eis coniungens: te faci-
et vnum cum eis: hoc inde clarius intue-
tur. Ad hoc autem faciendum mouetur de
facili ille: qui cor suum in honorem dei tota
liter radicauit: nihil aliud nec in se nec in ali
is appetendo. Unde hec est regula popti
ma. Qd qui vult deū perfecte dilligere: ⁊
pximū simul: nihil aliud nisi solū honorem
dei sitiat: ⁊ cum magna auiditate ⁊ sollicitu
dine cordis solum deum requirat: nihil ali
ud intendens in omnibus.

¶ Qd homo semper sit ordinatus in lo-
quela: cogitatione ⁊ operatione.

Seruꝰ dei nunq̄ debet: nec ali
ud nec aliter cogitare: loqui ⁊
operari quasi si deum suum fa
cie ad faciem semper videret:
nec est dubium q sic vbiq̄ ⁊ semper ē no
bis presens deus: ⁊ nos ⁊ cuncta nostra ita
videt: ac si iuxta sedem suam in empyreo
celo essemus: quāuis hic non sic influat si-
cut ibi. Et ideo quāuis non videamus ipm
deū: ex quo tamen indubitanter scimus: ⁊
certi sumus ipsum esse iuxta nos: imo etiā
in intimis cordis nostri: non debemus ali-
quo modo plus vel minus nec aliter cogi-
tare: loqui aut facere: q̄ si semper ⁊ vbiq̄
eum clarissime viderem⁹. ¶ Tantū enim ti
meret seruus imperatoris si sciret pro cer-
to se clare ⁊ totaliter ab imperatore videri
quāuis ipse nullatenus videret imperato-
rem ne posset videre: quantum timeret si
manifeste ipsum imperatorem videret: im
mo certe multo magis. Nullus enim suus
est: qui ex hoc proprie timeat: qn̄ suū domi-
num videt: sed potius ex hoc timet ⁊ meri
to habet timere: qn̄ a suo domino diligenti
us obseruatur: ⁊ ab eo cognoscit pro cer-
to se clare videri: vnde si seruus sciret pro
certo q suus dominus non posset eum vi
dere nec scire illud quod facit: vtiq̄ sicut
credo suum dominum non timeret: s tūc
multū haberet timere: ⁊ merito timeret:
quando pro certo sciret a dn̄o se videri: eti
am si ipse suum dominum penitus non vi-
deret. ¶ Quanto ergo magis debemus
semp summe reuereri cum magna deuo-
tione ⁊ amore: cum imensa reuerentia ⁊ ti-
more: cum maxima nostrorum scelerū eru
bescentia ⁊ confusione: ipsum dominū de
um nostrū: qui nobiscū vbiq̄ ⁊ semper ē:
⁊ nos ⁊ nostra continue intuetur: non solū
illa que foris patent: sed etiam omnia itima
ĩfima ⁊ secretissima cordis nostri. O vitu-
perabilis ⁊ execrabilis stultitia: imo mali-
tia nostra. ¶ Quis ergo est tam magnꝰ ⁊
ĩfimus peccator in mūdo: qui furtū: adulte
rium ⁊ quodlibetuis peccatum presume-
ret patenter cōmittere: vbi ⁊ quando a cū
ctis posset videri ⁊ capi. Aut que nā est
mulier tam mala: tam lasciua: tam lubrica:
tam adultera: tam meretrix sine fronte vl
quomodolibetuis peccatrix: que in me-
dio platearum ⁊ in meridie cunctis cerné
tibus non summe erubesceret ad fornica-
tionem sui corporis prebere consensum: ⁊
que non valde timeret quodcunq̄ etiā ali
ud scelus cōmittere in publico: vbi posset
de facili comprehendi. Nonne omnis qui
male agit: odit lucem: querit latebras: fugit
publicū: petit angulos ⁊ non venit ad lucé
vt non arguantur opera eius. O miserabi
lis cecitas cordis nostri. Nam si videro ⁊
cognouero firmiter me ab hominibꝰ cla-
re videri dum volo facere quicq̄ mali:
statim pre verecundia vel timore desinam
a peccato etiam quātūcunq̄ sim tentatus ⁊
auidus ad peccatum: ⁊ quantumcunq̄ ali
am oportunitatem habeam ad peccandū:
⁊ tamen coram deo meo in cuius conspe-

ctu sum non erubesco: nec formido pecca re: sed intrepidus τ inuerecundus: multotiens: τ multipliciter multa: imo in numerabilia scelera: maxima: grauissima: turpissima: etiam ad loquendum τ nefanda committo: coram oculis eius. ¶ Nunquid forte non videt deus que facio. Nũquid forte nõ audit que loquor. Nunquid fortassis non intelligit: que cogito. Utiq3 videt. Audit: intelligit τ cognoscit: quia omnia sunt nuda τ clara oculis eius. Cur ergo infelix non summe timui taliter τ tam diu peccare. Cur miser non summe erubui: tot τ tanta grauia τ turpia sine fronte τ freno cõmittere. O deus meus quotiens te offẽdi. O creator meus quot τ quãta in te peccata commisi. Mirum est quomodo iam diu non demersisti me in profundu3 inferni. Sũme mirabile est: ꝙ quãdo te primo offendi non statim proiecisti me a facie tua in tenebras exteriores. Ubi est fletus τ stridor dentium. In ignem eternum qui paratus est diabolo τ angelis eius: valde stupẽdum est: ꝙ tantum me peccatorem maximu3 τ inimicum tuum mortalem sustinuisti: τ adhuc patienter sustines super terra3. Unde hoc mihi a te. Certe ex dono tue ineffabilis pietatis. O magna iniqtas mea. Sed o maior bonitas tua: o immensa malitia mei peccatoris: sed o immensior clementia tui saluatoris. Nã vbi habundauit meũ delictum superhabundauit ibi gratia tua. Ego me ipsum perdidi a te recedẽdo. Tu me inuenisti ad te me reducendo. Ego meipsum vendidi in te culpas ꝯmittendo. Tu me redemisti pro me penas patiendo. Ego ad mortem me damnaui te nimis offendendo: tu me viuificasti pro me te occidendo. ¶ O iextimabilis dilectio diuine caritatis. O intollerabilis abhominatio mee iniquitatis: Heu miser τ infelix ego cur nõ semper perfundor lachrimis. Cur non vbiq3 affligor suspirijs. Cur non vndiq3 flagello: verberibus. Et si non forte christi amore penarum: saltem mei dolore culparum: peccaui enim crudeliter lapsus sum fortiter. cecidi grauiter. corrui miserabiliter. Nullum inuenitur peccatum cuius non sim ego sordibus coinquinatus. Nullus est morbus viciorũ a quo ego nõ contraxerim contagium. Nulla sordium sentina extitit: que in me miserum non confluxerit. cur igitur saltem meipsum nõ plãgo die ac nocte. cur non profusis vberius lachrimis lauare studeo maculas mentis. Cur voce perfecte cõfessionis os meũ non aperio: simpliciter deo meo dicens. Peccaui deus meus miserere mei. Nunquid forte tu homo hec facere erubescis vel times. Sed miser τ infelix quomodo times: deum penitendo placare: cum nõ timueris ipsum offendendo turbare. Aut quomodo nunc erubescis lachrimis te lauare: cum tunc non erubueris per culpas te totum fedare. Quid magis timendum. deum culpa offendere: vel ipsum penitẽtia placare. Quid verecundius seip3 peccatorum sordibus deturpare: illud simpliciter τ pretimore: τ verecundia fugiendũ. Istud vero, cum expedit simpliciter est faciendum. Non vitasti primũ: ideo prosequaris secundu3. et cito dum tibi tempus prestitit deus: expectat eni3 te adhuc ad penitentiam: quia non vult mortem tuã: sed magis vt conuertaris τ viuas. Tu malefecisti eum grauiter offendendo. peius facis te de offensa humiliter non de offensa penitendo. Sed pessime facies decetero te simplr nõ corrigendo. ¶ Pone ergo ammodo finem peccatis: pone legem nequitie habeat culpa modum: habeat iniquitas terminum. Jam desine peccare. Et si forte non amore dei saltem pre eius verecundia τ timore. Non enim potes te abscondere ab oculis eius: neq3 fugere manus eius. Si enim abstines a peccando pre cõ

fusione ⁊ timore humano. Multo magis abstinere debes pre confusione: ⁊ timore diuino. Nunquid insensate magis verecundaris de homine mortali: ⁊ ipsum magis times q̃ deum eternum. Nunquid magis creaturam q̃ creatoré. Nunquid magis iudicem corporis: q̃ testem: ⁊ iudicem corporis ⁊ anime: qui potest te totum mittere in gehennam. O imensa stulticia. O grandis vesania. O miserabilis excecatio oculorum Et vnde hoc. Certe quia excecauit nos malitia nostra. Heu heu nobis. Quid faciemus. Certe nihil aliud restat nobis: nisi vt operti cinere ⁊ cilitio: procidamus i facies nostras coram deo preculparum nostrarum verecundia ⁊ tremore: ⁊ ab eo ex corde ⁊ cum lachrimis veniam humiliter imploremus dicentes: miserere nostri domine miserere nostri: quia multum repleti sumus de pectione: quia peccauimus tibi. Adiuua nos deus salutaris noster: ⁊ propter gloriá nominis tui domine libera nos ⁊ propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum. O lux mundi illumina nos: qui in tenebris: ⁊ i vmbra mortis sedem⁹.

¶ O lux vera in tenebris lucens remoue tenebras: non tam ignorantie: q̃ súme malitie nostre. O splendor glorie: ⁊ candor lucis eterne. Illustra nos vt te ⁊ nos perfectissime cognoscamus. In flãma nos: vt te solum in omnibus ⁊ super omnia feruentissime diligamus. Purifica nos vt sic a peccato mundati te decetero: saltem pre tui erubescentia: ⁊ timore nullatenus offendamus. Letifica nos vt tibi leta facie assistentes poti⁹ amore q̃ timore: tibi digne ⁊ laudabiliter seruiamus. ¶ Fortifica nos vt tibi indissolubiliter adherentes: nunq̃ a te in perpetuum recedamus: sed semper hic per gratiam: ⁊ in futuro per gloriam te feliciter perfruamur. Amen.

¶ Quod homo pót ꝯseruari in statu.

m Irabile est valde fratres carissimi: quomodo sic modica sintilla sicut est cor nostrum nõ absorbetur totaliter ab inmensa bonitate diuina. Et quõ seru⁹ dei nõ semper amore tam amantissimi domini inebriatus incedit: hoc certe penitus fieret si vellemus: ⁊ conemur illi immense diuine bonitati: simpliciter applicare cor nostrum. Unde de hoc non dubitet aliquis ꝙ quanto magis illi summe bonitati vellet applicare cor suum: tantum melior ⁊ perfectior esset. Et qui in summo applicare posset: ita vt penitus oblitus oĩum preter ipsum deum: toto animi conamine tenderet in eum: ibiq3 aliq̃3diu quiesceret: non statim inde recedens: tunc credo ꝙ talis nimia absortus dulcedine: ꝯsumaret in statu. Tunc talis inter consolationes: ⁊ tribulationes: honores ⁊ vituperia blandimendita ⁊ obprobria: prospera: ⁊ aduersa: insensibilis totaliter pertransiret. nihil penitus sentiens nisi deum suum solum honore affectans. ¶ Tunc certe talis posset merito dici comprehensor potiusq̃3 viator beatus non miser: angelus non homo: nõ peccator: sed sanctus. Et si ad hoc pertingere cupis o homo hanc breuem regulaz tene. Quicunq3 vult esse consumatus in statu: debet de sua propria virtute totaliter desperare: ⁊ plenarie se dimittere in brachijs pietatis imense. Toto corde simpliciter cõfidat de ipsa in omnibus fideliter agat: de contingentibus quantum in se est: penitus nihil ommittens in hijs que poterit cernere ad sui dei pertinere honoré. Sed ⁊ hoc etiaz obtinere quod in perfecta regula scriptum est: est donum dei per maximum. Et si quis ipsum cognouerit in se esse hoc certe totum non a se sed a suo domino recognoscat. Sciens pro certo ꝙ penitus est: ipossibile ipsum ad tantum donum: posse ꝑtingere sua sola virtute. Et ꝙ nullomodo

ad hoc donum de se est aptus vel pronus: sed potius est talis de se ad digna mortis eterne.

¶ Quod homo in breui potest esse pfectus.

Qvicunq3 ad summitatem montis domini per contemplationem cupit venire hoc diligenter attendat: ꝙ semper p mentis eleuationem in deum ascendat: ⁊ nunq̄3 quiescat dum vigilat: vt quiescat. Nam isto assensu mirabili non quiescere est quiescere. Et qui quiescit necessario fatigatur intantum: vt iam amplius nō possit ascendere vllo modo. In ascensu .n. montis materialis: quia caro infirma est: quietem interpellatim requirit. Sed ascensu spirituali: quia spiritus quidem promptus est: contrarium exigit vt.s. non quiescat. Et quanto magis sic fatigatur: tanto velotius: ⁊ magis cito ascendet. Currēdo quippe fortior ⁊ recentior fiet: ⁊ erit semper auidior ad maiora. Dellectabilius ⁊ suauius: ⁊ dulcius gradietur. Et ipsum maius: vel magis currere: sibi leuius ⁊ iocundius apparebit. Et ideo stulti sunt illi: ⁊ qd sit contemplatio simpliciter inexperti: qui causa reassumendi vires: requiescunt aliquando: vel quiescere volunt. Habeant.n. pro certo ꝙ tunc in illa quiete non resumunt vires: sed potius vires dispergunt. ¶ Nam si contemplatiuus fortiter currat: tunc quiescere facit: ⁊ nisi intantum intendatur: vt in saporem degeneret non auferret totaliter sensum suum particulariu3 actus: sed ad modum ebrij esse liberos nō permittat: nunc quasi quicquid videris reputabis quadam diuina gratia habundare. Et q̄3uis prima ebrietas summe suaue est ei. Si plane incedit: tūc valde incipit fatigari. Si totaliter quiescit: tūc totaliter vires disperdit. Et ideo nihil aliud contemplatiuo restat facere: nisi cum virgine in montana ascendere cum festinatiōe. ¶ Si quis autem hoc capere nō potest: sed vult omnino aliquando quiescere: ⁊ tamen ascensum in desiderio habet: tunc sibi hoc restat remedium: q̄3uis ad ea que dicta sunt non valeat adequari. Videlicet vt saltem modum materialiter ascendentium non dimittat. Nā qui materialiter montem ascendunt: ⁊ in medio fatigati quiescere volunt non descendunt ad quiescendum in valle: quia sic nunq̄3 possent ad summitate3 attingere: ⁊ sic a cunctis merito stultissimi haberentur. ¶ Sic certe stulti reputandi sunt ab omnibus: ⁊ nunq̄3 ad contemplationis cacumen deruenunt: qui hodie per contemplationem modicum vel etia3 multum ascendunt: ⁊ tamen finaliter affecti tedio hoc assensu ad locum vnde venerant: siue ad statum a quo ascendendo recesserant reddeunt ad quietem: credentes quippe sic in peccatorum seu vanitatu3 vallibus: ⁊ in planitie imperfectionis delectabiliter quiescēdo effici fortiores postea ad ascensum. Ignorantes prorsus ꝙ sic nō solum non fient fortiores: sed vix poterūt ad statum ⁊ locum ad quem prius ascenderant peruenire. Et ista est forte ratio sicut credo: q̄3 hodie sic pauci contemplatiui supercilium montis attingunt. ¶ Sed si homo ascenderet hodie quantū posset: ⁊ ibi forte fatigatus quiesceret non retrocedēs aliquo modo. Et cras inde se altius eleuaret: ⁊ ibi etiam figeret pedē cordis. Et post cras itez alti9 ascēderet q̄3tu3 posset: ⁊ ibi staret penitus nō descendēs. Et sic vltra pcedendo faceret oī die. Dico vobis: ⁊ firmiter credo ꝙ iste talis plus in ascēsu ptēplationis proficeret in vno mense: q̄3 ali9 in quinquaginta ānis q ptinue retrocederet quiescēdo. Et credo ꝙ etiā iste in breui consumaretur in statu: ⁊ esset gloriosus coram deo: ⁊ toti celesti curie predilectus.

¶ Si autem contéplatiue ascendés in mótem timueris in aliquo: statim curras ad cauernas lateris ⁊ sanguis vulnerum iesu christi. Si vero nullo modo te potes abstinere a valle: q: ibi forte nutrit⁹ es: nec vis implere que dixi: hoc saltez facias: vt. s. ad vallem miserabilem tue miserie: ⁊ etiã potius humani generis per humilitatem tui: ⁊ per compassionem proximi salubriter cõdescendas dolendo summe: ⁊ lachrymãdo tam pro tuis q̃z pro alioruz peccatis: ⁊ pro omnibus veniam a deo suppliciter postulando. Qd ipse clementer concedat: qui ẽ benedictus in eternum ⁊ vltra. Amen.

¶ Unde in breui regula hec omnia predicta comprehendẽ. Qui per contẽplatiõis assensum vult attingere verticem montis. nunq̃z quiescat. Et si paulisper quieuerit vel quiescere voluerit non retrocedat: sed iterum postea sursum ascendat donec assecutus plene fuerit quod intendit: nisi forte descendere velit ad suorum vel aliorum tristitiam peccatorum.

¶ Secunda pars stimuli amoris fratris Bonauenture ordinis minoꝝ. Qd homo studeat se vilissimum ostendere.

P

Rimo studeat hõ quantum potest se vilissimum reputare ⁊ indignum oĩ benefitio dei sibi displiceat. Soli deo placere cupiat. ¶ Ab alijs velit vilis ⁊ humilis reputari. Et ex hoc summam dei clementiã recognoscat: ꝙ cum sit stercus vilissimũ ad immẽse maiestatis iniuriam promptissimuz: ⁊ in omnibus fetidissimum dignatur eum deus sibi in seruũ assumere: ⁊ ꝙ maius est: in filium adoptare. Nõ ergo reputet magnum qđ deo seruiat: sed potius maximũ reputet ꝙ ipse deus dignatur habere sic insufficientem ⁊ miserũ seruitorem.

¶ Qđ hõ nõ doleat nisi de pctõ.

¶ Secũdo vt de nullo nisi de peccato ⁊ ad peccatũ inducente: ⁊ a deo retrahẽte doleat: immo de quacunq̃z alia tribulatione: iniuria ⁊ afflictiõe gaudeat: inferentes summe diligat ⁊ spãlem orationem pro eis domino fundat: deo inde copiosas laudes referat: ⁊ ad regratiandum deo de tanto beneficio se insufficientem penitus recognoscat: quia quos deus diligit: corrigit ⁊ castigat: ⁊ ipse tribulationes: que hic nos pmiũt ad deũ nos ire compellũt.

¶ De dilectione paupertatis.

¶ Tertio vt paupertatem ⁊ omnem penuriam propter christum diligat: de temporalibus nihil nisi stricte suam necessitatem requirat: aut quocunq̃z modo appetat. Sed christo capiti nostro in paupertate: ⁊ oĩs consolationis corporis deiectione se studeat conformare: ⁊ hoc debet maximum reputare: ꝙ rex regũ: ⁊ dominus dominantium iesus christus: seruũ sic vilissimum suis dignatur induere ornamentis: ⁊ sibi lutum fetidissimum similare. Ideoq̃z quanto videt se ditiorem: ⁊ in pluribus consolationibus coporis habundare: tanto debet intimius ⁊ profundius contristari cernens se magis ex hijs fore a christi similitudine elongatum.

¶ Qđ quilibet debet adimplere voluntatem christi.

¶ Quarto vt in his bonis: ⁊ indifferentibus alterius plusq̃z suam adimplere studeat voluntatem: immo semper suaz in exterioribus actibus studeat annegare: alioꝝ beneplacita affectans cum omni vigilantia in licitis adimplere. Et si hec omnia circa omnes faciens suos superiores debet totis visceribus amplexari: ⁊ quecunq̃z dixerit honesta fieri velle: vel etiam signo aliquo intimauerint: debet suo posse cum magno desiderio affectui demandare.

¶ Q̃ð nullũ deſpiciat.

¶ Quinto ꝙ nullũ quãtũcunq; miſerum deſpiciat. Sed erga omnes materno cõmoueatur affectu: ⁊ ſic omnibus intime cõpatiatur: ſicut ipſe compateretur ſuo vnico filio predilecto. Omnes aliorum miſerias reputet eſſe ſuas. Et ſicut ipſe ſibimet: ita ſi põt: debet omnibus ſubuenire: ⁊ quã uis in compatiendo ⁊ miniſtrando debeat erga nos materialiter ſe habere. Debet tamen omnes tanq̃; patres ⁊ dominos reuereri.

¶ Q̃ð nullũ iudicet.

¶ Sexto ꝙ nullum iudicet de peccato cũ ignoret: quid diuina gratia in anima operetur. Sed ſi alquẽ per ſigna aliqua manifeſta coniecerit peccatorẽ plus de peccato illius doleat: q̃; ſi in ſuo proprio corpore deberet mille mortis ſupplitia ſuſtinere. Recogitet enim diligenter ꝙ precioſior eſt anima que ſic letaliter vulneretur q̃; omniu; corpora hominum q̃; celorum inquantum corpora. Et ideo ſicut corpus meum a morte: ſic imo multo magis deberẽ proximum meum cum omni vigilantia cuſtodire ⁊ a peccato retrahere: oratione: exortatiõe: exẽplo ⁊ breuiter modis omnibus quibus poſſem.

¶ Q̃ð bonũ ꝓximi diligat.

¶ Septimo vt bonũ ꝓximi diligat ſicut ſuu;. Et ſic vt mater de bonis filij iocundat̃ ſic debet de proſperitate omnium viuentium exultare ⁊ maxime de hijs que ſpũalia ſunt: vel ad ſpiritualia inductiua. Et ſic ac ſi ſua eſſent: aliorum bona debet ſummopere ⁊ ſollicite promouere: ⁊ ſemper plura ⁊ maiora bona debet de proximo credere q̃; valeat intueri. Debet nihilominus etiam de bonis temporalibus proximo non modicum congaudere.

Q̃ð bonũ proximi amet.

¶ Octauo vt nihil preter deũ diligat: aut non niſi pure propter deum vt ſic omnia propter deũ ⁊ in deum: ⁊ ipſe deus in oĩb⁹ ⁊ ſuper omnia ſolũmodo diligatur: nec eũ ad magis diligendu; hunc vel illum alliciat nagis propinquitas: vel beneficiorum imenſitas: ſeu quorũcunq; bonorum commoditas temporalis: ſed potius maior virtus: ⁊ ſanctitas cuiuſcunq;: vt ſic omnes in deu; referrens ⁊ cõmuni amore ⁊ charitate diligẽs meliori: ⁊ ſanctiori charitate vinculo ſtrictius copuletur. Põt tñ ⁊ debet pro benefitijs ⁊ propinquis: ⁊ precipue parentibus coram deo ſalutem animarũ orationem effundere ſpecialem.

¶ Nono vt qcq̃d faciat vel dicat: ⁊ pro q̃buſcũq; negotijs iplicet̃ deũ ſemp̱ actu in corde habeat ⁊ nihil aliud q̃; honore; ſuum in omnibus actualiter: vel habitualiter intendat. Sed ad hoc precipue nitatur: vt ſic ſemper deum preſente; intelligat: ac ſi ipſum qui preſens eſt in ſua videret eſſentia. Sicq; eum timeat: reuereatur: ⁊ intenſo amore in ipſum feratur eoq; prout põt in via fruat̃: ⁊ in ipſo ⁊ nõ in alio reqeſcat.

¶ Decimo vt ſi predicta omnia viderit ſe facere poſſe: adeo maxima beneficia accipere recognoſcat. Debet quoq; ceterorum dei beneficiorum innumerabiliu; reminiſci: ⁊ precipue ꝙ eum ad ſuam imaginem voluit inſigniri: ſeq; noſtram naturam aſſumere: ſeipſum pro nobis morti tradere: in via ſe nobis in cibum: in gloria vero in premium tribuere ſemetipſum. Et q̃r nõdum ipſe homo deum in patria eſt adeptus eum ſaltem in via aſpiciat in patibulo ſicq; ſibi compatiatur: ac ſi eius vulnera in ſuo proprio corpore ſuſtineret. Et de hoc p̃cipue debet dolere ꝙ toto videt fruſtrari benefitio ſic immenſo. Cernat ieſum deniq; in altari exhibitum ſibi in cibum ⁊ potum omnis ſaporis ſuauitatem habentem. Et ſic in ipſo toto affectu delectans clamet ⁊ dicat hanc orationẽ. Oratio.

d Omine ieſu chriſte tu qui es pa-

nis vite: me de te satiare digneris: vt nihil preter te sciaz vel sitiam. Te ne domine mētem meam vt interueniente verbo tuo: a te vo sole iustitie reparet. Qui viuis ⁊c.

¶ Matri christi etiam omnem reuerentiam exhibeat ⁊ dicat sic.

d Ulcissime iesu diguare me minimum omnium peccatorū matri tue reuerentiam debitam exhibere. Et tu clementissima domina mihi indignissimo impetra vt perfecte sim semper tue deditus seruituti: ⁊ tibi omni tempore obsequar pura mente ⁊ corde deuoto continue tue benignitati assistam. Amen. Oratio.

d Omine iesu christe cor meum tuis vulneribus saucia: ⁊ tuo sanguine inebria mentem meam: vt quocunq; me vertam te semper videam crucifixum. Et quicquid aspexero mihi tuo appareat sanguine rubricatum: vt sic totus in te tendens nihil preter te valeam inuenire nihil nisi vulnera tua valeam intueri. Hec mihi sit consolatio magna tecum mi domine vulnerari. Hec intima sit mihi afflictio sub te aliquid meditari. Non quiescat cor meum bone iesu donec te inueniat centruz suum. Ibiq; suū terminet appetitū. Amē.

m Ultum mirari debemus: imo nos mirari miremur quando homo semel degustat dulcedinem dei: quomodo possit ab ea aliquatenus separari: quomodo non obliuiscatur omnia ex ebrietate: nimia etiaz comedere ⁊ dormire. Et si aliquid aliud ante ipsum ponatur quomodo potest aliud q̄z suum benignissimum dominum intueri ⁊ in eo summa dulcedine oblectari: cum ipm in omnibus sciant esse: ⁊ in omnibus ipse valeat inueniri: ⁊ in omnibus requiescat.

¶ O q̄z bonus israel deus his qui recto sunt corde. O q̄z dulcis ⁊ suauis est spiritus eius in eo. O quanta amaritudine: O quanta tristitia: quanta anxietate repleri debet animus: qui etiam ad momentum a tāta dulcedine sequestratur.

¶ De predestinatione.

s I de predestinatione: aut de prescientia dei tibi aliqua subrepat cogitatio: sic responde diabolo talia propinanti. Quicquid sit de me: te certum est esse damnatum. Sed ⁊ si ego prescitus sum: ⁊ deum meum habere non debeo post hanc vitam: totis meis viribus laborabo: vt saltem ipsam habeaz in presenti ⁊ ipsum possideam quantū possum ne in vtroq; statu caream tanto bono. Momentum igitur temporis decetero non transibit: quin secundum meum posse totaliter fruar ipso. ⁊ semper in ipso summa iocunditate delecter: ex quo eternaz misericordiam assequi non debeo in futuro.

¶ Nunquid summa vesania esset si certus sum me eternalibus ignibus cruciandus: velle me inimicis tradere in presenti ⁊ ex nunc cum diabolo incipere conuersari. Et non ne sufficiet illa miseria absq; hoc ꝙ me nunc miserum faciam ante tempus. Imo certe plus predestinatis me deo meo pro vt potero totaliter exhibebo: vt nihil sit in me: nec cor: nec lingua: nec cetera mēbra quin sint occupata in seruitio dei mei: vt saltem dum possum inquantum possum habeam summum bonum. Sicut enim seculares: quia in quadragesima nō debēt comedere carnes: volūt in carnispriuio carnibus habundare. Sic certe de deo deberet facere qui de sua prescientia esset certus. Et hoc precipue faceret sine dubio si q̄z suauis est deus etiam ad modicuz degustaret. Ceteras enim delitias absinthium reputaret.

¶ Sed quantūcunq; quod deus presciuerit

me sim certus. Scio q seipsum negare nō
poterit. Unde eum totis viribus amplexa
bor: et ipsum mētis visceribus fortiter strin
gens: etiam si aurora apparuerit nisi mihi
bene dixerit non dimittam. Quod si bene
dixerit mihi eum: tunc etiam non dimittam
et sine me recedere non valebit. Licitum
enim mihi est sibi inferre violentiā in hac
parte cum ipse comendet illos qui regnū
celorum capiunt violenter. ¶ Aut certe
scio quid faciam. In cauernis enim suorū
vulnerum me abscondam vbi quietius la-
titabo et sic extra seipsum me non poterit in
uenire. Quod si intra seipsum me inueni-
et: eum me exire compellere non decebit:
q dixit eum qui venit ad me non eiciā fo-
ras. Et sic me condemnare non poterit: ni
si se voluerit vidicare. Aut ad matris sue
pedes prouolutus iacebo: et q propter pec
catores mater dei sit effecta iuridice allega
bo: et vt mihi veniam impetret humiliter
postulabo. Et sic repulsam pati non pote-
ro ab ea: quia ipsa fons pietatis ab omni-
bus predicatur. ¶ Ipsa enim non misereri
ignorat: et miseris satisfacere nunq̄ sciuit.
Nec credo q propter me nouam velit
adiscere lectionem. Ideoq ex compassio-
ne maxima ante filium suum mecum si di-
ci potest misera apparebit: et mihi ad indul-
gentiam q̄ citius poterit suum vnicum in
clinabit: et sic triplex habeo refugiū: qđ qua
si triplex funiculus difficile confringetur.
¶ Quod si ego predestinatus vitam eter
nam debeo cum angelis possidere: certe
debeo ex nunc angelicam vitam ducere nō
humanam. Totum illi me debeo exhibe-
re in seruitium qui se mihi totum in premi
um preparauit: vt hac portione contentus
nihil aliud amodo mihi liceat affectare. Iu
stus enim est et si aliud q̄ ipsum quererem
contra me posset rationabiliter indignari.
Et sic quem visurus sum mihi beniuolum.
cito merito viderem iratum: et contra me
non iniuste: sed digne et iuste sententiam in-
ferentem. ¶ Igitur in fine diabolo sic con
cludam. Quicquid de me futurum sit a
dei seruitio non desistam: Et vt tibi quia
non potes tanto domino ministrare: et eius
dulci presentia iocundari.

¶ Hec sunt que ducunt hominem ad cō
templationis quietem.

s
Si ad contemplationis quietem
volueris peruenire: tu intra te
studeas radicare hec tria sollici
te obseruando. ¶ Primum ē
vt quantum et qualiter tuum creatorem of
fenderis quantumcunq ab alijs quotidie
offendatur consideres diligenter et diligē-
ti consideratione assidue mediteris: et de tu
is sceleribus summe dolens: alijsq intime
compatiens tanq̄ tibi die noctuq si po-
tes habundantius lachrymeris: tuis la-
chrymis te vberius irrigando cor tuum ab
omni macula abluendo deum tuum tuis
sceleribus offensum cancellatis manibus:
flexis genibus lachrymosis gemitibus et
suspirijs ac importunis precibus tibi ad mi
sericordiam inclinando. Non enim sumus
in statu letitie: sed meroris. Et magnum est
valde si deum nostrum sic nostris delictis:
grauiter et frequenter offensum: poterimus
toto tempore vite nostre placare plorādo.
Et hoc ad magnam nostram consolationē
debemus summope eligere in presenti no-
stras videlz et aliorum nequitias gemere et
plorare: quia ipse benignissimus deus et
pater domini nostri iesu christi pater mi-
sericordiarum et totius consolationis ani-
me sic: fideliter in amaritudine existen-
ti: post gemitus et suspiria: et lachryma
rum inundationem exultationem infun-
dit. ¶ Sicut enim aqua in vitre putre-
facta: et solis calore decocta in vinum cō-
uertitur: sic imperfecte contricto lachry-

me amare: feruore caritatis decocte in vinum leticie conuertuntur. Nec eniz decet tantum deum et dominum: tam nobili dono in anima habitare: nisi ipsam mundissimam inuenerit: et cum omni diligentia ab omnibus peccatis: et maculis expiatam.

¶ Secundum est vt nitaris quantum potes christo compati pro te passo. Vbiqz.n. et semper eius passionem et mortem sibi crudelissimam et penosam: sed nobis necessariam et dulcorosaz debes in corde tuo assidua meditatione pensare. Nisi enim sibi compatiendo nouerimus nos compati secum non poterimus iocundari. Si autem bene eius passionem fueris meditatus: et multum intraueris latus eius: certe peruenies ad cor eius. ¶ O felix cor qđ sic cordi christi dulciter colligatur. Cuius leua sub capite eius: et dextera amplexatur. Recte tunc sponsus cum sponsa in cubiculo requiescit. Sed obsecro te o anima: mihi narra dulcedinez quam tu sentis. Queso te: mihi delicias quibus cum sponso tuo christo affluis non occultes. Sed vt bene video me non audis: quia cor tuum absortum est nimio predulcore. Jam tui iterpretis existentis in carcere es oblita. Cerno enim te sic amenitate nimia esse rapta: vt iam non sit tibi vox penitus neqz sensus. Quicunqz autem ad contéplationis quietem et dulcediné: nisi per christi lateris hostium voluerit introire furem se reputet et latronem. ¶ Tertium vt nihil possidere cupias nisi deum. Et quicquid preter deuz cordi tuo oblatum fuerit: vel videris vel audieris nominare debes de huiusmodi tanq̃z de caducis folijs non curare. Ipsi soli stabilias mentem tuam. Ipsum solum omnibus relictis tu sequaris. Ipsi soli indissolubiliter colligaris. Tunc enim te suis brachijs sustentabit et castis amplexibus te cóstringet. ¶ Tunc in auribus tuis melos sue eloquentie resonabit: et tibi melliflua oscula exhibebit. Vere tunc pre delitijs te nõ poteris sustinere: quia nimia dulcedine absorberis. O felix aĩa quo abijsti: q̃ sic nos in tanta amaritudine reliquisti. Nobis obsecro nuncia si tibi sufficiunt illa bona. An vis vt tibi de nostris delitijs et exenijs trásmittamus. Sed vt puto nos reputas non exenijs vel delitijs: sed potius stercoribus habuudare. Quid ergo tibi offerremus o anima tanta taliqz iocunditate repleta cum tu maxima nostra bona non solum recipere. verumetiam nec pensare audire vel respicere nõ dignaris.

¶ Quare sic que diligimus tu contemnis. Sed vt video nobis non loqueris: q: rapta es in cubiculum a dilecto. O amor ineffabilis: qui cor sic fortiter conglutinat suo fini. O mira benignitas creatoris: qui se singulariter diligentem dono visitat excellenti.

¶ Contra superbiam.

O Superbe homo: luciferri imitator: responde mihi. Nunqd cogitas te deum esse. An omnia a deo esse ignoras. Si eniz a te aliquid esse protestaris: certe te deum esse fateris. Sed amplius vide: vt magis tua insania reprimať. Nõne de alieno stultũ est gloriari. Cũ ergo cuncta sint a deo. Si gloriaris de aliquo te manifeste cóprobas esse stultũ. Si aũt hoc ignoras non es dicendus homo: sed bestia carens penitus hois ratione. ¶ Audi ergo insane. Si gloriari vis: et stultus apparere nõ vis: exclude que tua non sunt: et tunc de reliquo glorieris. Sed certe si omnia non tua a te excluseris in nihilum penitus redigeris. Ergo de nullo gloriẽris si non vis incurrere vanitatem. Si vero specialiter ad dona gratum facientia descendas: de illis gloriari non potes: quia te illa habere ignoras

imo si de illis gloriaris: eo ipso illa nō ha-
bes. Sed etiam qđ tu ipsa habeas suppo-
namus. Qualiter illa possideas videamꝰ.
Nonne tibi infideli seruo proditori domi-
ni destructori tibimet iusticiam quam tu
possides noster benignissimus dñs tanq̄
pannum albissimum gratis dedit. Et tamē
tu eum stillare non cessas sanguine men-
struoso. Sed vesania plene: vtinā saltē me
retricis mulieris frontem hēres. ¶ Que
so que est meretrix sic corrupta: que de suo
menstruo glorietur: imo quam velis inue
nias meretricem: que de hoc non intime
confundatur. Nec etiā audeat sponsa suo
sponso amantissimo reuelare. Quid ergo
o stulte in malitia gloriaris. Si tamen se-
mel in mense ad modum mulieris defi-
ceret sanguis tuus causam haberes forsi-
tan gloriandi. Sed erubesce ꝛ dole: quia
quotidianus est: ꝛ quasi continuus fluxus
tuus. Si ergo a te tantum malum ꝛ a deo
tantum bonum cernis esse in deo glorieris
continue. Et de tua turpitudine corā di-
uine maiestatis oculis assidue erubesce: ꝙ
videlicet sic deficere non desistis. ¶ Sed
forte dices in me nolo gloriari decetero: ſꝫ
tamen ab omnibus cōmendari. Sed im-
pie latro audi. Nonne stultum est: ꝛ peri-
culosum largissimo domino tuo: qui om-
nia que habes tibi tribuit habundanter fu
rari illud qđ est ei carissimū: maxime vbi
hoc videat ꝛ cognoscat: sibiqꝫ displiceat
ꝛ non valeat sustinere. Sic certe stultus es
qui ab hominibus laudem queris. Ideo
cum vniuersa persemetipm̄ operatus sit:
deus omnes laudes ꝛ omnia laude digna
ad honorem referas dei tui. In teipso autē
hoc cogita diligenter. ꝙ ad hoc creatus es
ꝛ redemptus vt non tu: sed deus tuus in
tuis operibus cōmendetur. Tu ergo volū
tatem domini tui fideliter assequaris: vt
laudari abhorreas: deum autem ab omni
bus gaudeas exaltari: ꝛ quanto magis ab
aliquo cōmendatur: tanto in maius gau-
dium eleuetur. ¶ Et studeas quantum po
tes omni tempore: omni loco deum tuum
lingua ꝛ opere honorare. Semper actu so
li sue laudi intendas. Si enim bene dilige-
res deum tuum: eiusqꝫ honorem appete-
res vt deberes malles quibuscunqꝫ ama-
rissimis semper pasci: ꝛ stercus etiam ab
omnibus reputari: imo tanq̄ stercus ab
omnibus abhorreri: ac tanq̄ lutum feti-
dissimum ab omnibus conculcari q̄ꝫ qui-
buscunqꝫ delitijs habundare: q̄ꝫ quomo-
dolibet ab hominibus eleuari q̄ꝫ qualicun
qꝫ perfrui corporea sospitate: si inde deus
tuus amplius laudaretur. Supposito etiā
ꝙ par esset meritum vtrobiqꝫ: hoc tamen
deberet gratissimum nobis esse vt altis-
simus deus noster a nobis ꝛ de nobis
aliquod laudis munusculum recipere di-
gnaretur. Sed propter nostram miseriam
in contrarium vertimur tota die. ¶ Sed
o mira ineffabilis amabilisqꝫ demētia sal
uatoris: que tam benignissime nostris mi-
serijs condescendit. Quis illā poterit nun
ciare. O homo non sis queso de tanta mi
sericordia ingratus. Sed gaude ꝛ mirare
de tam dulci deo gratias agere non desi-
stas. ¶ O mi domine: quid tibi cōtuli ego
reus: ꝙ me superbum ꝛ arrogantem: tam
dulciter pertractas: ꝛ foues tua benignissi
ma caritate. Quid ꝛ cuncta beneficia mi-
hi tribuisti: ꝛ tribuis tota die. Et vnde est
mihi tanta gratia quam inueni: ꝙ sic me
ante te sustines etiam ad momentum.
Certe hoc non mereor. Sed dignus sum:
cum inferis habitare: immo bone domi-
ne: nec etiam inter creaturas tuas mereor
nominari. Quid igitur tibi pro hijs faci-
am. Quam tibi satisfactionem persol-
uam. Quam tibi remunerationem repen
dam. Quid recompensare potero bo-
nis tuis. O domine immensitas bonita-
tis. O ineffabilis misericordia gratia ꝛ ca

ritas saluatoris. Quid tibi pro tot tantisq3 beneficijs potero exhibere. Ego nescio: nec valeo satisfacere pro delictis: ne dum pro benefitijs laborare: nec etiam aliud tibi possum tribuere nisi tuū. ¶ Scio ergo quid faciam: quia me totum tibi totaliter exhibebo: ⁊ me totum tuum proijciam in teipsum: ⁊ semper amore: timore ⁊ verecūdia plenus: omni tempore: omni loco: ex omnibus viribus meis tibi: quam potero ⁊ sciuero reuerentiam exhibebo. Et si dignaberis tibi pro posse libenter ac fideliter ministrabo. Et si hoc parum est sicut vere parum est: tamen quia feci quod sciui ⁊ potui: non debite acceptabis. Sed maximum mihi esset si me dignaberis tecum in aera commorari. O q̄3 dulcis mihi erit: tunc tua presentia summe bona. Accedam tunc cum scilentio ⁊ discooperiam pedes tuos: vt sic me digneris tibi ad veniam in matrimonio copulare: Non quiescam certe donec tecum tuis strictis amplexibus cō gaudebo donec tuis mellifluis ⁊ castis osculis exultabo: donec inenarrabili dulcoris suauitate potitus in tuis brachijs dulciter conquiescam. Tunc vere delitijs affluam ⁊ āmirabitur ⁊ dilatabitur cor meum quādo tam mirabili iocunditate repletus: nihil nisi te cupiam habere: nihil preter te videre: audire: gustare: sentire: nec etiam cogitare valeam in hoc mundo. At tamen ⁊ nunc te obsecro amabilis domine mi: vt nullo tempore: vel loco meo: regimini me dearis: quia sum mee anime destructor ⁊ crudelissimus homicida. Omnia autē bona que mihi dignaberis elargiri: sicut ⁊ tu clementer tribuis: ita ipsa misericorditer tu conserues vt tibi soli sit honor est gloria in secula seculorum. Amen.

¶ Qđ tentationes vtiles sunt.

O Mirabilis benignitas altissimi qui nos tentare permittis: non vt capiamus: sed vt timentes ad te portum tutissimum cupiamus fugam. More enim bone matris facis o domine: que ad horam aliquādo suum paruulum dilectum filium a se elōgat: quem semp tamen apud se habere desiderat ⁊ videre. Cui sic elongato aliquando timorem terribilē incurrit in occulto: vt sic puer timore perterritus ad matrem confugiat ⁊ discat in periculis ad matris gremium properare. Nam tunc mater brachia extendens filium ad se fugientem cum gaudio recipit ⁊ amplexatur: sibi arridet ⁊ dulcia oscula elargitur: eum letificat ⁊ confortat: sibiq3 verba consolationis prudentie ⁊ doctrine pariter subministrat. O felix tentatio deo permittente: ⁊ prouidente persequens in hoc mundo: que ad diuinos amplexus etiam in presenti fugere nos expellit. O dulcis domine qui sic te nobis tribuis refugium salutare. qui sic nos vndiq3 effugari permittis: vt. s. ad te tutorem citius fugiamus: ⁊ tecum omni tempore securi commoremur. Non ergo ad damnum sed meritum non ad vicium sed virtutum exercitium ⁊ augmentum tentationes mulierū te habere patiaris: o homo. In omnibus tamen cum timore: sollicite: sobrie vigila ⁊ labora. Et ne aduersarius tuus diabolus tanq3 leo rugiens te circuendo capiat: per consensum: velociter ad deum tuum summum ⁊ solum refugium studeas currere toto posse. Ibiq3 si tentare voluerit: residebis. Sin autem capi poteris ⁊ damnari. ¶ Si autem a deo te nimium elongasti: nec potes ad eum cito currere per lamentum penitentie ⁊ laboris: saltem per augmentum feruentissimi amoris: ⁊ deuotissime contemplationis subintra totaliter cauernas vulnerum iesu christi: ⁊ in sui lateris puteo te abscondas: nec timeas

ꝙ te tunc inueniat inimicus. hoc enim semper habeas pro regula generali ꝙ quã tumcunqꝫ deum tuum altissimum ad te profunde volueris inclinare in corde tuo porta vulnera iesu christi ⁊ te eius consper sum sanguine patri suo ⁊ tuo tanquã vnigenitum representa. Ipse enim tanqꝫ pater dulcissimus tibi statim plenarie prouidebit. Accede ergo ad christum: ⁊ eum lachrymis depreceris suppliciter. Ut ex quo ipsum non decet denuo vulnerari: dignetur in tuo sanguine sua vulnera renouare teqꝫ totaliter suo sanguine rubricare. Et sic indutus purpura iesu christi poteris securus introire palatium dei patris. O temptate hec vulnera quotidie meditare: quia hec semper tibi erunt in refrigerium ⁊ solamen. Nec dubites ꝙ si ea bene in corde tuo expresseris: nullus temptationis aditus apparebit. Quis enim videns dominum glorie: non suis sed nostris proprijs sceleribus sic grauiter vulneratum: auderet iterum scelera perpetrare. Quod adeo impius ⁊ crudelis: pro ipsorum vulnerum iesu christi compassione ⁊ reuerentia non desisteret a peccato saltem miser desistat: quia desistere habet timore intollerabilis pene sibi debite in futuro: que sine cõparatione grauior ⁊ acerbior est huius mundi penis omnibus simul sumptis. Si autem contra te christum videris merito indignatum: tunc ad solam spem ⁊ fiduciam totam peccatorum recurras. s. ad matrem christi virginem gloriosam. Et ipsi tanqꝫ matri dei omnem reuerentiam exhibeas quantum potes: ac perfusis lachrymis eius auxilium postules incessanter. Et vere dico tibi ꝙ si ex corde importunis ⁊ lachrymosis oculis precibus ad eam toto posse pulsaueris: non quiescens ab ea si ne dubio quod volueris qꝫ citius impetrabis. Secum enim creuit miseratio: ⁊ sibi satisfacere miseris ex officio est commissum. Unde illud quod ipsa cum magna diligẽtia exercet communiter erga omnes tibi soli nullo modo poterit denegare. Quod si nullo modo te senseris consolari. non tamen diffidas vel desperes: sed crede ⁊ intellige tunc deum tuum te diligere: qui ideo hoc facit ⁊ permittit: vt inde magis peccatorum tuorum profunditates videas ⁊ cognoscas. Et vt tuam miseriam non ignores. Et hoc est maximum donũ dei. Non enim sibi placet presumptio aliquorum: qui se iustos reputant apud ipsum: ⁊ ad ipsum altissimum tanquam ad familiarem amicum presumptuose ⁊ irreuerenter quodãmodo ⁊ nimis domestice appropinquant. Uult enim vt quilibet quantumcunqꝫ bonus ⁊ iustus: vilem ⁊ peccatorem ⁊ miserum: ⁊ quasi nihil se reputet apud deum vel in seipso. ¶ Et ꝙ ad ipsum accedat cum magna reuerentia ⁊ timore: cum magna verecundia ⁊ rubore de malis commissis. cum magna tristitia ⁊ dolore de bonis omissis cum magna tamen spe ⁊ fiducia omnem gratiam ⁊ misericordiam ab eo finaliter obtinendi. Et magnum est valde ⁊ ad maximum donum dei si hoc putet ipse homo quãtũcunqꝫ bonus. Si deus deorum rex regum ⁊ dñs dominantium dignaret eũ a longe: et quid modicũ intueri. Ideoqꝫ hõ pleno corde dei magnitudinẽ suamqꝫ prauitatẽ confiteatur ⁊ dicat. Domine nõ solũ nõ sum dignus vt intres sub tectum meũ: sed nec vt tibi appropinquare valeam vllo modo. Sufficit enim mihi valde si tue pietatis oculis me clementer digneris respicere a remotis. ¶ Dico autẽ tibi o homo ꝙ si in hoc perseueraueris humilit̃ nõ quiesces: nõ solũ te videbit ſꝫ ad sua secretissima introducet: qđ ipse dignetur mihi ⁊ tibi facere: qui est benedictus in secula se

culorum. Amen

¶ Qualiter homo ordinet cogitatiões suas: ita ꝙ semper habeat deum in corde.

O Homo vis agnoscere quomõ tuũ dirigas cogitatũ. Semper enim vt humiliatio tua sit i medio tui: debes considerare diligentius temetipsum cogitando vnde veneris: vbi sis: ⁊ quo post hanc vitã miserabilẽ sis iturus. Itẽ cogita ⁊ recogita infinitã dei virtutẽ eiusqꝫ ad te ineffabilẽ charitatem qua ad suam imaginẽ de nihilo te creauit: ⁊ propter te totum vniuersum produxit: omnia subijciẽdo sub pedibus tuis: ⁊ cunctoꝝ animantium te dominum statuendo. Item cogita quomodo te perditum ꝑ peccatum deus misericors in hunc mundũ veniẽs sollicite te quesiuit: ⁊ pro tuis peccatis moriens crudeliter super crucẽ suo preciosissimo sanguine te redemit: sicqꝫ te de potestate ⁊ seruitute diaboli liberauit ⁊ ad regna celestia te gratis ⁊ dulciter inuitauit. Quid plura. Hec ⁊ huiusmodi beneficia inumerabilia ⁊ imẽsa: tibi adeo impẽsa cogita diligenter: ⁊ ipsum deũ ac virginẽ mariam matrem eius in omnibus ⁊ per oia vbiqꝫ ⁊ semper habeas ante oculos cordis tui: sicqꝫ coram ipsis existens suamqꝫ admirans magnitudinem: ac tuam miseriã recognoscens quantuꝫ poteris resiliẽs in teipsum admirans nõ modicum: quõ deus dignatur rem tam fetidam ⁊ vilem coram suis oculis presentari ⁊ te etiam ad momẽtum in sua patiꝫ presentia cõmorari. Hoc faciens sic de hoc dono maximo ⁊ de oib⁹ alijs quãtas poteris refferas deo grates. Et hoc etiam ꝙ regratiari sibi possis: tibi reputa magnũ donum: ⁊ hoc donum. s. ꝙ dignatur te in sua ꝑsentia cõmorari: ⁊ alia omnia que tibi concessit debes cũ omni vigilantia diligentius custodire: ⁊ semper cũ magna auiditate mens tua transeat ad maiora. Et si propter tuam miseriam aut aliqꝫ occupationem exteriorẽ cogitatu tuo a sua presentia absentaberis: cum auiditate qꝫ cito sollicite reuerti studeas vbi eras: ⁊ hꝫ sic faciens qualem processum habere debeas cito te docebit. Hoc tamen pro certo habeas: ꝙ quicq̃d sit de alijs semper tẽ debes ad nihilum redigere: quãtũ potes ⁊ omniũ peccatorũ te infimũ reputare: ⁊ tã pro te qꝫ pro alijs debes a deo tuo tibi presente cum omni humilitate veniam lachrymabiliter postulare: ⁊ tuam considerationem semper super hoc poteris dirigere in hunc modum. Nunquã enim debes cogitare ꝙ alij peccatores a deo sunt elõgati q̃n ⁊ si non continue: ad horã tamẽ ad deũ se vertant in corde: ⁊ quin tunc forte te intimius ipsum recogitent ⁊ cognoscant: ⁊ quin maiori coram ipso assistant reuerẽtia ⁊ maiorem considerationem suorũ habeant peccatorum: ⁊ se sibi humilius representẽt: q̃n etiam maiori affectu moueantꝫ in presentia tanti boni: ⁊ si hoc pleno corde nõ poteris cogitare. Hoc ipso debes te superbissimũ reputare: nec poteris de congruo huic tue sup̃bie prepõderare concupiscẽtias alioꝝ. Nullũ etiã quantũcunqꝫ publicum peccatorem iudices vel contẽnas quia nescis finẽ eius. Potens est enim deus iustificare impium ⁊ malignum. Te ergo ⁊ nõ alios iudices in hoc mundo: qđ si facere non potes: debes tunc firmiter presumere ꝙ superbia: sit illud vitiũ in quo ceteros singulariter tu excedis: ex quo non potes tuam aspicere prauitatem. Et certe si hoc est verum satis bene ⁊ digne potes te omnium infimum appellare: Sed forte tua superba cogitatio dicet tibi. Quomodo de infidelib⁹ hꝫ potero cogitare. s. vt sim infimus eis cuꝫ ipsi nec deum cognoscant. Sed audi superbia ceca. An ignoras ꝙ si deum cognoscis ipsumqꝫ credis te redemisse suo sanguine

precioso ꝛ contra ipsum cũ in superbia ele uaris ꝙ longe grauiꝰ peccas: qꝫ si hec om nia ignoꝛa res. Nõne vbi cum peccato est maioꝛ cognitioꝛ maioꝛ contemtus ibi esse pꝛobatur. Nullum ergo excipias o in sane te foꝛe peioꝛem. Sed pleno coꝛde te humi lia apud deum te vilioꝛem ꝛ maioꝛẽ pecca toꝛem ceteris recognoscens. ¶ Et si foꝛte tunc quod absit tibi surrepat maligna cogi tatio. d. Ergo tu es a deo repꝛobatus: hanc qꝫ cito excludere debes: nec talem cogita tionem tecũ permittas modo aliquo com moꝛari: licet enim timere habeas non mo dicum de peccatis: magis tamen ac magis sperare debes ꝛ dei altissimi super extolle re pietatem: ꝛ confidere simpliciter in vul neribus iesu chꝛisti: ꝛ in sũma clemẽtia sue matris: imensa enim ꝛ infinita est miseri coꝛdia saluatoꝛis: adeo vt si i te solo essent omnia peccata mundi que facta sunt vnqꝫ vel possent decetero perpetrari: adhuc in infinitum: super excederet misericoꝛdia dei nostri ꝛ tibi omnia peccata mundi si cum lachꝛimis: ꝛ humiliter ad euꝫ recurreris ꝑ pter suam pietatem largissimam condona bit. ¶ Si etiam tunc tibi veniat cogitatio: vtrum sis in caritate vel non. Timere pꝛo culdubio debes ꝛ cauere ne determinate i partem aliquam incliners. Fideliter tamẽ age ꝛ de diuina misericoꝛdia semper spera si enim hoc egeris ꝛ tui consideratione te reputaueris peccatoꝛem: die noctuqꝫ obꝛu tum in peccatis vndiqꝫ ac de tãta tenebꝛo sitate sũme dolens ad fontem pietatis chꝛi stum cum lachꝛimis deuote ꝛ humiliter conuerteris mentem tuam: oꝛietur nempe in tenebꝛis istis lux tua: ꝛ eleuaberis dei no stri sũmi dulcissima pietate ad celestia con templanda: ꝛ in delitijs abundabis. Ut di cas merito cum pꝛopheta. Nox illumina tio mea in delitijs meis. Quod totum ipse pꝛestare dignetur. Qui viuit ꝛ regnat in vnitate spũs sancti deus. Amen.

¶ Qꝺ anima inebꝛiatur in amoꝛẽ dei.

O Altitudo diuitiarũ sapientie ꝛ scientie dei quantũ incõpꝛehẽ sibilia sunt iudicia eius ꝛ inue stigabiles vie eius. Quis ascẽ det in montẽ domini. Aut qs stabit in loco sancto eius. Sed ꝛ si quis vo luerit ascendere: per quã vtiqꝫ viam ascẽ det cum omnes inuestigabiles sint. ¶ Au di dilectionem: ꝛ vocationem tuaꝫ anima dilecta: ꝛ sũme gaude. Cũ enim cuncta su pꝛadicta omni vigilãtia solicite studueris ad iplere: tũc iam sic deo incipies pꝛopin quare: vt vere nihil pꝛeter eum valeas co gitare: vt omnia pꝛeter eum tibi in fastidiũ abhominationem ꝛ amaritudinẽ nimiam conuertanť. Et quasi libentius velles ani mam a coꝛpoꝛe separari: qꝫ te a continua vel quasi continua dei meditatione: ꝛ vt ita dicam fruitione etiam ad modicum tẽ poꝛis absentare. Quasi etiam tibi videbi tur: vt etiam teipsum non habeas nec ali quid aliud pꝛeter deum. Quid tibi refer ram tunc de tuo dilecto: o anima amoꝛe eiꝰ repleta: imo quasi in eius amoꝛem conuer sa. Ausculta: iste inqꝫ dilectus tuus o dilecta a quo non potes nec vis aliquatenus sepa rari seipsum paulisper subtrahet a tuo con tinuo cogitatu. Ita vt coꝛ tuum circa aliud incipiat deuagari. Et tũc tu videns a te eũ quẽ sic foꝛtiter diligis abscedisse nimio et icredibili doloꝛe repleta anxia circũquaqꝫ discurrẽs: vndiqꝫ solicite: ꝛ auide querẽs qũo possis eũ quẽ sic foꝛtiter diligis inue nire. Oibus creaturis bꝛeuiter nunciabis imo ipse dilectissimus sponsus tuus se tibi qꝫ totiꝰ ꝑsentabit: tibi occurret: tibi obuia bit: tibi clare ꝛ sponte offeret semetipsum. ¶ O quãta tũc leticia reuiuisces. O qꝫta dulcedine ꝑfrueris. Cũ. n. videbis amãtis simũ spõsum tuũ quẽ pꝛius cũ tanta auidi tate quesieras circũquaqꝫ: tũc cum nimio amoꝛis eius dulcoꝛe repleta amplexaberis dulcius toto posse: tñ semp cũ reuerentia: ꝛ timoꝛe. Quãta No ꝛ qualis tibi aderit cõ

ſolatio ſi bene ſapiens fueris feliciter po-
teris experiri. Sed audi o amātiſſima deo
tuo. Cum enim te ſecuram reddiderit.
Se a te iterum abſentabit: ⁊ tunc adhuc cū
maiori ardore q̄ꝫ prius ipſum requiſitū ha
bebis. Quid dicaꝫ tibi vere a te ſi totiens
abſentabit donec ſic eū ſis ſolicita cuſtodi-
re: vt plus te nō audeas reddere. iam ſecu
rā: ſed oīa habeas iā ſuſpecta. Sed o felix
anima audi dulciter ⁊ aſculta quid tibi fa-
ciet dilectus tuus qn̄ ſecū incipies quietari
vino quippe dulciſſimo ſuauiter īcipiet te
potare ⁊ tu eius melliflua dulcedine degu
ſtata amplius incipies affectare. Et tūc ipe
largiſſimus amplius tibi dabit. Et quanto
plus tibi dabit tanto ab eo amplius poſtu-
labis. Et ipſe benigniſſimus tunc tibi vbe
rius miniſtrabit. Quid dicam tibi. Sacia-
ri nūq̄ꝫ poteris donec iebriata fueris ⁊ ꝑ
fuſa vndiqꝫ ſuo vino. ¶ Utrū aūt poſt tā
frequentē ⁊ nimiā inebriationē ſoporē vl'
raptū conſequeris: ſi deus tibi conceſſerit
poteris experiri. Largiſſimus. n. ē ⁊ plus
ſine cōparatiōe q̄ꝫ credi valeat elargitur:
Hoc tn̄ ſemꝑ debes habere ī corde q̄uo tu
es vilissimus fragilis ⁊ peccator: ⁊ q̄uo nō
es modo aliquo ad hoc aptus: ſed oī bene
ficio ⁊ gratia ſimpliciter es indignus ⁊ ꝑ
maximū donū debet tibi videri ⁊ eſſe: ſi ip
ſe deus dignatꝰ tua peccata delere ⁊ quan-
tūcūqꝫ tibi ī hoc mūdo acerbitate penaꝝ ī
flicta. Qui deus ſemper ſit laudabilis ī ſe-
cula ſeculoꝝ. Amen.

¶ Quando anima rapitur: diuerſimo
de inebriatur.

d Uia habemus in pluribus lo-
cis ſupradictoꝝ capitulorū ho
minū duritiā diuina influentia
poſſe iebriari: vt mens tua am
plius eleuetur: volo vt differē
tiam illarū ebrietatū non ignores debes. n.
intelligere q̄ verus contēplatiuus quāuis
multas alias conſolationes habeat ſpecia-
les: tamen anteq̄ꝫ veniat ad ſoporem ⁊ ra
ptū ad quos pauci attingunt valeat ebrie-
tatem duplicē experiri. ¶ Prima quedaꝫ
abundantia iocunditatis in corde ⁊ vehe-
mens iubilatio mentis. Que per intenſum
deſideriū vite eterne. Aut per deuotā con
ſiderationē paſſionis xpi. Aut per magnū
feruorem ſingularis amoris in deū venit ī
mentē ex quadā noua diuina irradiatione
infuſa ⁊ iſta letitia tm̄ abundat in corde: vt
etiam in corporis mēbra redundet faciens
cuncta pregaudio arridere. Et talis pre ni-
mia exultatione ad modū ebrij precipitantꝰ
gradiatur quietē nō ſuſtinens. Et cunctas
creaturas quas inuenit ſui conditoris amo
ris magnitudine amplexatur. Et bene po-
tes credere q̄ cor talis nō multū applicatꝰ
ad terram: q̄ etſi aliqua mundana vel ter
rena ſibi occurrant oīa deſpiciens reputat
eſſe vana. ¶ Alia dulcēdo ebrietatis ē qn̄
nimia ſuauitate repletur cor ex diuino ꝯſor
tio. Hec venit ꝑ ꝯtemplatōis quietē. Et in
tantū etiā iſta dulcedo abundat in corde vt
exterius in ſingula mēbra redundet adeo
vt totus homo tā interius q̄ꝫ exterius mel
lifluus videatur. Et ſic prima ebrietas pre
illaritate nō ſuſtinet quietē ſic iſta ſecūda ꝑ
nimia dulcedine quieſcere facit. Et niſi in
tantū intendā vt in ſaporē degrauet nō au
fert totaliter ſenſum ſuū particulariter ac-
tus. Sed ad modū ebrij libros nō permit-
tit: tūc quaſi quicquid videbis reputabis
quadā diuina gratia abundare. Et quāuis
prima ebrietas ſit ex intenſione leticie: ⁊ ſe
cunda ex intenſione dulcedinis tn̄ nō opor
tet dubitare q̄ etiā illa ſentit dulcorē: ⁊ iſta
leticia nō priuatur. Et q̄uis nō neceſſe ſit
timere de prima: ſed potius ſit gaudenduꝫ
de ſecūda tn̄ que ꝯſiſtit in quadā ammira-
bili dulcedine cordis ſemꝑ tutius eſt dubi
tare: eo q̄ diabolus transfigurans ſe ī an-
gelū lucis cōſueuit aliqn̄ homini ſimilia ꝓ
curare non vt reficiat: ſed vt deſcipiat ⁊ in

ficiat hominẽ sic occulte: vellet enim diabolus vt homo supbiret ⁊ se aliquid reputaret: vt sic dũ supbe talibus deceptus frueretur delitijs miserabiliter ⁊ digne auerteretur a deo hoc bene aliqñ ipse deus pmitteret euenire. Cũ enim aliqñ aliqui nõ veri ꝯtemplatiui nimis de se ipsis presumunt aliosqꝫ ꝯtẽnũt ⁊ credũt se deo esse ꝓximiores: cũ tñ ab eo nimis sint propter suã superbiã elongati diabolus pater superbie habet potestatẽ in eos: vt talibus delitijs ḋcipere eos possit. ¶ Et ideo cũ sũma diligentia est aduertendũ: vt qñcunqꝫ tibi acciderit ꝙ faciez tue mentis in deũ dirigas ne ab eo ipso cor tuũ vllo modo discedat: vt si delectari te oporteat solũ delecteris in deo. Et tunc si adeo erit illa dulcedo deberet intendi: si vero a diabolo deberet priuari: ⁊ ãnihilari vel saltem remitti. ¶ Qḋ si deus te voluerit aliquando consolari: vt ꝓ tuis aliorũqꝫ peccatis amaritudine frequẽter repleris: in ipso aliquando delitijs perfruaris sibi regratiari studeas toto posse. Et ad hoc tñ licitũ est timere ne ꝑsumptionem incaute incurras. ¶ Potes aũt cogitare ad humiliandũ cor tuũ sup hac dulcedine ꝙ deus pro paruo bono qḋ forte fecisti qḋ tñ forte reputas esse magnũ fortasse nunc vult tibi in premiũ dare istud quia forte premijs eternis te non reputat esse dignũ. ¶ Potes ⁊ timere ⁊ merito ne illud dulcissimũ vinũ tibi adhuc spiritualiter febricitanti suauiter propiciatum eterne mortis periculũ prestet tibi: hoc est ne te occasionaliter faciat superbire ob quã supbiaꝫ iudiceris postea digne eternis ignibus cruciandus. ¶ Ideo pleno corde dũ sumus ĩ hac valle miserie ꝯstituti: debemus magis appetere ꝓ proprijs peccatis cũ xp̃o crucifixo affligi: qꝫ periculosis delitijs afflui in hoc mundo. Et sic quottidie peccaremꝰ: immo quasi ꝯtinue sustinere. Ut sic purgati postea semp cũ dño gloriemur. Et sicut nunc sumus vilissimi serui dei sic dꝫ nobis placere: imo debemus appetere a cunctis vilissimi reputari. Et sicut ad honorem dei facti sumus sic in nobis ⁊ in alijs illud solum dꝫ placere quod ad dei cedit gloriã ad honorẽ: ⁊ illud solũ displicere quod in ꝯtrarium noscimus ꝑuenire. ¶ Et de indifferẽtibꝰ nullo modo debemus curare: nisi q: oia ḋbemus ad laudẽ dei referre. Quod nobis ipse ꝯcedat: q ꝑ cũcta secula regnat. Amẽ.

¶ Quomodo homo ferueat in amorẽ dei ad opera dei.

I attenderes o hõ ꝙ deus ad suã imaginẽ te formauit ⁊ ꝓ te
s tot ⁊ tã nobiles ꝯdidit creaturas: ⁊ tuã assumens: ⁊ exaltãs naturã: tam carissime suo sãguine te redemit: ⁊ nõ solũ v ipsum habeas in cibũ in pñti: sꝫ se ip̃m ĩ futuro tibi ĩ premiũ repromisit. Nũc quoqꝫ te ẽt ⁊ cũcta creata regit ⁊ ꝯseruat sua ieffabili gr̃a quã infundit. Et hec oia ad tuũ facit honorẽ. Si hec oia bñ attẽderes: ⁊ in ip̃ꝫ deũ tuũ tẽderes: vt deberes eius quoqꝫ reuerentiã appeteres: ⁊ honorẽ certe ꝓ eo quã si tui oblitꝰ ꝓ nihilo te nũc subijceres oĩ morti ⁊ cũcta: tã ꝓspera qꝫ aduersa equo aĩo humiliter tollerares: imo q̇cq̇d honoris vel ꝯsolatiõis. Quicq̇d iniurie vel tribulatiõis tibi quocunqꝫ ꝯtingeret totũ nihil ac si nihil tibi accideret reputares. Oia tñ referres ĩ laudẽ ⁊ gl̃iaꝫ creatoris. ¶ Nec etiã qñ aliq̇d ad dei honorẽ: ad salutẽ tui faceres. Utrꝫ illud esset difficile deberes mõ aliquo iudicare. Sꝫ quodã ĩpetu mẽtis nimio amoris diuini ardore ĩgnitꝰ deberes toto nixu studere cũcta laudẽ digna: effectui velocius demãdare. Si enĩ bene creatoris tui esses amore succensus: o homõ quomodo aliq̇d pro ipso tibi illatum: vel preceptum: impositũ: vel iniunctum iniuriosum: aut onerosum graue: vel difficile reputares. Omnia certe talia tibi leuia amabilia dulcia

⁊ suauia apparerent. Et ita solicite ⁊ libenter hec omnia adimpleres: q cū omnia ea perfecisses: nihil quasi crederes te fecisse imo potius defecisse teqꝫ ex hoc tam exosum haberes: vt vix teipsum aliquatenus tollerares: ⁊ quomodo maiora posses facere: solicite cogitares. Uel saltem que facta sunt perfectius adimplere: propones in corde tuo: teipsum de male vel min⁹ benefactis: grauiter flagellare. ¶ Nam certe doleres nō modicū ⁊ erubesceres in teipso tam altissimo domino ⁊ benignissimo deo tuo sic defectuose: pigre ⁊ miserrime ministrare. Quid plura. Quanto plus proficeres tāto plus te deficere cogitares. Et sic amplius erubesceres: ⁊ doleres: ⁊ nunqꝫ cessares: sed semper maiori ardore succensus maiora reincipe conareris. ¶ Nūqꝫ certe de hijs: ⁊ in hijs que ad honorem dei pertinent tuus posset refici appetitus. Semp. n. cupidus: semp auidus: semp famelicus appareres. O admirabilis ⁊ delectabilis calor amoris diuini: qui sic cito facit digerere oē molestū: qui tā cito in dulce amarū ꝯuertit: insipidū in sapidū: fastidiosum in appetibile: in facile difficile: honerosum in leue: ⁊ breuiter oē triste in suaue: pulchrū delectabile: ⁊ iocūdū: ⁊ tandem oēm laborē ꝯuertit in premiū sine fine. Nō dubito q tūc nimio amoris feruore ebuliret cor tuū intantū: vt, sūme exosuꝫ haberes ⁊ oino vitares quicquid etiā ad momentum subtrahere te a tam fructuoso ⁊ suaui seruitio dei tui. ¶ Et semp tibi ipsi piger videris: defectuosus: ⁊ negligēs in obsequio tanti dei. Alij aūt serui dei incōparatione tui tibi promptissimi: ⁊ feruentissimi apparerent. Eoꝝ tñ pronitas tibi esset ad gaudium ⁊ tua pigritia ad merorē. Accede ergo homo ad cor altū ⁊ in tuis actibus exaltabitur deus tuus. Si enim habueris cor infimū ⁊ terreum minima seruitia maxima reputabis: ⁊ que quasi nihil erunt tibi difficilia apparebunt. ¶ Et illa que pro te vl pro vno vilissimo amico tuo libenter faceres: pro deo tuo altissimo eadeꝫ facere grauaberis vltra modum. Dulcia ⁊ amabilia reputabis amara: ⁊ amarissima dulcia reputabis. Oculo infirmo irradiationem solis iusticie abhorrebis: ⁊ ambulare in tenebris affectabis. De bonis eternis ⁊ spiritualibus non curabis: sed ad transitoria ⁊ terrena. imo ad stercora cor tuū miserabiliter inclinabis. In hyeme presentis vite applicabis manū per pigritiā sub maxilla ⁊ ideo in estate mentis mendicabis. ¶ Sꝫ ne tibi miser qui iam nō poteris etiam bestijs cōparari: vtinam iumentis similis factus esses: que suoꝝ subuehūt honera dominoꝝ. Quā ergo excusationē miser in extremo iudicio poteris inuenire: qñ etiam bruta ⁊ irrationabilia animalia ad iudiciū tibi erunt. Si ergo ad seruiendū deo man⁹ ⁊ pedes habeas sic ligatos: ipse misericorditer te soluat ⁊ custodiat dirigat ⁊ conseruet: cuius misericordia est plenus totus orbis. Amen.

¶ Q ꝯtēplatiuus nō iudicet alios.

D Iabolus ī malitia antiquatus viros ꝯtēplatiuos cernēs ī celestib⁹ ꝯuersari. vñ ipse pp superbiā est deiectus: nitit oī modo oēs quos pōt secū trahere ad inferna. Et q: videt se eos nō posse vincere in apto. Conat saltē eos decipe in occulto. ¶ Et qꝫqꝫ diuersa mala diuersis tēporibus suggerat vniuersis: tñ precipue viros ꝯtēplatiuos ꝯtēplationis tpe p supbiā nitit grauiter molestar: vt. s. ipse ꝯtēplatiu⁹ de se q̄d magnū presumat: ⁊ ceteros reputet viciosos. Aplicam inferrens sniam. d. Omnia iudicat spūalis homo. Sed o pessima ⁊ mortifera pestis: imo mors grauissima ⁊ occulta. Hec deum fugat: ꝑsumptionē nequissimā abhorrentē. Hec fraternaꝫ lacerat caritatē. Hec vescentem impiū fa

cit stercora amplexari. Hec spirituali leticia plenum ad accidiam ducit. Hec cuncta ad honorem dei referenda facit diabolice fraudi dare. Sed o miser homo nūquid i altū cōtēplationis ascendisti: vt te faciens alioꝝ iudicē: debeas ceteris maius precipitiū sustinere: pone ergo te o infelix ꝯsideratione tui in nouissimo loco: ⁊ tūc cadere nō valebis. ¶ O insensate cōmenda dei opera cū simpliciter sint pfecta: ⁊ cōmendaberis ⁊ tu. Attende o hō in dulcis ꝯtēplationis cacumine cōstitute ⁊ cognosce qualiter deus ꝑpter sui honorē faciens creaturas: diuersis diuersa munera voluit misericorditer elargiri: vt sic non tantum ab vno simpliciter: sed a multis multiformiter honoretur. Voluit quoqꝫ sui immensi thesauri sapiētie ⁊ scientie sue inextimabiles ⁊ ineffabiles diuitias ꝑpalare: vt ex hoc cōmendādi suā magnificentiā materiā multiplicem habeamus. ¶ Debes ergo pmitus cogitare ꝙ deus est sūme potēs: sapiēs ⁊ bonus pater familias ordinans ordinatissime domū suā: pensat enim filioꝝ suorum potentiā sapientiā ⁊ bonitatē. Et ꝺm sue ꝑsentie voluntate: diuersa diuersis cōmittit officia ⁊ tribuit dignitates. ¶ Cogita ergo primo tu qui ꝯtēplationi vacas ꝙ deus benignissimus pater tuus misericorditer egit tecum: dū sciens te ad oīa imbecillē noluit te sibi in periculosis arduis difficilibus ac implicatis opibus ministrare: sed ex dono sue imense clemētie te: tanqꝫ infirmū p cōtemplatiōis quietē dulcius voluit ꝯsolari. Alios aūt cernens in caritate feruentes ⁊ fortiter radicatos voluit super periculosa ⁊ difficilia ordinare nihilominus eis quietem tribuens post laborem ⁊ ꝯsolationem etiam nō modicā in labore. Si ergo te videris spiritualibus inherere: ceteros autē circa alia laborare: nō eos iudices: sed immensaꝫ dei bonitatē: ⁊ ꝑfundā eius sapiētiam inspice cum timore pariter: ⁊ amore. ¶ Te infirmū cognosce ⁊ debilē cū verecundia ⁊ dolore. Alios vero feruentiores ⁊ fortiores te ꝯsidera in caritatis operibꝰ ⁊ labore. Qūo.n. te valde debilē: fortē poteris reputare: qui pp tuā nimiā infirmitatē etiā lecti molitiem similem ꝯtemplationis dulcedinē nō vales dulcius sustinere: quin omni quasi vento cuiuscunqꝫ tētationis ad modū arundinis nō modicum mouearis. ¶ Quid ergo faceres: si te oporteret vna manu edificare: ⁊ hostes altera effugare. Nempe solo pauore deficeres. Laudā: ergo pijssimū deū tuū: qui potentes statuit i arduis: ⁊ aduersis. Sapientes intentos fecit studijs. Clemētes bonoꝝ distributores tēporaliū ordinauit. Te aūt ne dficeres voluit quiescere: ⁊ iocūdari: ⁊ refici per contēplatiōis dulcedinē degustatā. Ne errares noluit te curiosa: ⁊ subtilia indagare. Ne tua simplicitate malus dispensator esses voluit te tanqꝫ pauperē oīa temporalia ānegare. Non ergo in aliquo te exaltes ceteros vilipendēs. Sed potius ecōuerso cunctos te in oībus meliores reputa: ꝓfunde humilians temetipm. Non alios iudices: sed exalta. ¶ Nec ēt a predictis excludas eos quos videris ociosos. Debes enim cogitare ꝙ ipsi tanqꝫ viri sapientes ⁊ ꝓbi thesaurū iā aquisitū intra se prudenter abscondūt: ne fures ipsum inueniant exteriꝰ ⁊ furentur. ¶ Cogitat enim ꝙ ipsi laborāt in occulto ⁊ in publico requiescūt. Aut certe pensa ꝙ ille qui dedit pondus ventis pmittit tales aliqū deficere i istis manifestis ⁊ minimis ne de maximis que sibi occulte concessit in superbiam eleuent. Et quāuis sic debeas facere de oībus supradictis: tamen quia vides tales nō sine periculo esse debes tu qui inquiete existis pro eis assidue: ⁊ feruēter orare. Aut si potes debes eos allicere ad quietem. ¶ Debes quoqꝫ secundo omnia ad laudē reducere creatoris. Quod quidem bene poteris facere p hunc modum vel forte melius aliter si hoc aliter deus tibi dignabitur indicare. Cum.

enim videris aliquos in prelatione tempo
rali vel indignitate aliqua constitutos cogi
tabis hoc esse factum ad diuinam magnifi
centiam ostendendam:⁊ sic in eis dei poté
tiam collaudabis. Cum autem videris ali
os scientie insistentes ⁊ non soluȝ creatoris:
sed etiam creaturarū occultissima inquiré
tes ⁊ quélibet versiculuȝ curiosius ordiná
tes:hoc esse factum ad manifestandum di
uinam sapientiam non ignores:⁊ sic in eis
dei sapientiaȝ cōmendabis. Cum vero vi-
deris alios temporalibus negotijs insisten
tes in eis diuinam laudabis prudentiá per
tales quiescentibus prouidentur. Si ali-
quos videris ceteros iudicantes diuinuȝ
iudicium time. Si penas inferentes di-
uinam iusticiam cogita. Si rigidos:diuine
iusticie expauesce rigorem. Si reprehenso
res ⁊ causaruȝ discussores futuri iudicij re
cordare. Si vero videris ꝑlatos circa pu-
nitionem maloꝝ remissos in eis diuinam
misericordiaȝ cōmendabis. Si videris ali-
quos insistere operibus caritatis ⁊ pieta-
tis in ipsis laudabis diuinam bonitatem et
suam clementiá infinitá se breuiter ad oīa
diffundenté. Si calorem habueris recogi
ta erga nos dei patris nimiaȝ caritaté qua
suum filium voluit incarnari:⁊ pro nobis
omnib⁹ crucifigi. Si frigus habueris ab
omni estu miserie refrigerium anhelabis.
¶ Et sic per singula discurrendo omnia
potes ⁊ debes reducere in laudem:⁊ ma-
gnificentiam creatoris. Non enim debet
esse aliqua creatura quantūcunqȝ tibi vilis
sima ac infima videatur:in qua tuū nō ho
norifices creatorem. hoc enim ipso omnis
creatura digna est oī laude ꝙ a deo condi
ta est ⁊ ab eo cōseruatur nihi esse. Et hoc
ipsum ergo dicitur creaturam esse dei vel
adeo:si suū mirabiliter ꝯmédat actoré hec
pauca:⁊ quasi impfecta exépla tibi dixi vt
ex istis viaȝ habeas ad maiora. ¶ Et istud
est discretionis iudicium ad quod te. Apo
stolus voluit inuitare in auctoritate predi-
cta quá tu pessime exponebas. Non enim
vult innuere. Apostolus quádo dicit. Spi
ritualis homo iudicat omnia:ꝙ ipse cete-
ros debeat condénare cuȝ alibi ipse dicat.
Noli te ante tempus iudicare. Et idem ali
bi. Tu quis es qui iudicas alienum seruuȝ.
Sed hoc ideo dixit. Apostol⁹ carnalis ho
mo non percipit sapientie diuine secreta.
Sed spiritualis homo iudicat omnia.idest
in qualibet creatura discernit archana po
tentie:sapientie:⁊ bonitatis diuine. Judica
ergo ⁊ tu decetero omnia.i. in oībus diui
nam sapientiam:potentiam:⁊ bonitateȝ di
scerne ⁊ inde omniū honorifices creatoré.
¶ Si autem aliquem probabiliter noue-
ris peccatorem caue diligenter ne propter
hoc ipsum condénes:nec etiam cōmédes
ipsum. Sed vitiū tibi in eo displiceat:⁊ cō
patiaris quantū potes persone laudabis ét
deum tuū qui non permisit eū grauius ca-
dere in peccato:⁊ qui te prohibuit ne illud
vitiū perpetrares. ¶ Nullo enim modo
dubites:ꝙ si deus ex dono sue imense cle-
mentie te non custodiret a malo:tu grauis
sima ⁊ turpissima perduceres ad effectuȝ.
Deum etiá suppliciter exorabis:vt ipsum
⁊ quélibet peccatorem releuet a peccato
⁊ te ab omni malo liberet:⁊ defendat.
¶ Nisi enim noueris peccatis compati ꝓ
ximoꝝ:ad bonum indurabis cor tuū ⁊ for
te in malū irrues sine ferro. Qui enim fi-
deliter ⁊ solicite dum potest oratione vel
exortatione seu.alio quocūqȝ modo deum
proximo non procurat nō dubito ꝙ talis
a deo merito elongatur. Sed quanto ma-
gis credis ab his dominum elongari:qui
arridendo detractoribus ac ceteris pecca-
toribus applaudendo eos in malitia sua fo
uent:⁊ ex hoc audatiam:⁊ fauorem sibi tri
buunt:his similia ⁊ peiora peccata iterum
ꝑpetrádi. Si ergo oportunitas se obtulerit
malū argue. Aut si nō expedit tibi salteȝ ꝓ
tende tristiciaȝ faciei:vt sic peccator aliqua
liter confundatur. Nec attendas magnitu

dinem alicuius. Sed illū reputa foꝛe ma⸗
gnū: qui appꝛopiat deo tuo: ⁊ tanto maio⸗
rem: quanto caritatis: ⁊ ceteraꝝ virtutum
gradibus ſibi amplius appꝛopinquabit.
Que eniꝫ ceca: ⁊ damnoſa peruerſitas eſt.
Timere ſeruum diaboli: ⁊ cum maximum
reputare: ⁊ contēnere dei filiū adoptiuum
aram iam celeſtis patrie poſſidentē certe
hec ē veſania nimis magna. a qua nos cu⸗
ſtodiat ſapientia dei patris. Amen.

De paucitate bene viuentium.

Quis dabit capiti meo aquam ⁊ oculis meis ibꝛem lachꝛima ruꝫ: vt die ac nocte ploꝛare va leam perfectoꝝ ſtatum: quaſi ad nihilum iam redactū. Naꝫ terra culta diuinis cōſilijs: ⁊ xp̄i exemplis ſpinas: ⁊ tribulos germinat pꝛo frumēto. Certe quāto res perdita eſt nobilioꝛ: tan to debet eſſe doloꝛ intenſioꝛ de eadem. Sꝫ vt de multis aliqua pauca ſupficialiter vi⸗ deamus. De obedientia tanq̄ꝫ de religio⸗ nis fundamento pꝛimitus pertractemus. Curre ⁊ diſcere: o homo ⁊ vide diligēter ſi foꝛte poſſis ipſam obedientiā in⁹ ſua pfe ctione in aliquibus ſaltē paucis. q̄ūolibet i uenire. Credo quippe ꝙ vix aut nunq̄ꝫ in aliquo perfecte eam inuenies latitantem.

Sed mirari potes merito: cuꝫ religioſi multiplicētur valde ⁊ religio augeat quo obedientie perfectio in paucis: imo quaſi ī nullis valeat experiri. Certe h̄ eſt: quia ⁊ ſi multiplicata ſit gens vel religio extenſi⸗ ue: non tamen magnificata eſt vel augm̄ta ta ſpiritualis leticia ⁊ caritas itēſiue. Que ſo vt mihi dicas quis eſt ille hodie qui vē lit habere pꝛelatum ad obediendum nōne potius ad ſeruiendum. Jam enim volun⸗ tati p̄latoꝝ nolum⁹ obedire. Sed ecōuer⸗ ſo volumus vt ipſi voluntates nr̄as de⸗ beant in omnibus adimplere. Et nobis ſi deeſt aliquid de his que volumus: iam pl⁹ de ipſis q̄ꝫ de ſcutiferis murmuram⁹. Eis gladio lingue non parcimus detrahendo vel clamoſis queſtionibus eis pꝛoterue: et intrepide reſpondendo: ⁊ q̄ꝺ peius eſt il⸗ lud q̄ꝺ nobis alias foꝛet gratum fit vobis hoc ipſo q̄ꝺ a pꝛelatis pꝛecipitur odioſum. Jam non cogitamus quomodo eoꝛum vo luntatem poſſimus plenius adimplere et noſtram perfectius annegare. Sed po tius quomodo poſſimus in omnibus eis reſiſtere: ⁊ eos ad faciendum quod volu⸗ mus coartare. Aut ad renuendum quod i iungunt nos excuſatione aliqua paleare. Aut diligēter inueſtigamus quomodo nō teneamur eis in hoc vel in illo aliquaten⁹ obedire. Sed heu ſic faciendo luciferum imitamur qui pꝛeeſſe voluit potiuſq̄ꝫ ſub eſſe. Timeo ne foꝛte ſecum habitaculuꝫ habeamus. Ad confuſionem noſtram ap⸗ pareat chꝛiſtus paſſus qui pꝛo nobis patiē do ſuo patri vſq̄ꝫ ad moꝛtem voluit obedi re: nihil ſibi penitus retinens de his: que pꝛia voluntas in hominibus appetere con ſueuit. Sed exinaniuit ſemetipſum foꝛmaꝫ ſerui accipiens in ſeipſo. Hūc nempe imi⸗ tati ſunt patres noſtri: qui cum pꝛelati eēnt ſe ſponte ſubditos ſubditis faciebant: hoc enim ſibi dulce: hoc delectabile: hoc amabi le eis erat. Videlicet in his que magis ſue voluntati contraria exiſtebant in his: que ad exterioꝛis hominis confuſionem afli⸗ ctionem exinanitionem ſpectabant: ſuis ſe infimis obedire. Non enim ſicut moder⸗ ni: nunc ipſi tunc libꝛabant hoc melius eſſe illo: hoc ſecurius: hoc laudabilius: hoc fa cilius: ſicut quidam nunc faciunt cauſa fu⸗ ge. Sed cuncta que cernebant eſſe pꝛela⸗ toꝛum ſuoꝛum beneplacita voluntati. Dū⸗ modo non eſſent cōtra deū: quantūcunq̄ꝫ ardua: ⁊ vilia foꝛent: auiditate maxima ad implebant: tanta enim in eis vigebat cari⸗

tas ⁊ obedientie pꝛoͤptitudo: vt ad iussa im
plenda nequaq̄ȝ timerent discurrere super
aquas. Nec ēt formidarēt ire ad cupiēdū
leenas: cū eis erat iniūctum. Et breuiter ad
multa alia ardua ⁊ difficilia que nō suffi-
cio enarrare amore ⁊ nisu obediētie se sim
pliciter alacriter ⁊ viriliter q̄ȝ citius expo-
nebāt. Nō enim iudicauit īfructuosum il-
lud esse qui obediēs abbati cū labore quasi
importabili voluit per annū lignū aridum
adaquare. Et ex hoc apparuit obedientie
celsitudo: q: qͦd mortuū fuerat ⁊ aridū per
obedientis meritū fecit fructuȝ. ¶ Quid
ergo de obedientia gloriamur. Nūquid po
terimus nos fortasse viri apl'ici nominari.
Timeo ꝙ nec etiā christiani: sed potiꝰ tanq̄ȝ
imitatores luciferi merito possumꝰ demo-
niaci appellari. Quō tu infelix potes ⁊ do
bes christianꝰ dici: qui corde verbo ⁊ ope
re xp̄o contraria niteris adimplere. Nun-
quid xp̄s cōsiderauit de seipso ꝙ eēt verus
deus: ⁊ ſm ēt humanitatē oi gratia ⁊ virtu
te plenꝰ: qui tñ beate virgis gloriose ⁊ etiā
ip̄i Joseph erat subditus ⁊ subiectꝰ. In sol
uēdo quoqȝ dragmā seruis demonū voluit
obedire. Nos vero qui sumꝰ pleni hypo-
cresi ⁊ breuiter oi spurcitia peccatoꝝ tanq̄ȝ
sepulchra dealbata plena ossibus mortuoꝝ
apparemꝰ exterius humiles ⁊ deuoti. Et
interius vēto superbie vegetamur renuē-
tes manifeste superioribus obedire allegā
tes fatue ꝙ nō sumꝰ in seruitute: sed potius
in libertate vocati. ¶ Ignoramus āt mise
ri ꝙ seruire deo regnare est: ⁊ ꝙ quātoma
gis nosmetipsos dn̄o deo subijcimꝰ in hac
obedientie seruitute: tanto apud eū maiori
honore efficimur digniores. Et vide mira
bilem virtutem obedientie in effectu. Ipa
enim obedientia non solū reges nos consti
tuet in futuro: sed si perfecte in nobis exi-
stit facit nos creaturis omnibus dominari
hominem ad pristinum statū ducēs: q: ni-
hil contrariū nisi ad profectum aīe fieri
nos molestare permittit aduersa facit pro

spera: amara dulcia: grauia leuia. Et breui
ter cūcta huius mundi difficilia ardua vel
acerba: ipsi vero obedientie filio in delecta
bilia ⁊ suauia conuertūtur hominē quoqȝ
adhuc in carne mortali positū facit angeli-
ce se habere: nec sui domini dei facit hono
rem appetere cū feruore: quia omnibꝰ post
positis eius laudem cū summa auiditate fa
cit querere in qualibet creatura. nec etiam
momentū permittit transire a seruitio dei
sui. ¶ O virtus mirabilis: que sui fac̄ ho
mineȝ obliuisci ⁊ semper in suū tendere re
demptorem: que hominē adhuc in terris
corpore ambulantē facit spiritu in celesti-
bus habitare. ¶ Quid ergo de obedien-
tia murmuras o superbe. Cū enim apl's di
cat ꝙ in seruitute non sumꝰ vocati: sed in li
bertate: innuit: ꝙ deo ⁊ prelatis: nō quidē
timore seruili ad modū seruorū: sed amore
liberali ad modū filiorū: debemus propos-
se simpliciter obedire. Absit enim ꝙ apo
stolus voluerit dicere: vt de cetero nō pre-
latorū: sed nostram potius debeamus face
re volūtatem. Cū eni dixerit dominꝰ. Qui
vult venire post me: nō dixit se vel suū bē
neplacitū sequi debet: sed potius subiunxit.
Abneget semetipsuȝ: ⁊ tollat crucem suā: ⁊
sequat̄ me. Et tota sacra scriptura: hoc est
tam vetus q̄ȝ nouū testamentū obedientiā
approbat ⁊ cōmendat. Si enim cor rōnale
⁊ nobile tu haberes: nō certe renueres deo
tam in se q̄ȝ etiā in quocūqȝ prelato vilissi-
mo obedire: sed potiꝰ dedignareris aīam
tuā tam nobilem subijcere alicui alteri cre
ature. Mirū est enim q: homo renuit ⁊ de
dignat̄ seruire deo in prelato: ⁊ nō dedi-
gnat̄ seruire die ac nocte vni libro: aut ali-
cui alteri vilissime creature: ⁊ totū tempus
suū conabit̄ expendere circa nihil. Ideoqȝ
vir comēdatus rectus ⁊ iustus cernēs ꝙ si
faciens suam volūtatem: animaȝ suā plus
ceteris offenderit: ⁊ ꝙ contra deū semper
superbe egerit in vindictaȝ dei ⁊ sui: suam
volūtatē nitet̄ simpliciter abnegare: ⁊ quia

si seipsum abhorrens desiderabit ab omnibus côculcari: semper tamen ad honorem dei sui omnia referendo. Quod ipse nobis clemêter concedat: qui patri suo obediens pro nobis peccatoribus voluit crudeliter crucifigi. Amen.

Questio carnis ad deum patrem de xpo.

c Aro contra christum animam per contemplationem eleuantem deo patri dure conqueritur sic allegans tibi inquit deo patri iustor ac tue misericordie infinite dure conquero et de tuo filio domino iesu xpo: et peto humiliter et instanter vt iustitia tua consideret diligenter violentiam maximá mihi factam a tuo filio predilecto. et ex hoc tua ineffabilis misericordia concupita mee summe miserie citius condescendat. Ille enim tuus bonus filius plenus sapientia et virtute me sua sapiétia circũuenit et sua forti potentia magnam violentiam mihi fecit Ille tuus filius gloriosus a regalibus sedibus veniens magnum ad terram de celestibus saltum fecit: seq3 sua magna sapientia et profunda sub carne mihi simili occultauit. Nam exinaniuit semetipsum accipiens serui formam: et sic habitu inuentus vt homo cum profundissima humilitate et benignitate inenarrabili ad me calide subintrauit. Omnibus fuit humilior: omnibus despectior: omnibus dulcior: omnibus benignior: omnibus amabilior et gratiosior in hoc mundo. ℭ Ipse signis et portentis vndiq3 mirabiliter coruscabat. Ipse suo specioso aspectu: gratioso affatu: virtuoso effectu: materno affectu: paterno profectu: ad sui beniuolentiá et amoré placide dulciter et benigne: cunctos tanq3 filios carissimos inuitabat: et vt ardentius et feruétius in sui amorem igniret et accéderet vniuersas oium necessitates assumpsit plenarie in seipso et oium infirmitates in suo corpore portauit pacifice et quiete: et qd maius imo maximũ charitatis signũ fuit. Ipse pro salute omniũ voluit crudelissime crucifigi: voluit tá passione q3 et côpassione vehementer affligi: Cordis sui feruenté amoré per lateris apertioné voluit demonstrare. ℭ Inde quoq3 voluit sacra saluberrima in cũctorũ remediũ emanare. Quid plura. Gloriosum corpus suũ in cibum salutiferum et in potum suauissimum suum preciosum sanguinem sub specie panis et vini sumendũ fidelib[9] dereliquit. Et tandem seipsum omnibus daturum in premium compromisit: singulos tua precepta seruantes patres fratresq3 vocabat demum non solum in via: sed etiam in patria firmiter asserebat: qd precingeret se: et omnibus ad tuam mensam transiens ministraret. Quid amplius loquor. ℭ Si enim linguis omnium hominum loquerer et etiam angelorum non possem aliquatenus explicare eius admirabilem sanctitaté et suas ineffabiles virtutes et gratias infinitas: Nec etiam valerem vel scirem aliquo modo declarare immensa et preciosa dona innumerabilia et inenarrabilia bñfitia que mundo contulit. Et que magis in posterum promisit. s. fidelibus se daturum. his igitur omnibus: et his similibus et maiorib[9]: que nec scio nec possum tibi etiam superficialiter enarrare nimis imo simpliciter sibi dulciter allexit dilectam animam mihi in sociá deputatam. Et nô solum allexit s3 itus suauiter intrans eam ad se sua traxit virtute ℭ Et nunc intantum suis blanditijs eam sibi côiũxit et tá indissolubiliter suauissimi et ardétissimi amoris vinculo colligauit: vt iá de me penitus nihil curet. Sed potius me spernat: deiciat: odiat: affligat: mortificet et conculcet: et simpliciter ad nihilum redigat vitam meá. ℭ Et qd grauius mihi esse videtur: ipsa in grauibus iniurijs et offensis ab ea mihi illatis nullatenus saciata: procurat solicite et laborat: vt ab alijs talia vel similia mihi crudeliter inferantur: inferen-

tes summe diligit: ⁊ commendat: ⁊ pro eis orationem tibi porrigit specialē. sic ꝙ mortificor: ⁊ non curat. In limo iaceo ⁊ exultat: iaceo astricta ferro p̄ssa catenis: ligata vinculis: vincta cum pedibus: non desunt tormenta: non desunt cruciamenta: supplicia nunq̄z desunt: quotidie crudescit in me seuitia: ipsa quotidie me flagellat: ipsa assidue nouis cruciatibus me lacerat. Ipsa quoqz vt ceteri dolores: doloribus meis dolores addit: ad h̄ vt intensius doleam summe cupit. ¶ Quicquid breuiꝰ crudele pōt super me excogitat vt sic moriar huic mundo. hec enim gloria sua: videtur mihi .s. posse inferre iniuriam: contumeliā: penas: flagella: ⁊ quicq̄d vilissimū aut grauissimū dici pōt: sicqz me afflictam ⁊ desolatam in mea continua miseria dereliquit. Ipsa ẜo vult semper cum tuo dilectissimo filio commorari a se me suam fidelem sociam procul pellens. Nunc enim cum tuo filio apparet parua in presepe vagiendo: nūc ẜo secum virginis matris eius brachijs amplexatur: virginis humeris deportatur: lacte virginis cōfouetur: nunc secum sitit ⁊ bibit: nūc secū esurit ⁊ cibatur: nūc secū fatigatur ⁊ quiescit: nūc secum repletur tristitia ⁊ letatur. ¶ Sed quid plus cum tuo tam nobili ⁊ amantissimo filio vigilat tota die: ⁊ de nocte vero dormiens secum dulciter in suo cubiculo requiescit. Et nō veretur nocte sibi tanq̄z propria ⁊ dilecta sponsa sue cellule ianuā aperire: ⁊ ille tanq̄z spōsus ad eam ingreditur leto vultu. Tunc ip̄a strictis ⁊ castis amplexibus mox eam recipit gaudiose ⁊ mellifluis osculis ac ineffabilibus ⁊ incredibilibus delectationibꝰ eo continue ⁊ dulciter fruitur tota nocte. Nūc tandē: secuz traditur: venditur capiꝰ ⁊ ligatur: nūc secū ducitur: presentatur: accusatur maledicitur: blasphematur: nunc secū oculis vellatur: colaphis ceditur: palmis percutitur: flagellis atteriꝰ: vestibus suis exuiꝰ in faciem cō̄sputur: contumelijs afficitur: penis affligitur: purpura induitur: spinis coronatur: cruce damnaꝰ: cum iniquis deputatur: manibus perforatur: pedibus confoditur: felle potatur: lancea vulneratur: sanguine perfunditur: sicqz secum crudelissime flagellatur: patitur: moritur: sepelitur. Nunc vero florida secum resurgit: in celū conscendit: letitia perpetua secum gaudet. Ipsa nempe predilectū filiuz tuū tanq̄z spōsa sponsum nunq̄z vult deserere etiam ad momentum: vbi enim ille est: ⁊ ipsa secum ē: ⁊ ibi assistit. Ip̄a quocūqz ille perrexerit: secum vadit. Quid plura. Ipsa nunq̄z sine ipso alicubi inuenitur: vbi ille ⁊ ista: ad nihil potest se vertere: siue ipso: imo pōt nihil appetere preter ipsum sine ipsa necubi querit esse: q: certe nimio eius amore languens ⁊ capta: nullo modo pōt viuere sine ipso. Quid igitur dicā tibi deus pater de filio tuo dilecto qui animā mihi deditam: sic suo iebriauit amore vt a me sit facta penitꝰ aliena. ¶ Quid refferam tibi iuste deus. iudex fortis patiensqz benignꝰ de iesu xp̄o filio tuo. s. qui a me amabilē sociam meam sic rapuit violenter: ⁊ iam sibi sponsaz propriam dedicauit. Si rapinaz cōmisit filius tuus queso raptum restitui. Si appropriauit sibi ꝙ forte suū non erat iubeas reddi. Si a me ꝙ meum erat alienauit ⁊ rapuit iubeas dari mihi. Non enim parum mihi videꝰ: sic rapere vnicā meā sociā: iā meo corpori copulatam sine qua esse vel viuere nequeo in hac vita. Cur eniz anima mihi deputata: vnigenitū filium tuū diligit sic intense. Cur crudeliter sic me odit: cur simpliciter cetera derelinquit. Solius tui filij amore absorta: graditur sine sensu. Iam nihil odorant preter eum videt: nihil audit: nihil gustat: nihil: nihil breuiter sentit: vel cogitat: vt nisi ipsum: secum ipsa delitijs habundat: secum cubat: nimio eius inebriata dulcore amoris. Nec ideo mirum ē: si anima mea tuo dilecto filio sic adhesit: q: ipsa certe nisi esset lapide duriori ⁊ ferro in

sensibilior. Ex quo tot ⁊ tanta sibi contulit ⁊
confert continue natus tuus: aliter facere
nõ deberet: imo si aliquo modo contrariũ
facere atemptaret: omnibus ingrata ⁊ fa-
tua merito appareret: vbi. n. est sic durus
lapis: qui tanto ardoris amore non calefie-
ret: non scinderetur: imo qui nõ liquefieret
sicut cera. ¶ Quãto ergo magis creatura
sensibus seu sponsa igniretur ⁊ quasi tota
liquefieret pre amore: si a tali ⁊ tanto spon
so sibi fierent supradicta. Et ideo non con-
queror tibi de anima mea pater benigne.
Quia certe qd̃ debuit adimpleuit: sed de
tuo carissimo filio conqueror: in hac parte
q̄ eam ad se suis imensis benefitijs sic ale
xit: ⁊ me in tanta miseria dereliquit.

¶ Clementissimus deus pater respon-
det carni.

q Uia creatura mea es: tibi iu-
stitiam cum misericordia exhi-
bebo. Tu enim cum ancilla es-
ses: anime: tibi tanquã domine
a me date: semper tamen sibi dominari in
omnibus voluisti. Tu mala turpia ⁊ nefan
da semper egisti. Et animam tibi sociã hec
facere coegisti. Tu semp̱ male: superbe in
ordinate: ⁊ nequiter te habuisti. Et animaꝫ
non mihi sed tibi seruire fecisti. Tu cuncta
mala eam docuisti: ad singula peccata eam
pronaꝫ reddidisti: ⁊ ab omni ope bono eã
simpliciter prohibuisti: ⁊ nõ solum ad cun
cta scelera perpetranda eam turpiter incil
nasti. Sed q̄ peius est ipsam ad imaginem
meam creatam: seruituti diabolice misera
biliter subdidisti eaꝫ iumentis similem: im
mo viliorem ⁊ peiorem bestijs tu fecisti: eã
imondam fetidam ⁊ abhominabilem exhi
buisti: eam super omnẽ caliginem denigra
sti: ⁊ intantum breuiter tua superbia: vani
tate concupiscat: ⁊ ceterorum peccatoꝝ tur
pitudine eam vndiqꝫ tu fedasti. Ut creatu
ram meam tam nobilem ad similitudinem
meam factam cognoscere penitus non va-
lerem. Quia igitur ipsa anima iã mihi fa-
cta dissimilis ex peccato: a meo amore sim
pliciter recesserat ⁊ nimio inordinato amo
re adheserat tibi carni: volui dilectum meũ
vnigenitum incarnari: vt sic carne indutus
facilius ⁊ conuenientius posset ipsam alli-
cere ad nixum ⁊ suum seruitium ⁊ amoreꝫ.
Et quia ipsa anima iam mortua erat: tibi
carni miserabiliter adherendo. Ideo vt vi
uificaretur volui dilectum filium meum in
carnatum pro ipsa flagellari crudeliter ⁊
occidi. Nec fuit in hoc aliqua fili mei cir-
cũuentio: sed mea suaqꝫ comendabilis di-
gnatio ⁊ ineffabilis dilectio charitatis. Et
quia tu caro animam a sue carnationis p̃n
cipio decipisti: ⁊ semper contraria ⁊ noci-
ua sibi intulisti: meus dilectus fili⁹ qui sum-
me eã semper dilexit: compatiens valde si
bi exhibuit se totum sibi: cum mirabili dul
cedine ⁊ amore: vt sic citius ⁊ plenius eam
merito alliceret ad seipsum. Ideo mea iu-
stitia exigit ⁊ requirit: vt animã qua semper
abusa fuisti dimittam ex nunc totam: ⁊ to-
taliter nato qui eam redemit: ornauit alle
xit ⁊ abluit suo sanguine precioso: qui eam
tanq̃ꝫ sponsam mirabiliter ditauit: ⁊ dota-
uit incorruptibili ⁊ extimabili thesauro io-
cunditatꝫ: pulchritudis: dulcednis ⁊ amo-
ris. Et id̃ dignũ ⁊ iustũ est: vt ipsa anima te
velud stercus abhorreat: despiciat: ⁊ contẽ
nat: atqꝫ merito cupiat ⁊ procuret te despi
ci ab oib⁹ in hoc mundo. Sꝫ q: tu a me in
p̃ncipio nõ solũ iustitiã sed ⁊ misericordiaꝫ
humiliter iplorasti: volo vt tu ⁊ in p̃nti illa
suauissima ⁊ admirabili dulcedine: quam
ipa aia in meo gustat filio aliqũ profunda
ris: ⁊ vltra hoc in futuro te dotabo: ⁊ si bñ
aie obedieris toto posse: Ex nũc nõ solũ a
pena eterna: sꝫ ⁊ purgatoria simplicit̃ te ab
soluo. Qui viuo in et̃nũ ⁊ secl'ꝫ secli. Amẽ.

¶ Explicit: Stimulus amoris sci Bona-
uenture Cardinalis ⁊ Epõ Albanensis.

¶ Diui Bonauenture de iesu christi
vita. Contemplatio.

Incipit prologus.

c

Christo confixus sum cru
ci verus dei cultor christi
qz discipulus. Qui salua
tori oium p se crucifixo p
fecte 9figurari desiderat
ad hoc potissimũ mentis attento conatu in
tendere debet: vt xpi iesu crucé circũferat
iugiter tam mente q̃z corpore: quatenus p
fatum apostoli verbũ veraciter possit in
semetipso sentire. Porro huiusmodi affe-
ctũ ꝛ sensum is dũtaxat apud se veraciter
experiri meretur: qui dominice passionis
non immemor nec ingratus laborem ꝛ dolo
rem amoréqz crucifixi iesu tanta memorie
viuacitate: tanto intellectus acumine: tanta
voluntatis caritate considerat qꝫ veraciter
illud sponte proferre potest eloquiũ. Fasci
culus mirre dilectus. ꝛc. Ut igit in nobis
accendatur affectus formetur cogitatus: i-
primatur memoria ex sacri euangelij silua
in qua de vita: passione ꝛ glorificatiõe chri
sti copiose tractatur colligere studui hunc
mirre faciculum: qué ex paucis correspon
dentibus sibi verbis compegi: ad haben-
dam facilitatem memorie: fouédáqz deuo
tionem: ex vera procedété fidei xpiane pu
ritate. Et quoniam imaginatio iuuat intel-
lectum: ideo ex multis pauca collegi: imagi
naui quãdam arboré. sic ordinaui atqz di-
sposui: vt imprima ꝛ infima ramorꝫ ipsius
expressione: saluatoris origo describatur: ꝛ
vita imediata passio: ꝛ glorificatio in sup-
prema. Et in prima quidem serie quattuor
astrĩnsecus secundum alphabeti ordinem
describuntur christo iesu insignitur atribu
ta. Similiter in secunda ꝛ tertia ex quorũ
quolibet instar fructus vnica pululatio p
cedet: vt sic sint quasi. xij. rami afferentes.
xij. fructus iusta misterium ligni vite. De-
scribe igitur in spiritu mentis tue arborem
quandam cuius radix irrigetur fonte sca-
turitionis perpetue: que etiam excrescat in
fluuium viuum ꝛ magnum: quattuor vide
licet capitum ad irrigandũ totius ecclesie
paradisum. Porro ex huius arboris stipi
te. xij. rami frondibus: floribus ꝛ fructibꝰ
adornati consurgant. Sitqz folium eius cõ
tra omne genus morbi medicamentũ effi-
cacissimũ: tam preseruaus q̃z reparans: p
eo qꝺ verbum crucis est virtus dei in sa-
lutem omni credenti. Flos autem sit om-
nis coloris formositate decorus omnisqz
odoris suauitate respersus: qui desideran-
tium anxia corda refocillet ꝛ attrahat: fru-
ctus tandem sit duodenus habens in se oẽ
delectamentũ ꝛ omnis saporis suauitatem
qui sic domesticis dei ad gestandum ppo
nitur vt semper consaciétur edentes vt ta
men nunq̃z fastidiant. Et hic quidem fru-
ctus est: qui de vtero virginali traxit origi
nem: ꝛ in ligno crucis ad maturitatem sapo
rosam per eterni solis calorem meridianũ
spiritussancti: videlicet caritaté peruenit: ꝛ
desiderantibus ipsiũ in amenitate spiritua
lis proponitur paradisi. verũ licet hic fru
ctus vnus sit: ꝛ indiuisus: qui tamen secun
dũ multiplices eius status dignitates: vir
tutes ꝛ opera multiformibus consolationi
bus deuotas: que ad duodenarium nume
rum reducuntur. ideo sub. xij. saporibus. i.
duodecim ramis rescribitur: vt in primo
ramusculo mens christo deuota saporem
suauitatis percipiat preclaram saluatoris
sui recogitando originem dulcemqz natiui
tatem. In secunda dignatiue condescensio
nis conuersationé per humilitatẽ. In ter
tio celsitudiné perfecte virtutis. In quarto
plenitudiné abũdatissime pietatis. In quĩ
to 9fidentiá quá habuit in piculo passiõis.
In sexto patientiam: quá exhibuit in illatis
iniurijs ꝛ contumelijs magnis. In septi-
mo constantiá quá seruauit in ipo cruciatu
ꝛ dolore aspime crucis. In octauo victoriá
quam assequtus est in conflictu ꝛ transi-

tis mortis. in nono rõnis nouitaté miris do tibus adoratá. in decimo ascensionis sublimitatem spiritualiũ charismatum diffusiuam. in vndecimo equitaté futuri iudicij. in duodecimo eternitatem diuini regni. Hos autẽ voco fructus: q2 sua multa suauitate delectant sua virtuositate confortant animam meditantem in his ꝛ diligentius singl'a ptractáté: si tamen exemplũ abhorreat preuaricationis ade: qui lignum sciencie boni ꝛ mali pretulit ligno vite: qd vitare non põt: nisi qui rationi fidem: inuestigationi deuotionem: curiositati simplicitatez. tandem omni carnali sensui ꝛ prudétie carnis sacram preferat christi crucé: per quaz spiritussancti charitas in cordibus deuotis nutrit: vt septiformis gr̃a diffundat: sicut ĩfra in duobus extremis versiculis postulat. dicat igit nõ sine deuotione: cordis ꝛ lachrymis.

¶ Cruce frutex saluific⁹ viuo fõte rigat⁹.
¶ Cuius flos aromatic⁹ fruct⁹ desiderat⁹.

Fructus primus.

¶ Jesus ꝓmissus pr̃ibus.
Preclaritas origis — Jesus ex deo genitus.
Jesus prefiguratus
Jesus emissus celitus
Jesus maria natus

Fructus secũdus.

¶ Jesus pro nobis natus
Hũilitas ꝯuersationis — Jesus cõformis patribus.
Jesus magis mõstratus.
Jesus submissus legibus.
Jesus regno fugatus

Fructus tertius.

¶ Jesus plenus virtutibus
Jesus bapa celicus
Celsitudo virtutis — Jesus hoste tentatus
Jesus signis mirificus
Jesus transfiguratus

Fructus quartus

¶ Jesus pati paratus
Plenitudo pietatꝫ — Jesus p astor sollicitus
Jesus plorans rigatus
Jesus orbi rex agnitus
Jesus panis sacratus

Fructus quintus.

¶ Jesus iudeis proditus
Confidentia i picul' — Jesus orans prostratus
Jesus turba circũdatus
Jesus vinculis ligatus
Jesus notis incognitus

Fructus sextus

¶ Jesus morte damnatus
Jesus vultu velatus
Patiétia in iniurijs — Jesus pilato traditus
Jesus morte dãnatus
Jesus spretus ab omnibus

Fructus septimus

¶ Jesus in cruce positus
Jesus cruci eleuatus
Cõstátia ĩ supplitijs — Jesus innctus latronibus
Jesus felle potatus
Jesus morte pallidus

Fructus octauus

¶ Jesus trãslanceatus
Jesus cruore madidus
Victoria ĩ ꝯflictu — Jesus agonizatus
Jesus de cruce positus
Jesus intumulatus

Fructus nonus

¶ Jesus victor fortissimus
Jesus triũphãs mortuus
Nouitas resurrectionis — Jesus surgens beatus
Jesus doctor precipuus
Jesus orbi prelatus

Fructus decimus

¶ Jesus sponsus ornatus
Jesus ducto: exercitus
Sublimitas ascensionis — Jesus celo leuatus
Jesus largitor spiritus
Jesus laxans reatus.

Fructus vndecimus

¶ Jesus iudex rectissimus
Jesus testis veridicus
Equitas iudicij — Jesus iudex iratus
Jesus victor magnificus
Jesus sponsus ornatus

Fructus duodecimus.

¶ Jesus finis optatus
Eternitas regni
Jesus rex regis filius
Jesus liber signatus
Jesus fontalis radius
Jesus finis optatus.

¶ Preclaritas originis fructus primus.

e Xpergiscere prouide anima deo deuota ⁊ singula que de iesu dicunt diligenter discute. Attende: considera ⁊ morose pertracta: ⁊ primũ h qd primo ponit.

¶ Jesus promissus patribus.

¶ Pater siquidem misericordiarũ: ⁊ deus totius cõsolatiõis sua dignatissime miseratiõis habũdantia ⁊ charitate infinita fidelibus patribus sub iureiurando promisit: q verbum suũ qd erat in principio deus apud deũ per qd facta sunt oĩa carni vniret humane: vt naturaliter ex mr̃e nasceret in tẽpore: qd ineffabiliter ex ipo deo pr̃e genitum est ⁊ in eternitate.

¶ Jesus de deo genitus.

¶ Quũ igitur audis iesum de deo genitũ caue ne mẽtis tue oculis infirmis aliqd carnalis generationis occurrat: quin potius colũbino ⁊ aquilino intuitu simpliciter crede ac perspicaciter cõtẽplare: q ab illa eterna luce simul imensa ⁊ simplicissima: fulgentissima ⁊ summe arcana: coeternus: coequalis ⁊ cõsubstãtialis splẽdor: exorit: qui est virtus ⁊ sapiẽtia generantis: in quo pr̃ disposuit oĩa ab eterno p quã fecit ⁊ secula factaq; gubernat ⁊ ordinat ad gl'iaz suam partim per naturã: partim per gratiã: partim per iustitiã: partim p misericordiã vt nihil in hoc mũdo inordinatũ relinquat: cum tñ circa generis humani salutẽ: ad cuius obsequiũ pene oĩa facta sunt spãlit sua puidẽtia videat intẽta. A principio nãq; nostre cõditiõis collatis. pmũ in paradiso parẽtibus pmis: dehinc per esum ligni vetiti per diuini decreti seueritatẽ expulsis: supna misericordia nõ distulit hoĩez curabũdũ ad viam penitẽtie reuocare: spem venie dando per pmissum saluatoris aduẽtũ.

¶ Jesus prefiguratus.

¶ Et ne forte per ignorãtiã ⁊ ingratitudinem tanta dei dignatio nostre saluti foret inefficax in qnq; huius seculi etatibus: per patriarchas: iudices: sacerdotes: reges: ⁊ pphetas: ab Abel iusto vsq; ad Joãnem baptistam filij sui aduentũ prenũciare: premittere ac prefigurare nõ destitit: vt p multa curricula tẽpoꝝ ⁊ annoꝝ magis ⁊ magis multiplicatis oraculis ⁊ intelligẽtias nostras ad fidem erigeret ⁊ affectus per pia desideria inflãmaret.

¶ Jesus emissus celitus.

¶ Postq̃ autẽ venit plenitudo temporis: sicut homo sexta die conditus ẽ de terra p diuine manus virtutẽ ⁊ sapientiã: sic in principio sexte etatis: misso archãgelo gabriele ad virginẽ ⁊ virgine illi prebente assensum superuenit in eam spiritus sanctus sicut ignis diuinus mentẽ inflamãs carnẽq; ipsius perfectissima puritate sanctificans: sed ⁊ virtus eam obũbrauit altissimi: vt tãtũ ferre posset ardorẽ qua operante in ea fuit corpus formatum: aĩa creata ⁊ simul vtrũq; diuinitas in psona filij cõiuncta vt idẽ eẽt deus ⁊ hõ: salua vtriusq; pprietate nãe. O si valeres vtrũq; sentire qliter quãtũq; fuerit illud e celo imissuz incẽdiũ: coilatũ refrigeriũ: ifusuz solatiũ. Quãta sublimatio virgis mr̃is. Quãta nobilitatio humani generis. Quãta condescensio maiestatis. Si virginẽ cantantẽ cũ iubilo posses audire: si cũ dñã in montana cõscendere: si sterilis ⁊ virginis suauem intueri cõplexũ ⁊ salutationis officiũ: in quo seruulus dñz: pco iudicẽ: vox vbũ agnouit ⁊ salutauit: puto q canticũ illud sacrũ Magnificat: cũ beatissima virgine suaui deo modulatione cõcineres: mirũq; cõceptũ virgineum vna cũ propheta paruulo exultans ⁊ iubilans

adorares: deniqꝫ cum quietū silentiū vniuersalis pacis sub cesaris augusti imperio perturbata prius secula serenasset in tantū vt per ipsius edictum describeret vniuersus orbis: diuine factū est prouidentie cura: vt Joseph virginis sponsus pregnantē puellam de regali ortam prosapia: ad beth leemiticam duceret vrbem.

¶ Jesus maria natus.

Et a conceptu decursis nouem mensibus rex ille pacificus tanqꝫ sponsus de thalamo processit de vtero virginali: ꝛ sic absqꝫ vlla corruptione in lucem editus sicut fuerat absqꝫ omnis libidinis contagione conceptus. Qui cū magnus esset ꝛ diues: pro nobis factus est paruus ꝛ pauper. Extra domum in diuersoriū nasci elegit ꝛ panniculis inuolui: lacte virgineo pasci inter bouem ꝛ asinum in presepio reclinari. Tunc illuxit nobis dies redemptionis nostre: reparationis antique: felicitatis eterne. Tūc per totū mūdū melliflui facti sunt celi. Cōplectere itaqꝫ nunc o anima mea diuinum illud presepe: ꝛ pueri pedibus labia figas: ꝛ oscula gemines. Deinde pastorum excubias mente pertracta. Angelorum mirare concurrentē exercitum celesti melodie tuas interpone aures corde ꝛ ore decantans. Gloria in excelsis deo ꝛ in terra pax homi nibus bone voluntatis.

¶ Ramus secundus humilitas conuersationis. Fructus secundus. Jesus maria natus. ¶ Jesus cōformis patribus.

p Ropter nos itaqꝫ redimendos pcio sacratissimi sanguinis ꝛ īformādos exēplo pfecte hūilitatis paruulus nat⁹ ē ꝛ datus nobis. Octauo nāqꝫ die circōcidit puer ꝛ vocat iesus: et sanguinē nō tardās effundere pro te tuū saluatorē verissimū se ondat prib⁹ repromissuꝫ: tā vbo qꝫ signo eisqꝫ assimilatū per oīa preter ignorātiā: ꝛ peccatū: pter qđ ꝛ circūcisiōis accepit signaculū: sicut ēt veniēs apparuit in similitudinē carnis pcti: vt de pctō dānaret pctūm nobisqꝫ fieret salus ꝛ sempiterna iustitia: ab hūilitate sumēs initiū que oīuꝫ ē radix custosqꝫ virtutū. Quare igit supbis terra ꝛ cinis. Agn⁹ inocēs qui tollit pctā mūdi nō abhorret circūcisionis cauteriū: ꝛ tu peccator cū sis: dū ptēdis te iustū remediū fugis salutis eterne: ad quā puenire nullatenus vales: nisi velis subsequi humilem saluatorem.

¶ Jesus magis mōstratus.

Nato ēt dn̄o in bethleē inde stella magis in oriēte apparuit: que pclaros illos ꝛ magnificos viros vsqꝫ ad domū regis preuia claritate perduxit. Noli iā ꝛ tu ab illi⁹ oriētalis ꝛ pre cunctis stelle declinare fulgore: quin potius sacrorū regum comes effect⁹ iudeorꝫ scripturam xpo testimoniū perhibente accepta: fraudolenti regis deuitata malitia: cum auro: thure: ꝛ mirra deum regem vt verum deum ꝛ hominem venerare. Et cum primitijs gentium vocandaruꝫ ad fidem: humilem deum in cunis iacentem adora: confitere ꝛ lauda: vt sic in somnis commonitus ne herodianam secteris superbiam post vestigia humilis christi reuertaris in regionem tuam.

¶ Jesus submissus legibus.

¶ Nec sufficit mero humilitatis perfecte qꝫ dum esset patri per omnia equalis se subderet humilime virgini nisi ꝛ se subderet legi qtenus eos qui sub lege erant redimeret liberaretqꝫ a seruitute corruptionis in libertate scilicet glorie filiorum dei. Propter quod ꝛ matrem quāuis mundissimaꝫ legem purificationis voluit obseruare: ꝛ seipsum omnium redemptorem: vt primo genitū redimi in tēplo dei offerri ꝛ hostiā pro se dari beato sene ꝛ anna lōgeua pcedē i occursū mris puuli vincat verecūdiā amor

timorem depellat affectus. Accipias ⁊ tu infantem in vlnas tuas: dicasq́ꝫ cum sponsa. Tenui eum nec dimittam. Tripudia cum illo sene ⁊ confert: nunc dimittis tu do. ⁊c̄. Quoniam autem humilitas trium dignoscitur adornari comitatu virtutum. s. paupertatis in fugiendo diuitias ⁊ fomenta superbie: patientie vero in iniqua perpessione cōtemptus. Obediētie quoqꝫ in alienis parendo mandatis.

¶ Jesus regno fugatus.

¶ Ideo diuina dispositione altiori permittente consilio: dū herodes impius paruulū regē querit vt perdat: superne reuelatiōis oraculo in egiptū transfert vt peregrinus ⁊ pauper: simulqꝫ in ipsius coetaneis paruulis ipsius causa occisis: occidit ⁊ quasi in quolibet trucidat. Eandem herode defuncto iuxta diuinū iperium reducitur in terram iuda. Ibiqꝫ conuersatus ⁊ crescēs etate ⁊ gratia cohabitauit: parētibꝰ adeo erat subditus: vt nunq̄ꝫ vel ad modicum secederet: nisi cuꝫ vndecim esset annorum remansit in ierusalem non sine multo matris dolore quesitus nec imenso gaudio reinuētus. Noli ergo ⁊ tu fugientem in egyptuꝫ matrē ⁊ paruulum sine comitatu relinquere. Noli cum dilecta querente dilectū donec inuenias ab inquisitione cessare. O cū quanta copia lachryme fluerent: si oculis pijs aspiceres tam venerabilem dominam gratiosissimamqꝫ puellam cum tam tenero ⁊ formoso infantulo peregrinare. Si ēt illam dulcem increpationem amantissime dei genetricis audires. Fili quid fecisti nobis sic: tanq̄ꝫ si diceret: desideratissime fili: quomodo tam dilecte ⁊ diligenti matri tantam potuisti materiā prestare doloris.

¶ Ramus tertius. Celsitudo virtutis fructus. iij. Jesus plenꝰ virtutibus.

D ei quoqꝫ virtus ⁊ sapiētia christus iesus lꝫ ratione carnis assūpte cerneret infirmus: cūctis tamen plēnus virtuosis habitibꝰ: vt illos ostēderet patenter apud se ac liberaliter tanq̄ꝫ caput in mēbra diffunderet.

¶ Jesus bapa celicus.

¶ Cūqꝫ iam etatis trigesimum attigisset nostram cupiens operari salutem: cepit p̊ facere q̄ꝫ docere. Et primum inchoans a ianua ⁊ fundamento virtutum baptizari voluit a Joanne: vt exemplum monstraret perfecte iustitie: ⁊ vim regeneratiuam aqs conferret ꝯtactu mundissime carnis sue. Quē ⁊ tu comitare ac iam regeneratus in xp̄o eius sectare secreta: vt secus iordanem in voce patrem: in carne filium: in colūba videas spiritū sanctū. Aperto tibi iam trinitatis celo sursum feraris in deuꝫ.

¶ Jesus hoste tentatus.

Ductus insuper fuit in desertū a spiritu. Ut tentaretur a diabolo: quatenꝰ ⁊ hostilis pugne perpessione humili nos faceret humiles ⁊ victorie assecutione viriles. Duram quoqꝫ ac solitariam viā assumpsit vt fidelium mētes ad perfectionis aggressionē erigeret ⁊ ad grauia perferenda firmaret. Eia nunc anima christi deuota cum pio magistro solitudinis secreta perquire: vt socia ferarū effecta: archani silentij deuote oratiōis: diuturni ieiunij: trine conflictionis cum calido hoste imitatrix fias ⁊ particeps. Et in omnium tentationum discrimine ad illum discas habere recursuꝫ pro eo ꝙ nō habemꝰ pontificem: qui non possit compati infirmitatibus nostris tentatū per oia pro similitudine absqꝫ peccato. Etenim in quo tentatus ⁊ passus ē: potens est: etiam his qui tentant auxiliari.

¶ Jesus signis mirificus.

¶ Ipse nempe est qui facit mirabilia magna solus, dum elementa imutat: panes multiplicat: mare calcat: fluctusqꝫ trāquillat: demones cōpescit ⁊ fugat: languidos sanat: leprosos mundat: ⁊ mortuos suscitat. Qui cecis visum: surdis auditū: mutis eloquiū:

claudis gressum: paraliticis ꝛ aridis ꝛ sensum restaurat: ꝛ motum: ad quem peccatrix ꝯsciencia clamat nunc more fidelis leprosi. Domine si vis potes me mundare: nunc more centurionis. Dñe puer meus iacet in domo paraliticus: ꝛ male torquet: nũc more chananee. Miserere mei fili david: nunc more sanguiflue mulieris. Si tetigero fimbriam vestimenti eius salua ero: nunc marie ꝛ marthe. Domine ecce quez amas infirmat: nunc cũ propheta fidenter exclamat. Sana me dñe ꝛ sanabor saluum me fac ꝛ saluus ero. Porro quia salus nostra in virtutibus inchoat gratuitis: ꝛ conuersatur in dotibus gloriosis. Ideo ad cõfirmandã: ꝛ sublimandã mentẽ humanam per spem retributionis eterne.

¶ Jesus transfiguratus.

¶ In montẽ excelsum seorsum assumpsit iesus petrũ ꝛ iacobũ ꝛ fratrẽ eius Johannem: quibus ꝛ trinitatis sacramentum aperuit: ꝛ passionis predixit ꝛ resurrectionis future: gloriã in transfiguratione monstrauit contestantibus sibi lege: ꝛ prophetis in apparitione Moysi ꝛ helie: ꝛ contestantibus etiã patre ꝛ spũsancto i voce: ꝛ nube. Et sic anima christi igne caritatis accensa: ꝛ iam in veritate firma ad apicem virtutis eleuata: vt illius suauitate vocis exultet. Hic est filius meus dilectus i quo mihi bene complacui: dicat cum petro. Dñe bonũ est nos hic esse. i. in tue contẽplationis perfruitione serena. Immissoq; in eũ celico sopore audiat archana verba: que non licet homini loqui.

¶ Ramus quartus. Plenitudo pietatis. Fructus quartus Jesus pati paratus.

V Erũ quidem: q2 magnus dominus noster: ꝛ magna virtus: ꝛ miseratiões eius super omnia opera eius. Quanta nãq; fuit pijssimi pastoris ad oues pditas solicitudinis cura. quantaq; clementia ipse bonus pastor in parabola pastoris et ouis centessime perdite multaq; cura que site ac tandem inuente: ꝛ humeris reportate cum gaudio: pia methaphora indicat.

¶ Jesus pastor sollicitus.

¶ Et sermone expresso aperte declarat cũ dicit. Bonus pastor animã suã dat p ouibus suis. Nam ppter hoc labores: lassitudines ꝛ inedias passus inter phariseoꝝ insidias ꝛ pericula multa euangelizando regnũ dei ciuitates circuibat ꝛ castra: noctes ducebat in oratione puigiles: phariseorum virtus murmurauit scandalũ: publicanis se reddebat affabilem asserens se propter male habentes venisse in mundũ. Ad penitentes quoq; paternũ pretendebat affectum: seipm eis exhibẽdo propitiũ: vt aperte illis ostenderet diuine misericordie sinũ. Testes hoꝝ in voco: ꝛ adduco in mediũ. Mattheũ ꝛ zacheum: peccatricem illam ad pedes prostratem: ꝛ mulierẽ in adulterio deprehensam. Nunc igit pastorem pijssimũ more Matthei perfecte sectare: cum zacheo hospitio suscipe: cum peccatrice vnguento perunge pedes ipsius: ablue lachrimis: capillis exterge: ꝛ osculis mulce ꝛ tandem cũ illa muliere iudicio ipsius exposita: sententiã absolutionis merearis audire nemo te condẽnauit mulier: nec ego te cõdemnabo. vade ꝛ amplius noli peccare.

¶ Jesus fletu rigatus.

¶ Pro summe quoq; pietatis reseruanda dulcedine: fons totius misericordie bonus Jesus non modo pro nobis miseris semel sed pluries fleuit. Nam super Lazaruz primo: de hinc super ciuitatẽ ꝛ tandem in cruce ex illis pijssimis oculis ad omnium expiationem peccaminũ: lachrimarũ manauere fluenta. Fleuit enim saluator nobiscũ nunc humane infirmitatis deplorando miseriam: nunc ceci cordis caliginem: nũc obdurate malitie prauitatem. O cor durũ vesanum: ꝛ impium ꝛ tanq̃ vera priuatum

vita plangendũ. Cũ more frenetici: flente
super te sapientia patris in tantis miserijs
letaris ⁊ rides. Cõsidera medicũ tuũ ⁊ lu
ctum vnigeniti fac: assũmeq; tibi planctu;
amarũ. Deduc quasi torrentẽ lachrimas
per diẽ ⁊ noctẽ non des requiẽ tibi nec ta
ceat pupilla tui oculi.

¶ Jesus rex orbi agnitus.

¶ Sane per lazarũ resuscitatũ effusu; ala
bastruni vnguenti sup caput iesu odore fa
me eius iam resperso in populo: presciens
ipse turbam sibi obuia fore venturã ꝯscen
dit assellu;: vt inter applausus cõcurrentiũ
populoꝝ cedentiũ ramos: ⁊ sternentiũ ve
stimẽta in via mire ꝓberet humilitatis ex
emplũ. Nec fue miserationis oblitus cum
turbe depromerent canticũ laudis: ipse la-
mentũ assumpsit super excidium ciuitatis
Surge nunc saluatoris ancilla: vt tãq; vna
de filiabus hierusalem intuearis regẽ salo
monẽ in honore quem sibi mater sinago-
ga in ecclesie nascentis misteriũ reuerenter
exhibuit: quaten⁹ insedẽtẽ aselli tergo celi
terreq; dominũ velut cũ ramis oliuarum
atq; palmarũ pietatis operibus virtutum
triumphis iugiter cõmitteris.

¶ Jesus panis sacratus.

¶ Attẽde preterea ꝙ inter omnia memo
rialia caritatiue dulcedinis christi precipua
recordatione constat esse dignissimum fra
ternale illud ꝯuiuiũ sanctissime cene ĩ quo
nõ solum agnus paschalis ad edendũ ꝓpo
nitur: verũ etiã agnus immaculatus: qui tol-
lit peccata mundi: sub spẽ panis. omne de-
lectamentũ habentis: ⁊ oĩs suauitatẽ sapo
ris prebet in cibũ. In quo quidem conui-
uio mira xp̃i refulsit bonitatis dulcedo: qñ
cum illis pauperculis discipulis ⁊ iuda pro
ditore eadẽ mẽsa: ⁊ scutella cenauit. Mirꝝ
claruit humilitatis exẽplũ dũ piscatoꝝ pe-
des ⁊ proditoris sui rex glorie precinct⁹ lin
teo studiosissime lauit. Mira patuit mu-
nificentie largitas dũ sacerdotibus illis pri
mis ⁊ postmodũ toti ecclesie: ⁊ orbi terra
rum corpus suũ sacratissimum ⁊ sanguinẽ
verum in cibum dedit ⁊ potũ: vt qd erat
facturum in proximo sacrificiũ deo placẽs
⁊ redemptionis nostre inpreciabile ꝓciu;
esset viaticum ⁊ sustentamentũ. Mirum
tandẽ emicuit dilectionis excessus. quãdo
in finem diligens suos: tam dulci eos ex-
ortatione confortauit in bono petrum spe
cialiter premonens ad fidei robur: ⁊ Jo-
hanni offerens pectus ad recubitum io-
cundũ ⁊ sacrũ. O q̃; mira sunt hec om-
nia repleta dulcedine: illi dũtaxat aĩe: que
ad tam celebre vocata conuiuiũ mẽtis cur
rit ardore vt possit eructare propheticum
illud. Quẽadmodũ desiderat ceruus ad fõ
tes aquarum ita desiderat anima mea ad
te deus.

¶ Ramus quintus. Confidentia in pe
riculis. Fructus quintus Jesus iudeis pro
ditus.

p

Assionem xp̃i iesu pie ꝯsidera
re volenti primũ occurrit ꝑfi-
dia ꝓditoris: qui tante fraudis
veneno: tãteq; malignitatis re
pletus est malitia: vt magistrũ
⁊ dñm proderet: tãta cupiditatis flãma suc
census: vt oĩum deũ argento venũdaret: ⁊
preciosissimũ xp̃; vilis mercedis precio cõ
pensaret. tante deniq; ingratitudinis: vt
eũ qui sibi oĩa cõmiserat: ⁊ ad culmen apo
stolici honoris prouexerat venũdaretur ad
mortẽ ex quo tam durã ⁊ dirã peruersi ꝓ
po siti obstinationẽ incurrit: vt nec familia
ritate cõtubernij: nec humilitate obsequij
nec osculi mulcebritate a concepta malitia
potuit reuocari. O mira benignitas ma-
gistri in discipulũ dũꝝ pij domini in seruũ
nequissimũ. Certe bonũ esset ei si natus ñ
fuisset homo ille: verũ licet inexplicabilis
fuerit impietas immẽsu tamẽ exẽplum da
tur mortalibus ad illata; pro bonis iniuriã
perferendam: vt iam non dicat ab inimico

exasperata humana infirmitas. Si inimi-
cus meus maledixisset mihi. ⁊c. Quia ec-
ce homo vnanimis: qui dux videbatur: et
notus: qui eius panes edebat ⁊ in sacra il-
la cena dulces cum ipso cibos accepat ma
gnificabat super eum supplantationē: ⁊ ta
men agnus ipse mitissimus: in quo dolus
non est inuentus: ori: qd̄ abundauit malitia
ipsa proditionis hora: os suaui osculo appli
care nō renuit: vt omnia illi exhiberet: que
praui cordis pertinaciā emoliri potuissent.

Jesus orans prostratus.

Igitur hora proditionis instante: sciens
Jesus omnia que super eum ventura erāt
sm̄ altissime dispositiōis archanū: hymno
dicto exijt in montem oliuarum more soli-
to oraturus ad patrem. ⁊ tunc precipue iā
mortis instante agone cum dispositione ac
desolatione ouium: qua pius pastor tenero
complexabatur affectu fuit tamen horribi-
lis in natura xp̄i passibili in agonia mor-
tis: vt diceret. Pater si fieri potest trāseat
a me calix iste. Quanta vero fuerit in spi-
ritu redemptoris in diuersis causis: anxie-
tas: testes sunt gutte sudoris sanguinei de-
currentis in terram. Dominator domine
iesu vnde anime tue: tam vehemens anxie
tas: ⁊ anxia supplicatio. Nōne omnino vo
luntariū deo patri sacrificium obtulisti: ve
rum vt veram in te credentes naturā no-
stre mortalitatis firmares ad fidem ⁊ in tri
bulationū ppessione cōsimili erigeremur.
ad spem: ⁊ maioris erga te amoris stimu-
los haberemus naturalē carnis infirmita
tē huiusmodi expressisti euidentibus signis
quibus docemur: ꝙ vere dolores nostros
pertuleris ⁊ non absq; doloris sensu degu
staueris amaritudines passionum.

Jesus turba circundatus.

Sane quoq; promptus ad passionem
spiritus fuerit in iesu ex hoc euidenter in-
notuit. ꝙ venientibus vna cum proditore
viris sanguinum ⁊ querentibus animam
eius cum fustibus lāternis: ⁊ armis per no
ctem vltro occurrit: ⁊ seipsū manifestauit
⁊ obtulit. Et vt cognosceretur humana p̄-
sumptio: nihil posse aduersus eū: nisi quan
tum ipse permitteret omnipotentis virtu-
tis sue verbo satellites terruit. Sed nec tūc
misericordiā suā in ira continuit: nec pieta-
tis dulcedinē fauus distillare cessauit. Nā
⁊ auriculam a discipulo mutillatā serui pro
terui: manus sue contactu sanauit ⁊ defen-
soris telū ab inuadentiū lesione ꝯpescuit.
Maledictus furor eorū: quia pertinax: dū
nec maiestatis miraculo: nec pietatis bene
ficio potuit refrenari.

Jesus vinculis ligatus.

Porro quis sine gemitu audire possit
qualiter illa hora homicidas manus ī regē
glorie iniecerunt truculenti lictores: ⁊ inno
centes manus mittis iesu vinculis cōstrin-
gentes: ipsum agnum mansuetissimū non
obloquentem ad instar latronis traxerunt
ad victimā. Quis etiam doloris aculeus di-
scipulorū corda penetrauit: dū viderāt dul-
cissimū magistrum ⁊ dominum a discipu-
lo suo traditum: ligatis post tergum mani-
bus quasi malefactorem duci ad mortem.
Cum ⁊ ille impijssimus iudas penitentia
ductus tanta postmodū ex hoc fuerit ama
ritudine repletus: vt maluerit mori q̄ viue
re: vhe tamē homini illi: qui nec sic ad fon
tem misericordie pro spe venie redijt: sed p
prij sceleris immanitate perterritus despe
rauit. Non huius prodtoris perfidiam:
quin potius apostolorum principis sectare
penitentiam anima que peccasti.

Jesus notis incognitus.

Petrus namq; securus est a lōge vsq;
ad atrium principis sacerdotum: ad vocē
ancille se christum nosse negauit cum iu-
ramento terq; repetijt donec gallo can-
tante respexit pius magister predile-
ctum discipulum respectu miserationis:
et gratie. Quo compunctus Petrus

foras egressus fleuit amare. O quisqs es qui ad vocem ancille petentis.s.carnis tue christũ negasti peccaciter. vel voce: vel actu rememorans passionem dilectissimi magistri: foras cũ petro egredere: vt cũ eo ipsuz amarissime defleas. si quo modo te respiciat: qui petrum lachrimanté respexit. Gemine quoqz amaritudinis.s. compunctionis pro te: compassionis ad christuz inebrieris absinthio: vt expiat⁹ cum petro a reatu sceleris: repléaris cum petro spiritu sanctitatis.

¶ Ramus sextus. Patientia in iniurijs. Fructus sextus Jesus morte dánat⁹.

Concilio deinde malignantium pontificum presentatus pontifex noster Jesus xps ⁊ veritatem confessus se videlicet filiũ dei quasi pro blasphemia adiudicatus est morti ⁊ innumera ppessus obprobria. Nam vultus ille venerabilis senibus: desiderabilis angelis: qui etiá omnes celos adimplet leticia a polutoꝝ labiorum sputis inquinatus: ab impijs ⁊ sacrilegis manibus ceditur.

Jesus vultu vellatus.

¶ Vello inderisionez detegitur ⁊ vniuerse creature: tanqz seruus cótemptibilis colaphizat cum ille: vultu placidissimo ⁊ submisso sermone vnũ ex seruis pontificis dátem alapam vere blandeqz corripuit. Si male inquit locutus sum testimoniũ phibe de malo. si aũt bene cur me cedis. Querar ⁊ pie Jesu: que naz aia tibi deuota hoc cernens ⁊ audiens: valeat se a lachrimis continere ⁊ in terne cópassionis occultare dolorem: dũ simul aduertit ⁊ ꝯsiderat agniná tue tollerabilitatis mansuetudiné: ⁊ leoninam atrocitatis iudaice feritaté. Horréda prorsus iudeoꝝ impietas: que tantis iniurijs saciari non poterat.

¶ Jesus pilato traditus.

¶ Quĩ potius ferali rabie fremés impio iudici tanqz rabido cani aiam. iusti deglutiendam exposuit vinctũ.n.iesum ante faciem pilati perducere pontifices: postulantes interimi supplicio crucis eum: qui non nouerat oino peccatum. Ipse vero tanqz agnus coram tondente se ante iudicé mansuetus stabat ⁊ tacitus cũ fallaces ⁊ impij falsoꝝ criminũ molle obiecta tumultuosis acclamationibus auctorem vite petunt ad morté: ⁊ virũ homicidam sediciosumqz latronem seruát ad vitá: lupum agno: morté vite: luci tenebras tam stulte preferétes qz impie. Dulcis iesu quis tam durus ⁊ impius: vt clamores illos horribiles: tolle tolle crucifige eũ: sine genitu ⁊ clamore spũs aure corporis valeret audire seu mente tractare.

¶ Jesu morte damnatus.

¶ Verum qzuis non ignoraret pilatus iudaicem genté aduersus iesum: non iusticie sed inuidie zelo cómotá. cũ patenter asseréret: nullá se in eo cám ad morté inuenire vel modicá. timore tñ humano deuict⁹ repleuit amaritudinib⁹ aiam eius ⁊ pijssimũ regé crudelis tiráni herodis vz iudicio subdidit: qué ⁊ ludibrio habitũ ⁊ ad se remissũ crudeliori mádato nudũ i ꝯspectu iudeorũ astare pcepit: et atrocissimis vberibus virgineá illá carné ⁊ candidissimá flagellatores truculéti diuellarent: plagas plagis liuoré liuorib⁹ infligéts. Defluit ille ságuis pciosissimus p illa sacra latera inocentis ⁊ amátissimi iuuenis nullo prsus in eo repto reatu. Et tu pdite hõ toti⁹ ꝯfusionis cá huius: ⁊ ꝯtétiõis existés: quõ infletũ foras nõ erũpis. Ecce inocentissimus agn⁹: vt te a sñia iuste dánationis eripet: iniusto p te elegit iudicio ꝯdénari. Ecce qđ nõ rapuit tunc exoluit. Et tu aia mea neqz ⁊ ipia nec deuotionis exoluis gratitudiné nec cópassionis rependis affectum.

¶ Jesus spretus ab omnibus.

¶ Postqz aũt pilatus adiudicauerat im-

pioꝝ vota compleri:non ſufficit militibus illis ſacrilegis ſaluatoꝛem crucifigere: niſi pꝛius ⁊ ipſi illuſionibus replerent animaꝫ eius. Nam congregata in pꝛetoꝛiũ vniuerſa cohoꝛte exuentes eũ veſtibus ſuis ⁊ tunica induentes coccinea clamidem illi circũdedere purpuream ⁊ coꝛona ſpinea impoſita capiti:⁊ arundine in dextera manu irriſoꝛie genuflectebant ⁊ alapas dabant ⁊ expuentes in eum ſacrũ illud caput arundine percutiebant. Attende nũc humani coꝛdis ſuperbia:que obpꝛobꝛia refugis:⁊ ad honoꝛes aſpiras. Quis eſt iſte:qui ingreditur habẽs imaginẽ quaſi regis:⁊ nihilo minus ſerui deſpectiſſimi cõfuſione repletus. Ipſe eſt rex tuus ⁊ deus:qui quaſi vir lepꝛoſus:⁊ nouiſſimus viroꝝ eſtimatus ẽ: vt te ab eterna confuſiõe ⁊ ſuperbie peſte ſanaret:vhe igitur his ſemel: ⁊ vhe iteruꝫ qui poſt tam preclarũ humilitatis ſpeculũ ſuperbia tolluntur in altũ rurſus oſtentaui habentes filiũ dei. Quẽ tanto amplius ab omnibus exhibenda omni conſtat honoꝛificentia digniſſimũ:quanto magis pꝛo hominibus indigna ſuſtinuit.

¶ Ramus ſeptimus. Cõſtantia in cruciatu. Fructus ſeptimus Jeſus in cruce poſitus.

Aciatis iam impijs de obpꝛobꝛijs manſuetiſſimi regis:rur-
s ſus rex nr̃ veſtibus ſuis induit denuo exuendus:⁊ baiulans ſibi crucem pducitur ad caluarie locũ. Ibi totus exutus. vili dũtaxat circũtectus renes ſudario:⁊ ſuper lignũ crucis dire puectus:expaſſus pꝛotẽſus:⁊ tractus ⁊ in pellis modum hincinde extenſus clauoꝝ perfoꝛatur aculeis: manib⁹ ſacris ⁊ pedibus cruci affixis:⁊ duriſſime ſauciatis:veſtes quoqꝫ eius dantur ĩ pꝛedã:⁊ diuiduntur in partes:tunica in cõſutili in diuiſa:per ſortes tranſeunte in vnũ vide nũc oĩa mea quo Jeſus:qui eſt ſuper oĩa bñdictus deus ab imo pedis vſqꝫ ad verticem totus in aquas paſſionis demergit: vt te totũ de illis extraheret. Intrauerunt aque vſqꝫ ad aĩam eius. Coꝛonatur eteniꝫ ſpinis ſub crucis honere doꝛſum curuare iubetur ⁊ ſuã ipſius poꝛtare ignominiam. Et ad locum:ductus ſupplicij veſte nudat ⁊ ex flagelloꝝ ictibus per doꝛſum ⁊ latera carnis patefactis liuoꝛibus atqꝫ ſciſſuris videret quaſi lepꝛoſus. Et hinc clauis circũfoſſus apparet dilectus tu⁹ ppter te ſanandam ꝯciſus vulnere ſuper vulnus. Quis mihi det vt veniat peticio mea ⁊ qđ expecto tribuat mihi deus:vt totus tã mente q̃ꝫ coꝛpoꝛe carne tranſfodiar:⁊ affigar patibulo cum dilecto.

¶ Jeſus cruci eleuatus.

¶ Ad confuſiõis quoqꝫ ignominioſe ꝑdecoꝛis ac doloꝛis augmentũ. Innocẽs agn⁹ extra poꝛtam in loco punitionis ſceleratorũ in die ſolẽni hoꝛa meridiana in medio latronũ ſuper crucẽ quaſi ad ſpectaculum eleuatur flentibus amicis ⁊ inſultantibus aduerſarijs. Et qui aſtabant inferrebãt cõuitia dicentes. ꝙ alios ſaluos feciſſet:nunc ſeipſum ſaluare nõ poſſet. Sꝫ ab irriſione huius:latronũ alter nequaq̃ꝫ abſtinuit. cuꝫ tñ mitiſſimus agn⁹ ⁊ p crucifixoꝛibus ⁊ irridẽtibus pietatis dulcedine interpellaret ad patrẽ:ꝯfitenti ac ſupplicãti latroni liberaliſſima caritate repꝛomitteret paradiſũ. O verbũ totius dulcoꝛis ⁊ venie:pr̃ ignoſce illis:q: neſciũt q̇d faciũt. O verbũ toti⁹ amoꝛis ⁊ gr̃e. Hodie mecũ eris in paradiſo. Reſpira nũc in ſpe venie aĩa q̃ztũcũqꝫ peccatrix ſi tñ dñi tui ſeq̇ veſtigia ñ abhoꝛreas:qui in oĩbus ꝑſuris ſuis nec ſemel os ſuũ apuit:vt aut q̇rele aut excuſatiõis:aut maledictionis ſmonẽ aduerſus maledicos illos canes vel leuiter diceret:quinpotius noue bñdictõis ꝟbũ. quale a ſecul' nõ ẽ auditũ ſup inimicos ſuos ex habũdãtia caritatis effudit. Dic ergo cum multa fiducia.

Miserere mei dñe deus miſere mei. qm̃
ĩ te ꝯfidit aĩa mea ſi forte more latronis au
dire merearis ĩ mortis articulo: hodie me
cum eris in paradiſo.

¶ Jeſus iunctus latronibus.

¶ Poſtea ſciens Jeſus q: oĩa iam cõſu-
mata ſũt vt ꝯſumaret ſcriptura dixit ſitio.
Et acetoſo ⁊ felleo poculo ſibi cum ſpõgia
porrecto Johãne qui preſens fuit atteſtãte
ſubintulit. Conſumatũ eſt. Tanq̃ȝ ſi in gu-
ſtu aceti ⁊ fellis totius amariſſime paſſio
nis ꝯſumata plenitudo ꝯſiſteret. Nam cũ
per guſtũ ligni ſuauis ⁊ vetiti: totius nr̃e ꝑ
ditionis cauſa extiterit ꝑuaricatio ade: op-
timũ fuit ⁊ ꝯgruũȝ per viã ꝯtrariã ſalutis
noſtre inueniri remediũ. Cũ etiã in ſingu
lis mẽbris ſaluatoris noſtri acutiſſimarum
paſſionũ mulctantes ſagitte crebreſcerent
que indigne ebiberant ſpm̃ eius decebat:
vt os ⁊ lingua cibi vbiq̃ȝ vehicula neq̃q̃ȝ
remanerent in munes: vt verificaret: illud
ꝓpheticũ in medico noſtro. Repleuit me
amaritudinibꝰ ⁊ inebriauit me abſinthio.
Memor igit̃ eſto ⁊ tu imago dei ꝑ eſum
ligni vetiti in adã deformata ⁊ perdita: pau
pertatis: tranſgreſſionis abſinthij: ⁊ fellis
que pro te deus tuus in cruce guſtauit: vt
amare compũctionis ⁊ cõpaſſionis pocu-
lo cõpleant viſcera tua atq̃ȝ dicere valeas
cũ ꝓpheta. Memoria memor ero ⁊ tabe
ſcet in me anima mea.

¶ Jeſus felle potatus.

¶ Deniq̃ȝ cũ agnus inocens: qui eſt ve-
re iuſticie ſol triũ horaꝝ ſpacio pependiſſȝ
in cruce ⁊ eodem tp̃e ſol iſte viſibilis facto
ri ſuo cõpatiens lucis ſue radios occultaſ-
ſet iam oĩbus ꝯſumatis: fons ipſe vite ſic-
catus hora nona dum deus ẽt hõ Ieſus cũ
lachrimis ⁊ clamore valido ad miſeratiõis
manifeſtandũ affectũ ⁊ diuinitatis declarã
dam potentiã ſpũm in manus patris recõ
mendãs expirauit vellũ templi ſciſſum eſt
a ſũmo vſq̃ȝ deorſum terra mota eſt: petre
ſciſſe ſunt ⁊ monumenta aperta. Tunc ip̃e
centurio deũ verũ ipſum agnouit. Tũc qui
ad ſpectaculũ inſultari ꝯuenerant reuerte-
bant percutientes pectora ſua. Tũc formo
ſus pre filijs hominũ calligantibus oculis.
⁊ pallentibus genis pre filijs hominũ de-
formis apparuit factus holocauſtũ ſuauiſſi
mi odoris in conſpectu pr̃ne glorie. vt auer
teret iram ſuam a nobis. Reſpice ergo do
mine ſancte pater de ſanctuario tuo ⁊ d̕ ex
celſo celoꝝ habitaculo. Reſpice inq̃ȝ in fa
ciem xp̃i tui. Reſpice hanc ſacratiſſimam
hoſtiam: quã tibi offert pontifex noſter ꝑ
peccatis noſtris. ⁊ eſto placabilis ſuper ne
quitia populi tui. Conſidera ⁊ tu hõ redẽ
pte quis. qualis: quantus qui pro te pẽdet
in cruce: cuius mors viuificat mortuos.
Cuiuſq̃ȝ tranſitũ celũ luget: ⁊ terra tremit
⁊ lapides duri quaſi naturali compaſſione
ſcindunt. O cor humanũ oĩ lapidũ duricia
durius: ad tãti rememoratioñe piaculi: nec
terrore concuteris: nec cõpaſſione confice
ris: nec compũctione ſcinderis: nec pieta-
te moliris.

¶ Ramus octauus: victoria in confli-
ctu. Fructus octauus. Jeſus trãſlanceatꝰ.

p

Oro vt de latere xp̃i dormien
tis in cruce formaret eccleſia ⁊
ſcriptura impleretur: que dicit
videbũt in quẽ tranſfixerũt di
uina eſt ordinatione indultum:
vt vnus militũ lancea latus eius ſacrũ ape
riendo perforaret. Quatenus ſanguinẽ cũ
aqua manante preciũ effunderet nr̃e ſalu-
tis. Qd̕ .ſ. cordis archano perfuſum: vim
daret ſacramentis eccleſie ad vitã gr̃e con
ferendã eſſetq̃ȝ iã in xp̃o viuenti poculum
fontis viui ſalientis in vitã eternã. Ecce iaȝ
nũc lancea a ſaulis perfidia populi. ſ. iudai
ci deprobati caſſo vulnere in parietẽ diuia
miſeratione prolata foramen fecit in petra
⁊ cauernã in maceria tanq̃ȝ habitaculũ co
lũbinũ. Surge igit̃ amica xp̃i eſto ſicut co

suba nidificans in summo ore foraminis ibi
vt passer inuenies domū: vigilare non ces
ses ibi tanq̄ turtur casti amoris pullos ab
sconde. Ibi os appone: vt haurias aquas
de fontibus saluatoris. Hic est fons egre-
diens de medio paradisi: qui in quattuor
diuisus capita in corda deuota diffusus: fe
cundat & irrigat vniuersam terrā cordium
humanorum. per quatuor elementa mūdi.
Cruentatus.

¶ Jesus cruore madidus.

¶ Dominus Jesus sanguine proprio: pri
mi sudoris de hinc flagellis: & aculeis: post
clauis & tandē lancea copiose effuso: vt eēt
apud deū copiosa redemptio: vestē pontifi
calē habuit rubricatā: quaten⁹ vere rubrū
appareat vestimentū ipsius & vestimenta
quasi calcantiū in torculari & sic verus Jo
seph in ventre cisterne: tunica ipsius intin-
cta sanguine edi ꝓpter similitudinem car
nis peccati: approbationis noticia discernē
da mittitur ad prē. Cognosce igit̄ clemē
tissime pr̄ tunicā predilecti filij ioseph quē
inuidia fratrū ſm carnē: tanq̄ fera pessi-
ma deuorauit: & ꝯculcauit in furore vestim̄
tū ipsius: & oēm decorē illius cruoris reliq̄
inquinauit. Nā & quinq̄ fissuras lamenta
biles in ea reliquit. Hoc est dñe vestimētū
qđ in manu meretricis egiptie sinagoge i-
nocens puer tuus sponte dimisit magis eli
gens spoliari carnis palio & ī carcerē mor
tis descendere: q̄ adulterine aquiescendo
votis descendēs de cruce tpaliter gloriari.
Nam ꝓposito sibi gaudio crucem sustinu
it confusione contempta. Sed & tu miseri
cordissima domina mea aspice dilecti filij
tui sacratissimā vestem de castissimis mem
bris tuis sanctispūs artificiositate contex-
tam. Et vna cum ipso pro confugientibus
nobis ad te veniam postula: vt merea-
mur fugere ab ira ventura: illorūq̄ men-
tem tuam amaricantium fletuum & dolo-
rum: quibus instar maris plena fuisti vel
modica mereamur sintilla: per fundi. Que
enim lingua dicere vel quis intellectus ca
pere sufficit desolationū tuarum mensu-
ram & pōdus virgo beata: que premissis
omnibus presens asistens & particeps per
omnem modum effecta: benedictam illā
& sanctissimam carnem: quā tam caste cō
cepisti: tam dulciter aluisti & lacte potasti:
tam crebro in tuo reclinasti sinu: brachijsq̄
complexans genas iunxisti genis & labia
labijs impressisti: carneo contemplata cor
visu nunc sputorum sordibus infici: nunc
cruore perfundi: nunc lancea vulnerari.

Jesus agonizatus.

¶ Sed etiam diuinissimam illam animā
oculis conspexisti mentalibus: nunc spiritu
frementem: nunc pauentem: nunc tedentē
nunc agonizantem: nunc anxiantem: nunc
turbatam: nunc cū tristitia & dolore mestis
simam partim propter passionis corporee
viuacissimum sensum: partim propter di-
uini honoris propter peccata subtracti fer-
uentissimū zelū: partim propter effusum in
miseros miserationis affectum: partim
propter compassionis ad te matrem dile-
ctissimam infixum in cordis intima telum:
cum te coram eo posita & pijs conspiceret
oculis & blandis alloqueretur sermonibus
Mulier inquiens ecce filius tuus: vt con
solaretur inter angustias animam tuam
quam compassionis intime gladio ampli-
us q̄ si proprio pateretur in corpore vere
sciebat esse transfixam. Addit quoq̄ non
modicum ad vehementem tue desolatio-
nis excessum. Et dilecti tui non solum per
mortem verum ēt per sepulturā corporalis
subtrahenda pñtia: vt veraciter lamētādo
dicere valeas. Idcirco ego plorās & ocul⁹
meus dedulcēs aquas: q̄r recessit ame con
solator meus animam ꝯuertens meam.

Jesus de cruce positus.

¶ Veniens siquidem deuotus Je
su discipulus: sed occultus nobilis de-

curio Joseph ab arimathia: et accepta a pilato licentia corpus magistri sui cum nicodemo deponés de cruce condiuit aromatibus et inuoluit sindone: et monumento nouo. quod in orto propinquo scissuz in petra exciderat cuz omni reuerétia sepeliuit.

℗ Jesus intumulatus.

℗ Porro sepulto domino et ad sepulchri custodiam deputatis militibus: et cum iesu matre ipsius maria per affectum excessiuũ meroris pie consepulta: deuote ille mulieres et sancte: que fuerant subsecute viuenti: vt iam mortuo pietate officiosa famulatuz ipenderent: emerunt aromata ad corpus illud sanctissimũ perungendum. Inter quas marie Magdalene tãto cordis ferebatur incendio: tanta pietatis afficiebatur dulcedine: tam validis trahebatur vinculis charitatis: vt feminee infirmitatis oblita: nec tenebrarum nec persecutorum imanitate tardaretur a visitatiõe sepulchri: qn potius stãs foris et rigans monumentum lachrimis recedentibus discipulis: non recedebat pro eo qd diuine dilectionis igne succensa inualescente vrebatur desiderio: tam impaciente vulnerabatur amore vt nihil ei saperet nisi flere. Posset qz propheticum illud eructare veraciter. Fuerũt mihi lachryme panes die ac nocte dum dicit mihi quotidie: vbi est deus tuus. Deus meus bone iesu concede mihi: qz qz per oém moduz immerito et indigno: vt qui huic corpori interesse non merui: fideli tamen hec mente pertractans illum ad te deum meũ per me crucifixum et mortuum compassionis affectum experiar: qué tibi deuote mulieres ille flentes ipsa passionis tue hora senserunt.

℗ Ramus nonus. Nouitas resurrectionis. Fructus nonus. Jesus victor fortissimus.

C Onsumato iam passionis agone cum draco ille cruentus et rabidus leo existimaret se de occiso agno consecutũ esse victoriá: refulgere cepit in anima descendente ad inferos diuina potentia: qua leo noster de tribu iuda consurgens: in fortem armatum predã ab ipso diripuit.

℗ Jesus triũphans mortuus.

Portisqz infernorũ confractis: et maligno serpente expolians principatus et potestates traduxit confidenter pallam triũphans illos in semetipso. Tunc extractus é Leuiatan homo impius pro christi perfocata maxilla: vt qui nihil iuris habebat in capite qd inuasit: etiam illud perderet qd habere videbat in corpore. Tũc verus Sanson moriens hostilem prostrauit exercituz. Tũc agnus sine macula in sanguine testamenti sui de lacu in quo nõ erat aqua vinctos eduxit.

℗ Jesus surgens beatus.

Habitantibus in regiõe vmbre mortis diu noue lucis expectata claritas radiauit sacre quietis domini in sepulchro illucescente trino die: qui in reuolutione dierum est octauus: et primus: dei virtus et sapientia christus mortuus prostrato auctore etiam ipsam mortem deuicit eternitatisqz aditum nobis aperuit dũ sese a mortuis diuina potentia suscitauit: vt notas nobis faceret vias vite. Tũc terremotus factus est magnus et angelus domini in vestibus albis et candidis: et aspectu fulgureo descendit de celo piis apparens blandus impiisqz seuerus: ꝓpter quod et proteruos perteruit milites: et confortauit pauidas mulieres: quibus et ipse dominus refulgés primũ apparuit: qr hoc deuotionis intense merebatur affectus. Deinde visus est petro: dehinc discipulis euntibus in emaus: dehinc omnibus aposto lis absqz Thoma: dehinc thome palpandum se prebuit: quũ ille fideliter exclamauit: dominus meus et deus meus: sicqz per dies .xl. multiformiter apparens discipulis et edens cum eis: et argumentis nos illuminauit ad fidem et promissis erexit ad spem

vt sic tandem donis celitus datus accéde-
ret ad amoré: ⁊ armaret ad fortitudiné per
gemine stolle decorem precipuum in ipso
monstratum tanq̄ in principe regum ⁊
primogenito mortuorum.

¶ Jesus doctor precipuus.

Sane flos ille pulcherim⁹ de radice iesse
qui in īcarnatione floruit: in passione de-
floruit: sic in resurrectione refloruit. Nam
corpus illud gloriosissimū: subtile: agile ⁊
īmortale tante claritatis superuestitū: é glo-
ria: vt vere sit sole fulgentius exéplaré pre
ferens pulchritudiné suscitandorum corpo
rum humanorum: de quibus ipse saluator ait.
Tunc fulgebunt iusti sicut sol in regno pa-
tris. s. beatitudīs sempiterne. Q͞d si q̄libet
iust⁹ fulgebit sicut sol: quāti putas eé fulgo
ris ipsum solé institie. Tanti in q̄ est vt ve
re sit speciosior sole: ⁊ super oém stellarum
dispositioné luci comparatus ⁊ fulgeat ⁊
vigeat in eternū. Cūctos sui participes ful
gentes ⁊ vigentes efficiat: ac pro victorie
merito glorioso potiri regno concedat. Fe-
lices illi oculi: qui viderunt: sed ⁊ tu beat⁹
eris: si fuerint reliquie seminis tui ad vidé
dū tam interius q̄ exterius claritatem illā
desideratissimam ierusalem celestis.

¶ Jesus orbi prelatus.

¶ Apparens quoq̄ dominus in galilea
discipulis: oém sibi potestatem: tam celi q̄
terre asseruit a patre collatam propter q͞d
⁊ discipulos misit in mundum vniuersum
predicare euangeliū omni creature saluté
promittendo credentibus: damnationé cō
minando incredulis cooperante domino:
⁊ sequentibus signis sermonem confirmā
do: vt in virtute noīs iesu christi impera-
rent oībus creaturis ⁊ morbis: vereq̄ cō-
staret seculo toti: q͞ꝛ magni patris fili⁹ xp͞s
iesus tanq̄ alter Joseph verusq̄ saluator
viuit ⁊ dn̄at nō solum in tota terra egypti
verūetiam in omni loco dominationis re
gni eterni. Eductus quidé ad imperiū dei
celi de carcere mortis ⁊ infernorum: ⁊ atton
sus imortalitatē comā: mutata veste carnis
i imortalitatis decoré. Et tanq̄ verus mo
yses de aquis mortis assumptus pharao-
nis superauit imperiū. Tanto sublimatus
honore: vt in noīe eius oé genu flectat: ce-
lestium terrestium ⁊ infernorum: ⁊ oīs ligua
confiteatur q͞ꝛ dn̄s noster iesus christus in
gloria est dei patris.

¶ Ramus decim⁹ ascensionis sublimitas
Fructus decim⁹. Jesus spōsus ornat⁹.

V Estitus siquidé spolijs: que tri
umphando de egypto eduxe-
rat ergastulo, vz infernaliū te-
nebrarū. xl. post resurrectioné
suam peractis diebus nō sine magni desi-
gnatiōe misterij: in ipo q̄dragesimo die cō
uescens cū filijs eosq̄ consolans per repro
missioné in monté oliueti conscendit. Et in
de videntibus illis eleuatis manibus fere-
batur in celū nubeq̄ interposita que ascen
dentem excepit humanisq̄ se occultauit
aspectibus.

¶ Jesus ductor exercitus.

¶ Sicq̄ ascédens in altū captiuā duxit ca
ptiuitatem: ⁊ celi aperta iam porta pādés
iter sequétibus: exules introduxit in regnū
conciues illos faciés angelorum ⁊ domesti-
cos dei. Quatenus ⁊ ruinas restauraret
angelicas ⁊ eterni patris cumularet ho-
norem ⁊ se triūphatoré ostenderet ⁊ dn̄m
exercituū eé probaret: sicq̄ illud cantaret
ꝓpheticū canticū. Gaudés gaudebo in do
mino: ⁊ exultauit anima mea in deo meo:
q͞ꝛ induit me vestimento salutis ⁊ indumé
to iustitie circūdedit me. Quasi sponsum
decoratum corona: ⁊ quasi sponsam orna-
tam monilibus suis.

¶ Jesus celo leuatus.

Psallentibus tanq̄ angelis ⁊ exultantib⁹
sanctis: deus ⁊ dominus angelorum ⁊ ho-
minum super celos celorum conscendit: ⁊
super ventorū pennas mira potestatis agili

tate volauit:sedetq3 ad dexteram patris:tā to melior angelis effectus:quanto differē-tius pre illis nomē sortitus est. Ibiq3 iugi-ter vultui benegnissimi patris apparet ad interpellandum pro nobis. Talis enim de-cebat nobis vt esset pontifex sanctus inno-cens: īpolutus:segregatus a peccatoribus: ꝛ excelsior celis factus. Qui in dextera ma-iestatis assistens vultu paterne glorie vul-neruū que pro nobis obtulit cicatrices ostē-deret. Gratias tibi referat domine iesu christe oīs lingua super inenarrabili dono affluentissime charitatis tue. Qui vnico filio cordis tui non pepercisti sed eum pro nobis omnibus tradidisti in mortem: vt tantū tanq3 fidelem coram te aduocatū ha-beremus in celis tam desiderabilē sponsū tanq3 liberalem tuorum carismatum largi-torem. Jesus largitor spiritus.

¶ Septem igitur septimanis dierum a re-surrectione decursis quinquagesimo.s.die congregatis.s.in vnū discipulis cū mulieri-bus ꝛ Maria matre iesu factus est repen-te de celo sonus aduementis spiritus vehe-mentis: qui ꝛ supra centū vtginti hominu3 turba3 descēdit ꝛ apparuit in linguis igne-is: pro eo ꝙ ori verbum: intellectui luce3: ꝛ affectui ministret ardorem. Et repleti sunt omnes spiritu sancto: ꝛ ceperunt loqui va-rijs linguis ſm eiusdem sancti spiritus im-petum: qui eos omnem veritate3 edocuit: ad omnium dilectionem accēdit ꝛ in omni eos virtute firmauit. Nam ꝛ ipsius adiuti gratia: illustrati doctrina: ꝛ confortati potē-tia: cu3 pauci essent ꝛ simplices: partī3 ver-bis ignitis: partim perfectis exemplis: par-tim mirandis prodigijs per totū mūdū plā-tabunt ecclesiam suo sanguine. Que eius-dem sancti spūs virtute purgata: illumina-ta atq3 perfecta amabilis facta est sponso: eiusq3 paranimphis: vt speciosa nimis mi-raq3 varietate circūdata: satane quoq3 ꝛ an-gelis eius terribilis vt castrorum acies or-dinata.

¶ Jesus laxans reatus.

In hac siquidem sancta ecclesia per orbe3 vniuersum sancto spiritu mirabiliter ope-rante multiformiter distincta ꝛ vniformiter coniuncta tanq3 vni nexa capiti: vniq3 spō-so copulata vnus presidet pontifex christus s.summus hierarcha: qui miro ordine istar ciuitatis superne dispensat in ea dignitatum officia distribuens carismatū dona. Nam quosdam dedit in ea apostolos: quosdam euangelistas: alios prophetas: quosdā ve-ro pastoreg ꝛ doctores ad conuersationem sanctorum ꝛ edificationem corporis christi. qui etiam secundū gratiam sanctispiritus septiformis septem dedit sacramenta q̄si septem medicamenta membroru3 per quo-rum administrationem etiam gratiam san-ctificantem tribuit ꝛ peccata dimittit: que nunq3 nisi in fide ꝛ veritate eiusdem san-cte matris ecclesie relaxantur. Et quoniam in igne tribulationis peccata purgant: iō si-cut caput ecclesie christum exposuit deus fletibus passionum sic ꝛ corpus eius.s.ec-clesiā suā vsq3 in finē seculi ad purgationē ꝛ ꝓbationē tribulari ꝑmittit: sic ꝑriarche: sic ꝓphe: sic oēs quotquot placuerūt deo ꝑ multas tribulationes transire fideles: sic ēt omnia membra christi electa vsq3 in diē iu-dicij transibunt: vt exhibeat sibi gloriosam ecclesiam tanq3 sponsam speciosissimā nō habentē maculam neq3 rugam. Felix ani-ma que istiusmodi sponse preualet contem-plari decorem: ꝛ cum illo amico sponse ve-raciter dicere. Uidi ciuitatem sanctam hie-rusalem nouam descendentē de celo a deo paratam sicut sponsam ornatam viro suo. Beatū profecto me reputo si fuerint reli-quie seminis mei ad videndum sponse hu-ius prenobilis admirabilem claritatem.

¶ Ramus vndecimus. Equitas iudicij. Fructus vndecimus. Jesus iudex re-ctissimus.

P Ro futuri iuditij tépore quo deus cordiuz reuelabit occulta precedet ignis ante faciem iudicis. Angeli cum tuba mittent. Congregabūtur electi a quatuor vētis celi. Omnes quoqz qui in monumentis sunt diuine iussionis virtute resurgentes cūctiqz astabunt ante illud iudiciale tribunal.

¶ Jesus testis veridicus.

¶ Tunc illuminabuntur abscondita tenebrarū. Tunc reuelabunt consilia. Tunc libri conscientiarū pandent: ⁊ ipse liber aperietur: qui dicitur liber vite. Quo fiet vt simul ⁊ in instanti omnium secreta omnibus tanta certitudinis claritate patescant: q̄ contra testimonium veritatis loquentis in xpo ⁊ conscientie cuiuslibet pariter contestātis nulla prorsus inficiendi defendendiqz vel excusandi: seu subterfugiendi appreat semita quin recipiat vnusquisqz ꝫm opera sua. Magna igitur vindicta est nobis indicta necessitas probitatis: cū ante oculos mala agimus iudicis cūcta cernentis.

¶ Jesus iudex iratus.

¶ Apparente quoqz omnipotentis dei filij signo in nubibus virtutibusqz celorū cōmotis: sed ⁊ ad horū confractionem mondialiuz concurrentibus ignibus: collectisqz iustis ad dexteram: impijs ad sinistrā adeo rex vniuersorum reprobis iratus videbit: vt dicant montibus ⁊ petris: cadite super nos ⁊ abscondite a facie sedentis sup thronum ⁊ ab ira agni. Induet enim pro torace iustitiam: ⁊ accipiet pro galea iudiciuz certum. Sūmet scutū inexpugnabile equitatem: acuet autem diram iram in lanceam ⁊ pugnabit cum eo orbis terrarum contra insensatos: vt qui contra auctorem omnium procaciter impugnauerunt: iusto tūc dei iudicio ab omnibus impugnabuntur. Tunc superius iudex apparebit iratus. Inferius horrendum chaos: patens infernus: a dextris peccata accusantia: a sinistris infinita demonia. Peccator sic comprehēsus quo fugiet certe latere ei erit impossibile: apparere intollerabile. Si enim vix iustus saluabit. Impius ⁊ peccator vbi apparebūt. Non ergo intres in iudicio cum seruo tuo domine.

¶ Jesus victor magnificus.

¶ Lata de hinc sententia damnationis in reprobos q̄ flāmis punientur eternis colligatisqz ad modū fascis inimicis altissimi quatenus dei virtus perpetue illos exponat tam carne q̄z spiritu voracitati flammarū vt nunq̄z deficiant: ⁊ tamen vrantur ⁊ sitiant in eternum: ⁊ fumus tormentorum eorum ascendat in secula seculorum. Tunc bestia ⁊ pseudo prophete ⁊ qui acceperūt eius imaginem in stagnum mittentur ignis ⁊ sulphuris: qui paratus est diabolo ⁊ angelis eius. Tunc egredientur electi ad occisorum consideranda cadauera mortua quidem non natura sed pena. Tunc lauabunt iusti manus in sanguine peccatorum. Tūc deniqz victoriosissimus agnus inimicos suos ponet sub scabellū pedū suorum: quando ingredientur impij in interiora tradentur in manus gladij partes vulpium erunt scilicet demonum qui suis eos fraudulentiis seduxerunt.

¶ Jesus sponsus ornatus.

¶ Deniqz mundi facie innouata in melius cum lux lune erit sicut solis: ⁊ lux solis septépliciter sicut lux septem dierum. Ciuitas illa sancta hierusalez: que de celo tanq̄z sponsa ornata descenderat: iam nunc preparata ad nuptias agni: gemina quoqz stella vestita in celestis curie traducetur palatium. Et in sacrum illum archanumqz thalamum introducta tanto agno illi celesti copulabitur federe: vt vnus fiant sponsus ⁊ sponsa: vestitusqz christus omni pulchritudine electorū tanq̄z tunica polimita: in qua omni decore ornatus refulgeat tanquam opertus omni lapide precioso. Tunc illud resonabit epithalamiū: ⁊ ꝑ oēs vicos

hierusalē. Alleluia cantabitur. Tūc omnes
virgines prudentes. ⁊ parate introibuut
cum sponso ad nuptias: ⁊ ianua clausa in
pacis pulchritudine sedeat in tabernaculis
fiducie: ⁊ requie opulenta.

¶ Ramus duodecimus. Eternitas re
gni. Fructus. xij. Jesus finis optatus.

Finem nāq̄ꝫ desiderioꝝ omniū
ꝯstat esse beatitudinē que statꝰ
est oīum aggregatione ꝑfecta.
Ad quē quidē statū nullus per
uenit nisi per vltimā resolutio-
nem in eū: qui est fons ⁊ origo bonoꝝ om
niū: tam naturaliū q̄ꝫ spūaliuꝫ: tam tempo-
ralium q̄ꝫ eternoꝝ ⁊ ħ est: qꝫ de seipo di-
cit. Ego sum alpha: ⁊ omega: principium:
⁊ finis. Quia sicut per verbū eternaliter
genitum omnia producuntur sic per v̄buꝫ
carni vnitū repantur ꝓmouenẗ: ⁊ ꝑuanẗ.

¶ Jesus rex regis filius.

¶ Ac per hoc vere deus est Jesus: cuius
non est aliud nomē sub celo datuꝫ hoibus
in quo quis possit obtinere saluteꝫ. Sane
regnū illud eternū iudicari iuxta regnātis
celsitudinē gloriosam: ⁊ nobile pro eo qꝺ n̄
rex a regno: sed a rege regnū trahit origi-
nem. Hic aūt est rex qui hꝫ ī vestimento ⁊
in femore eius scriptū. Rex regnū ⁊ domi
nus dn̄antiū: cuiꝰ potestas eterna: que nō
auferet ⁊ cuius regnū non corrūpetur: cui
omnes tribus ⁊ lingue ⁊ populi seruiēt in
eternū. Et est vere rex pacificus cuiꝰ vultū
desiderat celū ⁊ terra. O q̄ꝫ gloriosum est
huiusmodi excellētissimi regis regnum in
quo cū xp̄s regnāt oēs sancti cuius lex ve
ritas: pax caritas: vita: eternitas. Quod
nec in regnantiū pluralitate diuiditur: nec
participatiōe minuiẗ: nec numerositate cō
fundiẗ: nec inequalitate deordinaẗ: nec cir-
cūscribiẗ loco: nec variaẗ motibus: nec tē
pore mensuratur.

¶ Jesus liber signatus.

¶ Ad regni dei gloriā ꝑfectā nō solum re
quiritur potestas excellens verūetiā sapiē
tia fulgens vt nō ꝫm indeterminate volun
tatis arbitrium disponanẗ gubernacula re
gni: ſꝫ ꝫm fulgorē eternarū legū a luce sapie
indecepte manantiū. Et hec quidē sapiētia
scriptu in xp̄o Jesu tanq̄ꝫ in libro vite in
quo thesauros oēs sapie ⁊ scientie recōdi
dit deus pater: ac ꝓ hec vnigenitus dei v̄ti
verbū increatū est sapie liber et lux in mē
te sūmi artificis pulchra viuētibꝰ rōnibus
eternis vt verbū inspiratū in intellectibus
angelicis atq̄ꝫ beatis: vt verbū ēt incarna
tū in rōnalibus mentibus carni vnitis: vt
sic multiformis sapia dei ex ipso ⁊ in ipso
per totū regnū refulgeat. Et tanq̄ꝫ aspecu
lo decor oīum spēꝝ ⁊ sūmū ꝯtētiuo ⁊ tāq̄ꝫ
in libroꝝ quo ꝫm profunda dei: oia miste
ria ꝯscribuntur. O si talē librū iuenire pos
sem: cuius origo eterna: cuius incorruptibi
lis essentia: cuiꝰ cognitio vita: cuius scriptu
ra indebilis: cuius inscriptio desiderabilis
cuius doctrina facilis: cuius scia dulcis: cu
ius ꝓfunditas in ꝑscrutabilis: cuius inume
rabilia est vnū tm̄ verbū: vere qui hunc ī
uenit: inuenit sibi vitam ⁊ hauriet salutem
a domino.

¶ Jesus fontalis radius.

¶ In ħ q̄dē eterno data oia optia ⁊ dona
ꝑfecta a p̄re in affluētia descēdūt ⁊ copia ꝑ
illū qui est sup essentialis radiꝰ xp̄s iesus.
Qui cū sit vnus oia pōt ⁊ in se permanēs
oia inouat. Est. n̄. emanatio quedā claritatꝭ
virtutis oīpotentis dei sincera: ⁊ iō nihil in
quinatum in hunc fontalem radium valet
incurrere. Ad hunc vite fontem ⁊ lumen
cum desiderio viuo quecunq̄ꝫ es: o anima
deo deuota ⁊ cordis intimi vi ad eum ex-
clama. O inaccessibilis decor dei excelsi ⁊
purissima claritas lucis eterne. vita omnē
vitā viuificās. Lux oē lumē illuminans: ⁊
obseruās in splēdore ꝑpetuo mille millena
lumina fulgurātia ante thronū deitatis tue
ap̄meuo diluculo o et̄nū ⁊ imarcessibile

clarū ⁊ dulce profluuiū fontis absconditi ab oculis omnium mortaliū: cuius profundū sine fūdo: cui⁹ altitudo sine termio: cui⁹ amplitudo incircūscriptibilis: cui⁹ puritas imperturbabilis: exquo procedit flumen olei letitie: qd̄ letificat ciuitatem dei: ⁊ torrens igne vigoris. Torrēs nāqȝ vuluptatis diuine: quo letabūda ebrietate potati celestes illi ciues ⁊ cōmune himno icessabilit̄ iubilant: hoc nos oleo sacro perunge: huiusqȝ torrentis desiderabilibus guttis sitibūdas refocilla fauces arentium cordium vt in voce exultationis ⁊ confessionis decantemus tibi laudis canticū experientia: teste probante. Amē apud te est fons vite: ⁊ in lumine tuo videbimus lumen.

¶ Jesus finis optatus.

¶ In te igitur fine omnium credens sperans ⁊ amans ex toto corde: ex tota mente: ex tota anima: ex omni virtute ferar desiderare iesu: q: tu solus sufficis ⁊ solus saluas: tu solus bonus ⁊ suauis es querentibus te: ⁊ diligentibus nomen tuū. Tu mi bone iesu redemptor es perditorum saluator redemptorum: spes exulum: laborantiū fortitudo: anxiatorum spirituū dulce solatiū triūphantiū corona: ⁊ imperiale fastigiuȝ: vnica spes ⁊ letitia oīuȝ ciuiū supnorū idita proles summi dei ⁊ fructus sublimis vteri virginalis vberimusqȝ fons omniū gratiarū: de cui⁹ plenitudine nos oēs accepimus. Oramus igit̄ clemētissimū patrē per te vnigenitum eius pro nobis hoieȝ factuȝ crucifixum ⁊ glorificatum: vt de thesauris suis emittat in nos spūm gratie septiformis qui super te in oī plenitudine requieuit: spiritū inquā sapiētie quo fructum ligni vite duodecimvȝ sapores viuificos degustem⁹. Bonū intelligentie: quo mēs nr̄a congruiter illustret̄. Bonū consilij quo post tuorū vestigia gressuū rectarū semitarū itineribus incedamus. Bonū fortitudis quo impugnantiū hostiū violentias eneruare possimus. Bonū scientie quo sacre tue doctrine repleamur fulgoribus ad discretionem boni ⁊ mali. Bonū pietatis: quo induam⁹ misericordie viscera. Bonum timoris quo recedentes ab omni malo eterne maiestatis tue reuerentiali pondere tranqlemur. Hec enim nos domine iesu in illa sacra qua nos docuisti oratione petere voluisti. Hec nunc per crucē tuam petimus obtinere. Ad laudem ⁊ gloriā sanctissimi nominis tui: cui cum patre ⁊ spiritu sancto oīs sit honor: ⁊ gloria gratiarum actio: decus ⁊ imperium per infinita seculorū secl'a. Amē.

¶ Incipit tractatus qui speculum aīe dicitur editus a sancto Bonauentura ordinis minorum.

a

Arbor mala fruct⁹ malos facit. Mat. vij. sȝ glosam interlinealem ibidem. Mala arbor mala voluntas est ex qua sm̄ aliam glosam fructus male operationis procedit: Huius āt arboris folia. mala verba sunt sm̄ glosam in pncipio psalmiste sup illud. Et foliū ei⁹ nō defluet. Per folia enim verba signant̄ folia siquidem vanitatem ⁊ fluxibilitatem habent qd̄ est de natura verborū. Huius arboris rami sunt affectiones diuerse: que ex voluntate procedunt: ⁊ sm̄ eius conditionem pensantur. Si enim voluntas mala est: ramis suis suaȝ corruptionem imittit sȝ illud ad Ro. xi. Si radix scā ⁊ rami. Truncus autē istius arboris est voluntatis consensus: quoniam sicut radix ramos suos nisi mediāte trunco nō potest expandere: sic nec radix male volūtatis ramos vitiorum non potest emittere nisi mediante consensu. Siquidem sm̄ Gre. suggestione: delectatione ⁊ consensu peccatum perficitur. Ra

dix autem istius arboris ſm aplm ad Timoteum.vj.est cupiditas. Licet auté radix arbori prestet originé. tamé a fructu incipimus: per folia ⁊ ramos ⁊ truncũ descendentes per ordinem ad radicem: vt iterum incipientes ab ipsa qualiter procedant ascendendo monstremus. Sciendum igitur ꝙ hec radix: que cupiditas vel concupiscentia nominatur ſm Bedam ex corruptione seminis transfusa per primos parétes ad posteros habet ortum. Sicut auté materialis radix humoré trahit ⁊ germinat: sic radix concupiscétie ſm Gregoriũ ab imaginatione suggesta ab extrinseco sumit naturam: qua mediante germinat: cum delectatio ex imaginatione procedat. Tunc auté emittit virus: cum ex delectatione consensus orit: ꝙ ſm Augustinuꝫ est duplex consensus. s. in delectatione ⁊ ope. Cum enim ex imaginatione ⁊ delectatione morosa cum aduersione periculi consensus in delectationé sequitur: etiam si opere non complendum decernat mortale est. Et propter hoc ſꝫ augustinum totus homo damnabitur: lꝫ iste progressus peccati: qui dictus est potissime in peccato carnali locũ habeat ⁊ manifestius ibidem appareat: tamen ⁊ in omnibus alijs mortalibꝰ locum habet. Si eniꝫ quodcunqꝫ peccatum mortale mente per cogitationem tenueris: ⁊ delectationé consensus in ipsum sequatur: absqꝫ consensu in opus si facultas adesset: nihilominus é mortale: vt auté de radice ista plenioré notitiam habeamus: ⁊ quomodo ex ipsa fructus male operationis procedat quadruplicem actuum differentiam assignamus. Sunt enim quidam actus: qui de natura sui bonum dicunt. Sunt alij qui quantum de natura sui eé indifferentiam habent: nec boni nec mali in genere moris dicuntur: vt leuare festucam ⁊ huiusmodi. Sunt alij qui de natura sui malum dicunt: ⁊ tamen aliqua de causa vel fine bonitatem moris sortiri possunt vt occidere hominem: quod quidem existente iustitia bonũ fieri potest: licet de suiꝰ genere malum dicat. Sunt autem ſm Augustinum alij: qui ita habent deformitateꝫ annexam: ꝙ nullo bono fine vel intétióe possunt fieri nec facientem excusare: vt fornicari vel iniustitiá facere: vel adulteriũ cómittere: ⁊ huiusmodi. Hoc igitur circa istá materiam est sciendum ꝙ secũdũ Ambro. Affectus nomen operi imponit: ⁊ ex intentione opera iudicantur. Quod quidem de duobus primis generibus actuum intelligit Augustinus. s. quando bonũ est vel indifferens. Si enim aliquis intentione inanis glorie pascat pauperem: vel ex contemptu festucam erigat ex mala intentione procedit ⁊ rationeꝫ radicis sortitur. ¶ In alio autem genere actuũ sola iusta itentio opus bonũ facere potest. In quarto autem genere actuũ nulla intentio vel finis potest facere bonũ actum. Quacũqꝫ enim intentione quis fornicationem vel actum adulterij cómittat nullatenus excusatur. ¶ Hoc etiam circa istam arborem est sciendum ꝙ truncus istius arboris: rami: ⁊ fructus cum foliis ex quibusdam circũstantijs quantitatem assũmũt: sicut materialis arbor ex sterquilinij ⁊ corruptionis iniectione in fructibus ⁊ alijs recipit incrementũ ſꝫ ꝙ dicit colonus ille. Luc. xiij. Hee autem circũstantie hoc versiculo continentur: videlicet: Quo quis: vbi: cum quo: quotiens: cur: quomó: quando. Quo motu supple. Utrum ex téptatione graui vel leui: vel nulla: si malitia vel infirmitate vel ignorantia. Quis: persona prelatus vel ordinatus clericus vl' alius vel alij in exéplũ positus religiosus vl' huiusmodi in quibus peccatum aggrauari potest ratione persone: vbi: si in loco sacro vel cómuni ita ꝙ malum possit esse alijs in exemplum. Cũ quo si multos ad similem malũ traxit ⁊c. Quotiens: si habuit in consuetudine. Cur. s. quo fine vel intentione: lꝫ enim malũ facere bona intentione non excuset a toto: tamen excusat a tanto. Simili-

ter autem ⁊ peruersa intentione aggrauat peccatum. Quomodo si forte modū nouū modū effrenatum peccati inuenit. Quando vt si forte tempus sacrū vel orationi deputatum in peccato expendit. Sunt autem alie circūstantie que specialem speciē dant peccato: vt cognoscere vxorem alterius ⁊ similia: que nullatenus a confitente omnitti debent: ⁊ plenius in arboris prosecutione patebunt. Q̄d autem vt iam supradictum est: secundum apostolum. Rami ⁊ fructus ex radice pensantur satis de facili potest quisqꝫ perpendere: si peccatum eius radicē mortalem habeat: ⁊ ponitur in exemplum. Videre enim mulierem de se non habet rationem peccati nec tangere: ⁊ tamen si de radice luxurie procedat directe: cuius malus habitus latet interius est mortale. Quādo autem radix rōnē mortalem habeat in prosecutione ⁊ formatione arboris poterit plenius pertractari. Hoc autem addo ꝙ illud mortale de suo genere dicitur: quod directe est contra deum vel proximum: directe autem dico: q: sicut in materiali arbore ex trunco vel ramis: quedam pululationes indirecte prodeunt quas adulterinas vocamus ita ex radice male voluntatis: quā cōcupiscentiam nominamus: multa semina prodeunt: que directe contra deꝫ vel proximum non faciunt: sed aliqualiter indirecte ⁊ talia venialia nuncupantur: vnde etiam aduertendum: ꝙ multa talia ponuntur in formatione istius arboris: que licet in se ⁊ in suo genere mortalia non dicantur: tamen ad suam radicem relata ⁊ eidem coniuncta possunt habere rationem imortalē: licet autem contingat interdum vnum opus ⁊ idem ex diuersis trahat originem: vt percutere ex supbia ⁊ inuidia ⁊ ira pōt procedere: tamen idem actus in arbore nullatenus iteratur. Sed vere penitens arboris inspector diligenter aduertat: quibus ex causis ⁊ radicibus actus ille inueniatur in ipso digna etiam deliberatione consideret progressum peccati: quomodo radix cōcupiscentie germinauerit in ipso: ⁊ circonstantijs: de quibus superius est expressum. Et si de fructu vel folijs: vel ramis arboris se comedisse aduertat per confessionē euomat vt aīe recuperet sanitatem. Hec ē enim arbor de cuius fructu mortifero protoplausti parentes cōtra pceptū summi medici gustauerunt ⁊ mortē experti sunt: quā ad posteros transmiserūt. Et hec ē arbor: que secundum testimonium Joānis excidet ⁊ in ignē mittet. Mat. iij. His ergo plibatis arborē imaginariā describam⁹: in cui⁹ radice sit illa apl'i auctoritas. Radix omnium malorū cupiditas. Trūcus aūt isti⁹ arboris taliter describat: ꝙ ab imaginatione incipiat ⁊ in delectatione morosa cū aduersione piculi sit eius mediū: ⁊ in consensu triplici terminet. s. in consensu: in delectationem: ⁊ in ope secundum ꝙ progressus peccati supius ē expressus. Qr āt oē pctūꝫ: vel cogitatiōe vel locutiōe vel ope ppetrat: ⁊ sicut supra pbatū ē in ramo mala voluntas significat. In vbo aūt foliū: fructus in opere. Jō oīa peccata que in pgressu occurrūt: que ad cogitationē ptinēt per modū rami: que vo ad locutionē per modū folioꝝ: que autem ad opus per modū fructuū in arbore describant. Sꝫ hos ramos fructus ⁊ folia describam⁹ hui⁹ arboris. Sigdē secundum ioānis testimoniū tres rami principales ex radice ꝯcupiscētie prodeūt: qm̄ oē qd ē in mūdo: aut est ꝯcupiscētia carnis: aut ꝯcupiscētia oculoꝝ: aut supbia vite: q̄ ꝯcupiscētia honoris nominat. Et de h vltio primo ē dicendum tanqꝫ de grossiori: ⁊ a quo plures rami honusti fructu ⁊ folijs mortiferis oriuntur ⁊ primo de superbia.

De primo principali ramo. s. superbia.

Hic igitur ramus: qui superbia nominat i genere suo mortale pctūm dicit: qm̄ directe ē ꝯ deū

⁊ eius reuerentiam. Quum. s. creatura vl-
tra q̄d a factore accepit extollitur ⁊ quasi
vsurpare presumit. Vn̄ ⁊ Gre. xxxiiij. mo
raliū. Euidentissimum signum reproborū:
est superbia. Per hoc patet q̄ illa super
bia est mortalis qua quis se vltra merita
extollere appetit ⁊ se melioribꝰ anteponit: ⁊
hoc si ex deliberatione procedat. Sicut eni
alia peccata carnalia motus habēt qui pre
ueniunt rationē: quibus rō non consentit:
sic ⁊ superbie motus q̄zplurimi in homine
rationem preueniūt: quos ratio aduertens
reprimit vel saltem non consentit. Hic au-
tem ramus superbie tres precipue ramos
habet. s. presumptionem: contēptum ⁊ ina-
nem gloriam.

¶ De primo ramo superbie. s. p̄sumptio.

P Resumptio in hoc cōsistit pre
cipue: q̄ homo presumit gratiā
se habere: vel ex se vel pro meri
tis suis vel falso vel plus alijs
vnde versus. Ex se pro meritis falso plus
oībus inflat. Et b̄m hoc presumptio quatu
or ramos habet b̄m Gre. moraliū. Hi
autē rami cum suis fructibus ⁊ folijs hn̄t
rationē mortalem eo modo: quo de super-
bia est predictum. Ex hoc autem vltimo ra
mo. s. plus omnibꝰ: duplex ramꝰ orit. Hoc
enim in gratuitis sicut in virtutibus vel in
gratis datis. s. in gratijs exterioribus pōt in
telligi. Ex quorū ramorū medio oritur ela-
tio cordis inordinata: ⁊ confidentia de se ⁊
inepta audatia. Ex ramo autem: qui est pre
sumptio de bonis gratuitis oritur foliū diui
ne tentationis ⁊ fructus discriminis. Ap-
pellatur dei tentatio: quando quis experi-
mentū diuine potentie querit: vt sicut pete
re absq̄ necessitate. Discrimen autem dici
tur quando quis se exponit periculo in sola
diuina virtute confidens: contempto huma
no adiutorio absq̄ necessitate fidei vel ec-
clesie: ⁊ habet rationem mortalem: vnde
dicitur deutro. vj. Non tentabis domi-
num deum tuū. dicit glo. Deum tentat qui
habēs quod faciat sine rōne se committit
periculo.

S Ecūdus ramus superbie ē cō-
temptus: eo enim quo quis alios
se presumit supergredi deū cō-
tempnit ⁊ hominē: ⁊ b̄m hoc
hic ramus in duos diuiditur: vz in contem
ptū dei ⁊ proximi: qui plane habēt rōnem
mortalem: q̄ contra charitatem dei ⁊ pro-
ximi sunt directe. Ex ramorum istorū me
dio procedit ramus inobedientie per quā
a potestate alterius ⁊ subiunctione se exi-
mit: nulli volens subesse. Ex primo autem
ramo: qui est contempnere proximū: pro-
cedunt isti fructus. s. se a societate ⁊ verbo
subtrahere ⁊ gestu indignationem vel con
temptū ostendere: folia etiam ex ipso pro-
cedūt: que sunt verborū indignatio: irreue
rentia in verbo: que omnia sunt contra cha
ritatē ad proximū ⁊ mortalia sunt: b̄m q̄ ex
superbia ⁊ contemptu nascunt. Est autem
erronea alterius detestatio per contrarium
Derisio autem ⁊ subsanatio differunt q̄m
derisio fit in voce: sed subsanatio fit in ge-
stu: vel trahendo linguam vel faciēdo nu...
⁊ similia: irreuerentia autem in modo lo-
quendi. Cū hoc aūt folio ē irreuerentia in
facto: ex quorū medio procedūt isti fructus
. s. irreuerentia facta parentibus: prelatis: p̄n
cipibꝰ: maioribꝰ: senioribꝰ: p̄ribꝰ spūalibꝰ
⁊ sanctis viris: locis ⁊ rebus sacris ⁊ tem
poribus: vt in violatione festorū contingit:
⁊ precipue sacramentis: maxime sacramē-
to altaris. Qui enim excōmunicatꝰ vel su-
spensus: vel interdictus: vel in mortali pec
cato solēniter ecclesiam officiat: vel sacra-
mētū administrat: vel recipit in mortali vl'
irregularis: vel inconfessus post mortale:
cū copia sacerdotis celebrat: vel notorius
peccator officium correctionis exercet vel
excōmunicato scienter participat in diuinis
est hoc scienter faciat ⁊ gnarus iuris existat:

-ver

Tentatio dei

Discrimē

Quid Derisio / Subsanatio

irreuerentiam diuinis exhibet ꝛ mortaliter peccat. Hoc etiam sciendum est: ꝙ excōmunicati vel interdicti: qui se ingerunt diuinis: si hoc scienter faciant contra preceptum ecclesie mortaliter peccant. Alia etiam supraposita rationem mortalis peccati habere possunt. ſm ꝙ ex ramo contēptus procedunt. Secūdus ramus: qui ex contemptu dei ꝛ proximi oritur est in supbia que quidē respectu dei manifeste mortale est respectu etiā maiorꝫ quibus obedire debemus: siue parentibus: siue prelatis rationem mortaleꝫ habet: si precipiant licita ꝛ honesta. Unde ad Ro.xiij. dicit apostolus. Qui potestati resistit dei ordinationi resistit. Et ad Ro.j. parentibus non obedire ab aplo inter mortalia computantur. Ex medio āt ramorum inobediētie respectu dei ꝛ proximi procedit ramus impatiētie sil'r bipartitus ꝯtra deū ꝛ ꝓximū: ꝛ ista quidem impatientia ex inobedientia oriri dicitur. Or cū a superiori aliquid faciendum imponitur qđ peruerse displicet voluntati in ipsa impatientia excitatur: ꝙ nihil aliđ est q̄ȝ imoderata aī perturbatio ex dicto vel facto alterius qđ personam ipsius tangit ꝛ in quo se reputat grauari. vñ hoc laborat vitio qui infirmitates: vel infortuniuꝫ: vel onus impositum nō sustinet patienter: ꝛ hȝ rationem mortalis cū vsqȝ ad odium dei ꝛ ꝓximi se extendit. Et ſm hoc: ex hoc ramo in patientie procedit aliud.s. odiū dei: qui lȝ in se odio haberi non possit: tñ in effectibus suis odiri pōt. Ex hꝰ ramo foliū blasphemie ꝛ murmuris nascitur ꝛ manifeste rōnem hȝ mortalis. Ex ramo aūt impatientie ad prelatum oritur ꝛ murmuratio folium.s. vento supbie agitatum. ¶ Est aūt murmuratio iniusta querela contra supiores latent' multorū aurib⁹ inculcata: ꝛ hȝ rationem mortalis. hȝ ꝙ ad alteri⁹ diffamationē anhellat. ¶ Cū h aūt olio ē fruct⁹ obstinatiōis ꝛ ptinacie. Est āt ptinacia pseuerantia in malo proposito cōtra voluntatem supiorū. ¶ Ex qua oritur folium rebellionis apte ꝛ fructum transgressionis secum habet que oīa habēt rationem mortalis ſm ꝙ ex inobedientia oriuntur. ¶ Cū fructu aūt transgressionis sunt excōicationis interdicti ꝛ suspensionis sniē quas sustinere procedit ex inobedientia si debite infligantur. ¶ Item ex ramo inobediētie: ramus infidelitatis ꝓcedit hȝ quā aliquis se ab obedientia romane ecclesie alienat. Et quideꝫ hic ramus in hos ramos se diuidit.s. in hesitationē dubitationem: ꝛ errorem: ꝛ hos fructus habet. Heresim. Sisma. Sortilegium ꝛ diuinationis superstionisqȝ folia que etiam fruct⁹ apostasie ꝛ ydolatrie secum habent. Et de singulis quid sit: per ordineꝫ exprimamus.

Est autem hesitatio mentis titillatio cōtra fidem: cum.s. intellectus non pfecte consentit his: que sunt fidei sed dubitat: ꝙ etiā de suo genere est mortale. ¶ Est āt error: qñ iam tenetur ꝯtrariū fidei: siue scienter siue ignorāter: ſȝ tamen multū interest. Qui.n. credenda nouit p fidem ecclesie: ꝛ tenet contrarium peccat mortaliter: qui autē ex simplicitate ignorat. si tñ intentionem ꝛ voluntatem habeat generaliter credendi qđ credit ecclesia nullatenus iudicandum est mortale. Si quis ex simplicitate veritateꝫ videre oculis corporalibus credat: nō pp hoc contēnendus est: cum paratus sit credere quod credit eccl'ia indistincte. Unde dicit Augu. Errare potero: sed hereticus non ero. ¶ Est aūt heresis obstinata affirmatio contra fidē. Scisma aūt a scissione dictū est. Uñ ille scismatic⁹ dicitur: qui ab vnitate eccl'e se separare intendit: lȝ eadēꝫ sentiat: que tenet eccl'ia ꝛ fides chatolica: ſm Augu. contra faustum. ¶ Sortilegiū est: cū id qđ futurum est inquiritur: ꝛ habet multas species: que per folia in arbore designantur.s. diuinationes per astra p incantationes per demonum consultationes: per garritū auiuꝫ qđ dicitur auguriū:

Impatientia
Hesitatio
Error
Heresis
Scismatici
Sortilegiu
Augurium

Inpatientia
Murmuratio
Pertinacia

per ligaturas nominũ:tempoꝛũ obſerua-tiones:⁊ ſomnioꝛum:que omnia pꝛohiben tur ab eccleſia tanq̃ȝ mala:⁊ habent rõneȝ moꝛtalis:q: q̃d ſoli deo competit attribuit creature. ¶ Hoc tamen circa obſeruantiã tempoꝝ ⁊ oꝛationes:debes aduertere. ꝙ ſortiunt̃ ſoꝛtilegij rationem quando.ſ.cre-ditur:ꝙ magis valeant ad vnũ effectuȝ q̃ȝ ad aliũ. vel quando quis confidat in deter minato oꝛationũ numero:vel effectũ opta tũ:vt qui ſic fecerit infalabiliter cõſequi pn tat. ¶ Quid aũt ſit apoſtaſia:vel a fide vl' idolatria plane patet.

Inanis g[lori]a

Ertius ramus ſuperbie eſt ina nis gloꝛia:qua quis appetit ſuã excellentiã oſtendere:que habȝ rõneȝ moꝛtalis:inquantũ quis gloꝛiã ſibi appetit:que ſoli deo debet̃ qm̃ ipſe fecit nos:⁊ ñ ipſi nos:vnde qui gloꝛiaȝ refert in deũ:vel ſic gloꝛiã affe ctat acquirere. ꝙ ſi ex hoc aſſequat̃:offen ſam dei nõ metuit:moꝛtaliter peccat. vnde Aug. in lib. de ci. dei:hoc vitiũ inimicum ẽ pie fidei ſi maioꝛ ĩ coꝛde ſit cupiditas glo-rie q̃ȝ dei timoꝛ ⁊ amoꝛ. Si aũt in bono ꝓ pꝛio:quis inaniter gloꝛietur:ita tamẽ ꝙ ibi dem non ſiſtat:vel actu vel habitu in deuȝ referat:nec vt hoc acq̃reret aliquo modo d̃um vellet offendere nullatenus eſt iudi-candum moꝛtale. Ex hoc inanis gloꝛie ra-mo quattuoꝛ rami oꝛiuntur.ſ. Ambitio ho noꝛis.fauoꝛis humani appetitus. Confuſio nis timoꝛ ⁊ laudis amoꝛ. ¶ Ex pꝛimo aũt ramo inanis gloꝛie:qui eſt ambitio:oꝛitur fructus pompe:qui tres fructus hȝ ⁊ vnũ folium.ſ. fauſtũ in ſuperfluo cõmitatu ⁊ ap paratu ⁊ faſtuoſo geſtu ⁊ affatu:que lȝ mõ talia non ſint ex ſuo genere. tamen pꝛo vt oꝛiuntur ex ramo ſuperbie moꝛtalia eẽ poſ ſunt. ¶ Ex ſecundo ramo qui eſt appetit⁹ humani fauoꝛis eſt adulationis foliuȝ:que quandoq; moꝛtalis ⁊ quandoq; venialis. ¶ Qui enim ad malũ alium incitat:malũ

Ambitio

factũ eius laudãdo per adulationẽ. vel alĳ occaſioneȝ pꝛebet:vt in peccato remaneat vel vt vltra merita ſua efferat:ipſum.ſ. fal ſo laudãdo in tali adulatio eſt moꝛtalis. Si auteȝ ſola intentione placendi:⁊ dei gratia quã in veritate ipſa commendet moꝛtalis nullatenus iudicatur. Et hoc Aug. in ſmo ne de purgatoꝛio iudicat veniale ſm igitur hoc folium adulationis:in tria diuiditur: quia aut adulatio eſt de bono habito vel d̃ malo. Item ex ramo appetitus fauoꝛis hu mani. Oꝛitur pꝛodigalitatis fructus: fit enim homo pꝛodigus:vt humanũ fauoꝛeȝ acquirat. Habet autẽ pꝛodigalitas rõnem moꝛtalis ſm ꝙ bona:que in utiles ⁊ ĩ pau peres fundi debeant:inutiliter expendunt̃ perſonis inhoneſtis non ſeruando moduȝ vel tempus. Et quidem vitiuȝ in perſonis eccleſiaſticis:quoꝝ bona vltra ſuſtentatio-nem perſone ⁊ ſtatus debent pauperibus erogari. ¶ Secundũ hoc aũt pꝛodigalitas quattuoꝛ fructus habet:quia nec perſonaȝ cui dat:nec modũ:nec tempus ꝯſiderat:⁊ incuriam ſecuȝ habet. Eſt aũt incuria. quũ quis ſic curam de bonis ſuis abĳcit. ꝙ bo na eius depereunt:que a deo collata ſunt: vt ex inde ſuſtentent̃ pauperes xp̃i. Hec aũt incuria non iudicatur moꝛtalis niſi ſm ꝙ ex aliqua radice moꝛtali ꝓcedit. Q̃nq; enim ex contemptu tempoꝛaliũ pꝛocedit. tamen ſemper ad indiſcretionẽ pertinet:et ex tanta negligentia pꝛocedere põt. ꝙ moꝛ talis eſſe poſſet:vt ſi foꝛte indigentiã mani feſtam viderit:⁊ bona quibus eos iuuare poſſet deperire permittit. Item ex tertio ramo inanis gloꝛie: qui eſt timoꝛ cõfuſio-nis:hi pꝛocedũt fructus. Mala ſcilicet ve recundia:⁊ falſa humilitas. ¶ Verecũdia autem hos habet fructus ſecum.ſ. Erube ſcentiã diuinoꝝ:vt quũ quis erubeſcit vel facere miſſam:vel oꝛare. Item verecũdiã paupertatis parentũ vel pauperũ amico-rum. ¶ Itẽ in confeſſione. ſm ꝙ aliquis confeſſionem dimittit:vel nõ confitet̃ ve-

ritatē ꝓpter confusionis timorē. Falsa aūt humilitas est: cum aliquis seipsum humiliat: ne per superbiā minus reputeē ab aliis. ¶ Item ex illo ramo: qui est timor confusionis. hec folia oriuntur. videlicet veritatis negatio in iudicio vel extra iudiciū: veritatis impugnatio: falsa excusatio: peccati defensio. ¶ Ista aūt que ad timorem confusionis pertinēt habent rationē mortalis. non ex genere sed ſm q̄ amor fauoris humani amori diuino preferetur. ¶ Et eligit hoc magis contra deū facere q̄ꝫ confusionem humanā incurrere. Hoc tamen circa negationem veritatis in iudicio aduertendum est. q̄ ex suo genere mortale est: ⁊ q: superiori in iudicio obedire tenemur: ⁊ iusticie opponitur. ¶ Si tamē aliquid superior interroget: qđ ſm iuris ordinē interrogare nō debet: pōt appellari: sed nullo modo licet mentiri. ¶ Ex quarto ramo inanis glorie: qui est amor humane laudis oriūtur tres fructus. s. hypocrisis ostentatio. Singularitas: ⁊ iactantie foliū: qđ ī quattuor ē diuisum. Aut enim est de bono habito vel non habito. aut de malo facto vel nō facto ⁊ de his per ordinē videamus. ¶ Est aūt hypocrisis ſm hysidorū simulatio boni ñ existentis. vnde est mendaciū in signo. Sicut. n. mendaciū omne: non semper est mortale: sed quando est indetrimentū proximi vel contra veritatē fidei vel morū: sic nec hypocrisis semꝑ est mortalis: nisi quādo fit intentione decipiendi sub specie bonitatis. sicut illi: qui simulant sanctitatē vt bona ecclesie habeant: que habere digni non sunt ⁊ ecclesiam per suam simulationē decipiūt. Qñ aūt fit intentiōe laudis: tūc deea siē de inani gloria iudicandū est sicut superius est expressum. ¶ Ostentatio est quando bonū qđ quis habet vel habere se putat exterius ostendere nititur: vt laudē humanam ex inde cōsequaē: nec est mortale ex suo genere: nisi ſm q̄ inanis gloria iudicaē mortalis. ¶ Singularitas est quum quis vult singulariter apparere: ⁊ secum habet fructus diuersos. ſm q̄ in diuersis materiis inuenitur. cum scilicet cōmunia quis nō dignaē facere vel docere: vel modū singulareꝫ in factis satagit ostendere. ⁊ hoc quādoqꝫ rationem mortalem habere diciē ſm conditionem radicis eo modo quo inanis gloria que propter hoc intenditur esse mortalis. ¶ Jactantia qñqꝫ mortalis qñqꝫ venialis. Quum. n. quis se iactat de bono qđ habet vel se habere putat: vt inanem gloriam cōsequatur: tunc iudicandū est de tali iactātia sicut de radice ipsius. Quum de bono qđ nō habet: tunc est ibi mendaciū: ⁊ tunc si tale est mendaciū: qđ si contra diuinā reuerentiam: vel proximi caritatē habet rōnem mortalis: ɔtra dei reuerentiam se iactabat phariseus luce. xix. velut publicanus. Quū āt quis de peccato mortali qđ nō feē vł qđ fecit se iactat mortale ē. quoniā ī peccato facto sibi complacet ⁊ vnde confusionem meruit querit gloriam: si factum suuꝫ in alios extendit. Item nota q̄ fructus singularitatis. qui procedit ex inani gloria vt iam supradiximus: non solum per moduꝫ fructus in opere. sed etiam per modum rami debet describi in arbore ad significandum voluntatem singularem apparendi. ¶ Ex hoc autem ramo procedit ramus inuidie. Sic autem ex voluntate singulariter apparendi procedit: quia dum quis videri singulariter appetit. si aliquem videt in gratia preminere qui eius offuscet gratiam eidem inuidet: ⁊ est peccatuꝫ mortale. Est autem inuidia tristicia de bono alterius secundum Dam. Circa qđ notatur qđ hoc: quattuor modis potest contingere: vno quidem modo cum quis bonum alterius sibi esse damnosum aduertit: et cum quis de promotione inimicorum tristatur: ⁊ hoc rationem mortalis non habet. Item ſm q̄ quis bonū videt in alio in quo de-

iactatia

inuidia

ypocrisis singularitas
ostentatio

 Judicium

fectum patitur: ⁊ ex quo dolet nõ quidem q: alius bonũ habeat: sed q: ipse nõ hz ⁊ nõ habet ratiõe peccati. Itẽ alio modo dolet quis de bono alterius inquantũ ipm indignũ videt bonis que hz ⁊ hoc etiã non hz rõnem peccati in bonis tpalibus: que hoi qñqz proficiunt ad ruinã. Alio modo qs dolet de bono alterius fm ꝙ per bonũ alterius gloriã suam putat diminui: ⁊ hoc est inuidia: que iudicatur mortalis. Et q: ex ramo procedit superbie. Et q: directe opponitur caritati in qua vita aie conseruatur. Sicut aũt de superbia dictũ est: ꝙ quidam motus ꝓueniũt ratiõe quibus ratio nõ cõsentit: nec habent rõnem mortalis: ita ⁊ de inuidia est dicendũ. De ramo aũt inuidie precipue exeunt duo rami. s. exultatio i aduersis: ⁊ dolor in prosperis: qui sicut dictũ est de inuidia rationem habent mortalis.

¶ De primo aũt ramo. s. de gaudio in aduersis: oriũtur hi fructus. Machinatio. Scãdalũ. Insidie Proditio. Suspitio. Judicium. Inter hec folia: discordiarum seminatio. Secretorum ⁊ confessionis reuellatio signo vel verbo: vel circunstantia. Falsum testimoniũ de quibus sigillatim aliquid ẽ dicendũ. ¶ Machinatio est mali occulta: et studiosa procuratio. Scandalũ fm Augu. dictum vel factum minus rectum prebens alij occasionem ruine quum. s. aliquis aliũ in malũ inducit: ⁊ est mortalis quum aliqs per ɔsiliũ vel exemplũ ex intentione inducitur in mortale. ¶ Insidie sunt pro vt hic (Insidia) de insidijs loquimur. Inuestigatio ⁊ consideratio factorum alterius vt accusari possit deprehẽsus in malo. Proditio est cũ aliqs amicitiã ɔd alium simulat vt ipsum decipiat de quo dicit Boetius: ꝙ nulla pestis efficatior est ad nocendũ qz familiaris inimicus. Suspitio est cũ quis facilis est vt malũ de alio suspicetur: vnde Tulius suspitio ẽ mala opinio ex leuib9 causis: ⁊ hoc ex mala affectione inuidie procedit: ⁊ tunc habet rationem mortalis: alias autem non iudicatur mortalis. ¶ Judiciũ peruersum est cũ quis ad aliũ male affectus: non solum malum suspicatur in ipso ex causis leuibus verũ etiã diffinit in corde vel ore similiter peccatum mortale cõmitti ab aliquo ⁊ hoc de suo genere est mortale ex quacunqz radice procedat: vnde glosa super illud ad Corin. iiij. Nolite ante tempus iudicare. suspitiones vitare non possumus: q: homines sumus iudicia tamen. i. sententias diffinitiuas cauere debemus. ¶ Hoc aũt iudiciũ vsqz a nimis graue peccatum ꝓcedit cũ qs ex sola suspitione ex causis leuibus condẽnatur. Jtem folia que de ramo isto procedunt sicut dictum est sunt discordiarũ seminatio.

¶ Quum enim aduersitati quis ɔgaudet alterius alios concitat ɔtra ipm: qđ ẽ peccatũ mortale. vnde prouerbiorum. vi. dicitur. Sex sunt que odiuit dominus: ⁊ vltimum ponitur tanqz peior qui seminat inter fratres discordias. ¶ Jtẽ secretorum reuellatio ꝙ est peccatũ mortale. cũ tale secretũ est: qđ in illius: qui secretũ cõmisit potest verti in detrimentũ. ¶ Tunc aũt maximũ est peccatũ quum videlicet ad reuellationẽ ɔfessionis: verbo vel signo: vel circunstãtia aliqua quis procedit. ¶ Secũdus ramus inuidie principalis est dolor in ꝓsperitate proximi (dolor) qđ vt supradictũ est de inuidia habet rõnem mortalis. ¶ Ex hoc aũt ramo ꝓcedit (detractio) detractionis foliũ: quo proximi ꝓsperitas impeditur. ¶ Hoc autem foliũ principaliter in duo diuiditur: q: qui detrahit: aut hoc est: eius bonũ diminuendo: aut eidem malũ imponendo. ¶ Primũ folium quattuor folia secum habet bonum proximi tacere dimittere peruertere: ⁊ negare. ¶ Ex secundo autem ramo hec folia procedunt. Malum libenter audire dissimulare: confirmare: aggrauare addere: reuellare.

¶ Jmponere de quibus videamus qualiter humaniter habeant rationem mortalis. Sciendum igitur ꝙ est dignatio fame alterius per verba occulta. Unde eccle. x.

¶ Si mordeat serpens in silentio nihil ha
bet rõnis minus qui occulte detrahit: habz
autem ex suo genere rationez mortalis. Cũ
enim ꝑm sapienté. prouer. xx. Melius sit
nomen bonũ q̃z diuitie multe. Sicut mor-
tale est rem inuito domino pertractare: et
qui hoc facit ad restitutionez tenet: sic etiá
alterius famá auferre mortale é ⁊ qui hoc
facit ad restitutionem tenetur. Hoc tamen
circa istam materiá est aduertendũ. ꝙ q̃dli
bet breue verbũ q̃d in derogationem ver
git alterius nõ est iudicandũ mortale maxi
me quum ex habitu inuidie non procedit.
¶ Ad detractionem aũt spectat vt dictum
est: bonũ proximi tacere. q̃d quidem mor-
tale est cum videt aliquis iniuste famam al
terius deperire. Sicut. n. in arta necessitate
tenemur proximo in rebus temporalibus
prouidere: sic etiam ⁊ in necessitate famaz
eius seruare. ¶ Diminuere bonum alteri
us est: cum aliquis cõmendationem alteri9
audire nõ potest. sed eam diminuit. q̃d cari
tati opponitur: ⁊ si ex ramo inuidie proce-
dat mortale est. Quandoqz tamen absqz
mortali contingit: vt cum quis audit cõmé
dari indignũ vel vltra merita: ⁊ ex hoc po
test oriri aliqua deceptio: tunc nõ habet rõ
nem peccati. ¶ Cõuertere bonũ alterius
est bonũ q̃d negari non potest mala inten
tione factũ asserere. vnde de tali dicit ec-
cle. xi. Bona ⁊ mala conuertens insidiatur
⁊ in electis ponit maculam. Q̃d manifeste
habet rationem mortalis. quũ procedit ex i
uidia tamen cũ hoc ex falso procedit iudi-
cio de hoc quandoqz iudicari debet. sicut
de malo iudicio est dictum. Quum q̃s bo-
num peruertit alterius cum mendatio tale
mendacium cum sit pernitiosum ratio-
nem mortalis sortitur. ¶ Item negare bo
num alterius. q̃d scitur inesse pertinet ad
detractionez mortalé. ¶ Item de alio ma
lum libenter audire: vel occasionem detra
ctionis prestare vel dissimulare cum possit
corrigere est mortale vnde Apostolus ad
Ro. i. Detractores deo odibiles esse cõ-
memorat. dignos morte iudicat. non solum
autem facientes. sed consentientes. Tamen
circa hoc debemus dicere ꝙ si aliquis de-
tractionem alterius audiat ⁊ non ex inui-
dia: sed ex verecundia vel aliquo timo-
re humano ne offendat aliquem. non
est iudicandum mortale nisi sit talis perso-
na. ꝙ ex officio corrigere debeat: cui possz
cedere imortale. ¶ Item malũ audituz de
aliquo confirmare ⁊ additis circunstãtijs.
Aggrauare: vel dicto alterius addere mé
daciter vel veraciter ad diffamationem in
tendendo est mortale. Multum tamen in-
terest vtrũ hoc procedat ex inuidia vel in
discreto zelo iusticie. Quandoqz enim con
tingit mala aliaꝝ facta ex quadam indigna
tione vel leuitate loquendi: nec intentione
diffamandi contra aliqué malũ recitari: vl'
etiam aggrauari ꝙ esset dirũ iudicare mor
tale. Hoc tamen a plerisqz magis dicitur
ꝙ crimen alterius ⁊ verum extra cor-
rectionis ordinem reuellare mortale est.
¶ Ordo át correctiõis fraterne é a domi
no Mat. xviij. Si peccauerit in te frater
in te. i. te sciente vade ⁊ cor. ⁊c. Hic etiam
circa istam materiá est nontandum. ꝙ cri-
men alterius de te grauare vbi non põt ꝓ
desse nisi ad diffamationem est contra or-
dinez correctionis fraterne. ¶ Itez ex me
dio duoꝝ ramoꝝ inuidie descriptorum ꝓ
cedit ramus rancoris. ¶ Quum enim in-
uidus bonũ proximi non potest diminue-
re: nec eidem malũ inferre prorũpit in cor
dis rancorem. Est autez rancor motus cor
dis grauis ex mala affectione procedens i
proximum. ⁊ habet rationez mortalis si ex
inuidia procedat: vel libera voluntate. Ex
libera autem volũtate dico: quia contingit
interdum ꝙ aliquis homo propter suam i
eptitudinem vel illatam iniuriá sine motu
displicentie videri non potest: q̃d quidez in
multis magis habet rationez passionis q̃z
peccati dum voluntas libera non cõsentit.

Ex hoc autem ramo rancoris procedit ra
mus odij. qui manifeste habet rōnem mor
talis: quia recte caritati opponitur in qua
vita anime conseruatur. ¶ Hoc etiam ad
uertendum q̄ non solum s̄m preceptū te
nemur diligere amicos: sed etiā inimicos
⁊ malos: vitium: tamen in aliquo nō tene
mur diligere. vnde ⁊ si quis quandoq̄ cō
tra alium moueatur propter eius vitium
quandoq̄ non est vitiū: sed virtus l3 quan
doq̄ zelus indiscretus circa hoc possit cō
tingere: ⁊ sic oditur vitium qđ aliquādo re
dundat in psonam. Debent aūt: s̄m Aug.
in speculo: corrigi vitia hoīum cū dilectiōe
psonarū ⁊ odio vitiorū. ¶ Ex ramo āt odij
orit ram⁹ ire. Est āt ira vt h̄ accipit inordi
nat⁹ animi motus ad nocēdū pximo sine
causa. Et cum sit cōtra caritatem habet ma
nifeste rationem mortalis. Hoc tamen no
tandum est q̄ quelib3 ira non debet iudica
ri mortalis. Scđm enim Grego. Est ira p
zelum ⁊ est ira per vitium. ¶ Est autē ira
per zelum cum quis multū intense contra
malū mouetur: ⁊ in punitionem tendit. qđ
quidem virtutis est: nisi zeli indiscretio īter
ueniat sicut de odio īmediate est predictū.
Ira autem per vitiū est cū quis contra p
ximum mouetur iniuste: ⁊ ad eius penam
intendit. Et quandoq̄ sicut de alijs vitijs
est dictum talis motus preuenit iudiciū ra
tionis ex complexione: vel ex causa alia:
⁊ tunc non habet rationē mortalis. ¶ Ex
hoc autem ramo ire procedit ramus appe
titus vindicte: ⁊ fructus crudelitatis ⁊ fo
lium discordie que ꝯsistit in verbis. Circa
appetitum vindicte intellige. q̄ aliquis vin
dictam de aliquo dupliciter potest appete
re: aut inquantū est ī proximi nocumentū
⁊ procedit ex odio: aut inquantum per pe
nam potest corripi proximus ne decetero
ad peccatum declinet: ⁊ hoc modo vindi
ctam appetere non est malū. licet autē ve
re penitens debet aduertere. q̄ quandoq̄
mens sibimet mentitur. ⁊ q̄ facit ex odio
ex bona intentione fieri sibiipsi simulat: ⁊ ī
hoc ꝯsciā suā mēdaciter īformat. ¶ Ex ra
mo appetitus vīdicte oriuntur hi fructus.
Calūnia vexatio damnificatio. Calumnia
est falsi criminis impositio: ⁊ est manifeste
mortale q̄r ē pnitiosū mēdaciū ⁊ pcedit ex
odio: ⁊ quia iniusticia inuenitur ibidem.
¶ Est autem vexatio quum quis aliū tra
hit ad iudicium sine causa: ⁊ ipsum in per
sona sua vexat: ⁊ in expēsis damnificat: qđ
fit quandoq̄ per falsas litteras vel falso ī
petratas: vel nō suas: s3 alterius vel iuris
ordine pretermisso vel ad impossibilia ob
ligando: vt citando coram diuersis iudici
bus ad loca distantia ⁊ iniuste. In quibus
causis nō solū quis peccat mortaliter: verū
etiā ad restitutionē omniū damnorū ⁊ ex
pensarū tenet. ¶ Itē damnificatio ē quū
quis in temporalibus bonis damnificat et
est mortale. Hoc etiā potest fieri dupliciter
aut impediendo bonū habitū vel habēdū
aut malū inferendo qđ etiā fit plurib⁹ mo
dis: que per modū fructus in arbore ōsēr ī
bunt vnde circa hoc ē notandū q̄ quinq̄
modis est quis reus damnificatione proxi
mi. scilicet faciendo: precipiendo: consulen
do: iuuando: dissimulando. s. quum prohi
beri potest vel impediri damnū pximi ⁊
volūtarie sustinet. Et quattuor casibus pri
mo dictis qui sic reus est ad restitutionē te
netur. Et in oībus istis est peccatū morta
le qm̄ hec omnia directe caritati pximi op
ponuntur. Hoc tamen circa dissimulatio
nem damni alterius est aduertendū. quot
alterius damnū dissimulare non semper
iudicandum est mortale: puta cum quis ex
timore magis q̄3 ex ira vel odio dissimu
lat timens ne forte malefactores contra ip
sum moueantur: ⁊ in damnum proprium
possit aliqualiter redūdare: vel in casu vbi
probabiliter credit q̄ sua correctio non pro
desset. vnde Augustinus primo de ciuita
te dei. Si propterea quisq̄ obiurgandis ⁊
corripiendis mala agentibus parcit ne de

teriores efficiantur: non videtur eſſe cupi-
ditatis occaſio ſed conſilium caritatis.
¶ Secundus ramus ire eſt crudelitas ex
qua oriuntur hi fructus. Incarceratio per
cuſſio verberatio: duellum: bellum mutila
tio: ⁊ occiſio de quibus aliquid videamꝰ.
Eſt autem crudelitas ſecunduꝫ Senecam
atrocitas animi in exigẽdis penis. Ex hoc
etiam ramus feritatis procedit. ¶ Eſt au-
tem feritas cum quis ſeuit in proximum
abſqꝫ aliqua culpa precedente in ipſo ⁊ in
hoc a crudelitate differt: quia crudelitas ẽ
exceſſus in infligendo penam pro peccato
cõmiſſo: habet autem vtrunqꝫ rationem
mortalis: quia opponitur caritati. Si tamẽ
exceſſus in puniendo ex zelo iuſticie quan
doqꝫ contingat vt alij terreantur: niſi ſit ex
ceſſus nobilis non eſſet de facili iudicandũ
mortale. Punire autem abſqꝫ omni culpa
⁊ cauſa ſemper habet rationẽ peccati mor
talis. Abſqꝫ auteꝫ cauſa dico: quia ſine cul
pa quandoqꝫ quis punitur non tamen ſi-
ne cauſa ſicut patet in crimine leſe maieſta
tis. Et quandoqꝫ etiam illi de terra alicuiꝰ
inquantum ſunt res domini offendentis
abſqꝫ culpa propria in tẽporalibus puniun
tur. ¶ De incarceratione autem ⁊ verbe
ratione vel percuſſione: mutilatione: vl' oc
ciſione proximi: clarum eſt ꝙ habent ra-
tionem mortalis niſi fiant per iuſticie au-
ctoritatem iuris ordine: ⁊ moderamine ob
ſeruato vim, vi repellendo cum modera-
mine inculpate tutele: hec enim opponun-
tur caritati proximi: ⁊ licet de ſuo genere
mala ſint tamen multum aggrauantur ſe-
cundum radicem ſi ex radice odij oriũtur
hoc tamen de percuſſione notanduꝫ: ꝙ pa
rentum percuſſio ſpecialius eſt peccatum a
quo ſimplex ſacerdos non poteſt abſolue-
re ⁊ eſt contra preceptum diuinum de ho-
nore parentum: percuſſio auteꝫ clerici gra
uior eſt quam alia ⁊ ſi grauis eſt ad ſolum
papam pertinet abſolutio. ¶ De bello au
tem notare debemus ꝙ ad iuſtum bellum
tria ſpecialiter requiruntur ſine quibus ha
bet rationem mortalis. videlicet principis
auctoritas. vnde Auguſtinus contra fau-
ſtum. ſuſcipiendi belli auctoritas atqꝫ conſi
lium penes principes ſit. Item iuſta cauſa.
vnde Aug. Iuſta debent eſſe bella que vl
ciſcuntur iniurias: tertio requiritur intẽtio
recta. vnde Auguſtinus de verbis domi-
ni. Apud veros dei cultores bella nõ cru-
delitate aut cupiditate geruntur. ¶ Duel
lũ autem nota ꝙ ſecundum iura eſt prohi
bitum ⁊ ſecundum rationem habet rõneꝫ
mortalis ⁊ in appellatione ⁊ in domino cu
ius auctoritate fit: ⁊ procuratoribus ⁊ i pu
gilibus propter pecuniam. Et hoc patet cũ
manifeſte habeat rationem tentationis di-
uine ⁊ a forti debilis per naturam vinca-
tur dicunt tamen quidam ꝙ cõſuetudo ex
cuſat in hoc facto cuius contrarium tene-
tur: cõmuniter a theologis ⁊ diuinis: ⁊ iu-
ris peritis. ¶ Tertium quod ex ramo ire
procedit eſt diſcordie folium: ſecundum ꝙ
conſiſtit in verbis. ¶ Ex diſcordia eniꝫ ani
moruꝫ etiam diſcordia verboruꝫ procedit.
Hoc autem folium in huiuſmodi folia eſt
diuiſuꝫ que ſunt. Irritatio. Cõminatio. Cõ
tumelia. Improperium. Maledictio: pro
cacitas: clamor ⁊ irrecõciliacio. Circa ma
teriam iſtam in generali notandum eſt ꝙ
diſcordia in verbis contentio dicitur: qua
quis verbis alterius procaciter contradi-
cit. vnde ꝯtentio duoꝝ dicitur. Dicit. n. mo-
dum inordinatum ⁊ contradictioneꝫ. Po
teſt igitur inordinate aliquis contradicere
proximo malum ⁊ falſum dicenti: ⁊ tunc
ratione contradictionis peccatum nõ ha-
bet: ſed in modo poteſt eſſe exceſſus. ſ. cum
excedit modũ negotij vel pſone: ⁊ põt eſſe
mortale. cũ qs ad ꝯfuſionẽ anhellat alteriꝰ
ex ira forte: vel odio: vel ſit tanta ꝯtentio.
ꝙ ex inde ſcandalum oriatur. Quum au-
tem quis contendit cum aliquo ⁊ veritati

etiam contradicit: vel veritati impugnat ex
inuidia vel ira: vel odio: tunc est mortalis
contentio: ⁊ hec est contentio que inter ope
ra carnis ab Apostolo numeratur ad gal.
sexto. Qui talia agunt regnuȝ dei non pos
sidebunt. Huiusmodi autem contentionis
species vt dictum est irritatio: quando ali-
quis proximo loquitur pungitiue: secun-
dum ꝙ quandoqȝ contingit ꝙ homo ex
odio quod habet ad alterum libenter eum
verbis stimulat ⁊ irritat sicut de fratribus
Joseph. gen̄. trigesimo octauo dicit. Ode-
rant eum nec poterant ei quicq̄ȝ pacifice lo
qui: ⁊ sic est mortale peccatum secundum ꝙ
ex odio vel ira mortali procedit: vnde de
hoc iudicandum est secunduȝ rationem ra
dicis. Item cuȝ hoc folio est cōminatio: cū
scilicet aliquis alicui se malum facturū pro
mittit: ⁊ sicut ledere proximum est mortale
sicut dictum est superius: sic malum com-
minari: quod si fieret mortalis esset pecca-
tum mortale est: si sit deliberatio: ⁊ propo-
nat facere quod minatur. vnde eccle. vige
simo secundo. Ante sanguinem maledicti
⁊ contumelie ⁊ miserie. Sequitur videre
de contumelia. Improperio ⁊ conuitio ⁊
notandum ꝙ contumelia est obiectio crimi
nis perpetrati. Improperium est cum quis
iniuriose reducit ad memoriam auxilium
quod contulit necessitate patienti. Eccle. xx.
pauca dabit ⁊ multa improperabit. Con
uitium autem est: cum defectus corporalis
vel aliud quodcunqȝ crimen obijcitur ad
confusionem persone: ⁊ de his videamus
quomodo habeant rationem peccati. Hoc
igitur circa istam materiam est notandum
ꝙ cum secundum philosophum voces sint
signa intellectuuȝ: multum considerandum
est quo animo verba dicantur. Contingit
autem quandoqȝ talia verba dici ex indi-
screto zelo: vel zelo iustitie aut amoris vel
ex quadam surreptione ⁊ subito motu ire:
⁊ tunc non esset iudicandum. mortale nisi
tantus esset excessus ⁊ verba sic inordina-
ta ꝙ aliquis per talem contumeliā in diffa
mationem incureret manifeste. Tunc enim
zelus iustitie nullatenus excusaret quin pec
caret mortaliter: sicut si aliquis aliquem lu
dendo interficeret per cautelam: tamen
posset peccare mortaliter. Cum auteȝ quis
alteri conuitium: vel contumeliam vel im
properium dicit motus ad proximi confu-
sionem ⁊ dehonorationem intendens: tunc
agitur contra charitatem proximi ⁊ peccat
mortaliter: ⁊ sic intelligitur verbum domi
ni. Mathe. quinto. Qui dixerit fratri suo
fatue reus erit gehenne ignis. Item folium
discordie vt dictum est superius est maledi
ctio: vt cum aliquis malum alij imprecat
optatiue: ⁊ manifeste habet rationem mor
talis: quia est contra proximi charitatem:
si tamen mente ita teneatur sicut ore profer
tur. Et hoc modo loquitur Apostolus ad
corin. sexto. vbi dicit ꝙ maledici regnum
dei non possidebunt. Contingit tamē ver-
bum maledictionis esse veniale: vel pro-
pter paruitatem mali optati: vel quia ludo
vel surreptione: vel zelo iustitie: vel non
malo affectu verba dicuntur. Et hoc modo
Augustin⁹ in sermone de purgatorio: hoc
iudicat veniale. ¶ De clamore autem ver
borum ⁊ procacitate sciendum ꝙ quādoqȝ
contingit: ꝙ licet intentione verborum con
uitia grauia non dicantur: tamen tātus cla
mor ⁊ procacitas potest esse ꝙ scandalum
sequitur: vel etiam ex intentione proximus
prouocatur: ⁊ tunc habet rationem morta
lis eo modo quo dictum est de contentio-
ne: si tamen ex deliberatione procedit ⁊ ex
ramo ire vel odij procedit: alias autem nō
iudicaretur mortale. Item ad discordiam
pertinet. Irreconciliatio cum scilicet quis
proximum per contumeliam vel alio modo
lesit: ⁊ ipsum pacificare contempnit. Sicut
enim rem alterius ablatam vel famam te-
nentur restituere proximo sic ⁊ pacem pe

tendo veniam: vnde conuenie͂ter dicit Augustinus in specl'o: ꝙ melior est: quãuis ira sepe tentetur: tamen ad impetrandum festinat: vt ei dimittat: cui se fecisse agnoscit iniuriam: q̃ꝫ qui tardius irascitur: ⁊ ad impetrandum veniam tardius inclinatur: vnde non pigeat ex ipso ore proferre medicamenta: vnde facta sunt vulnera: ꝙ siquis contempnat facere peccatum committit sicut patet per verbum veritatis. Mathe. quinto. Si offers ⁊c. secundũ glosam: munus nequaq̃ꝫ acceptatur talis offere͂tis ante reconciliationem fratris. Et per hoc manifeste probatur ꝙ e͂t ibi peccatum mortale. Non enim nisi per peccatum mortale cõmittit acceptionem diuinam. hoc tamen sane debet intelligi cum scilicet talis fuit offensa: quod rationem mortalis habuerit. Qualiter autem contumelia ratione͂ mortalis habeat iam dictum est.

ℂ Concupiscentia diuitiarum.

[S]ecundus ramus qui ex radice concupiscentie ⁊ ex trunco mali consensus procedit est concupiscentia oculorum: qui altero nomine auaritia nominatur. Dicitur aute͂ auaritia secundum ꝙ est auiditas eris. i. pecunie: ita ꝙ per pecuniam omnia temporalia designantur. vnde auaritia est inordinatio animi circa temporalia habita vel habenda: quod duobus modis potest contingere: vel inordinate amando vel appetendo vel iniuste acquirendo. Circa hoc tame͂ aduertendum est: ꝙ vtroqꝫ modo potest esse mortale: cum. s. aliquis amore͂ diuitiarum prefert charitati dei vel proximi: vel cuꝫ iniuste prefertur: vel per rapinam temporalia acq̄runt: ⁊ sic auaritia ab Apostolo inter mortalia cõputatur ad Ro. p̄. Sicut autem de a'ijs vitijs dictum est: ꝙ sua venialia habent: dum. s. rationem preueniũt. Sic enim auaritia quelibet non iudicatur mortalis: vt cum quis ad temporalia inordinate afficitur: tamen citra charitate͂ dei ⁊ proximi: vel proximus in tam modico leditur ꝙ nullo modo iudicaretur mortale. Sed hoc igitur ex primo ramo auaritie tres rami principales procedunt: qui inordinatum desiderium habendi inordinatum habiti amore͂. Et iordinatũ dolore͂ amissi: ⁊ eo modo quo dictum est de auaritia: est iudicandum de ipsis. ℂ Item ex primo ramo qui est inordinatum desiderium habendi procedunt hec: scilicet sollicitudo in mente: ⁊ iniustitia in opere. Hec autem sollicitudo potest habere rationem mortalis: scilicet cum propter solicitudinem rerum temporaliũ dimittuntur necessaria ad salutem. Unde ex hoc ramo sabbati violatio. Cum. s. contra preceptum diuinum vel ecclesie tempora non seruantur. Per hoc autem sabbatum in lege nostra dominica intelligitur ⁊ festa ab ecclesia instituta. Obseruatio siquidem diei dominice est de iure diuino. s. preceptum diuinum. Exo. vigesimo. Meme͂to vt diem sabbati sanctifices. Ex constitutione ecclesie ⁊ spirituſſancti familiari consilio propter solemnitatem resurrectionis dominice ⁊ propter quieteꝫ que octaue etati respondet succedit dominica sabbato ⁊ in ipsa cessare a seruili opere debemus ⁊ vacare diuinis. Hoc tamen circa istam materiam est notandum ꝙ obseruatio ista quantum ad aliquid est moralis ⁊ de iure diuino quantum autem ad aliquid cerimonialis ⁊ ad ius positiuum pertinet. Qđ enim homo aliquod tempus habeat ad vacandum diuinis: hoc pertinet ad morale preceptuꝫ. Sed ꝙ tali vel tali die: vel ab isto opere cesſetur: vel ab isto hoc ad ius positiuum pertinet Igitur mandatum diuinum transgreditur: qui sic temporalibus negotijs occupatur: ꝙ nunq̃ꝫ vacans diuinis. Precipue etiam festum vel dominicaꝫ violat: qui pec

Nota

Avaritia

cato operam dat: Hoc eſt enim opus ſeruile: quia qui facit peccatum ſeruus eſt peccati. Unde Auguſtinus de decē cordis. Melius faceret iudeus in agro ſuo aliquid vtile, q̄ꝫ in theatro ſeditionis exiſtere: ⁊ melius femine eorum die ſabbati lanam facerent: q̄ꝫ tota die in neomenijs ſuis impudice ſaltare: quod tamen intelligendum eſt de ludis: qui fiunt cum peccato mortali. Nō enim intelligo ſabbatum violari per peccatū veniale: quia ſecum compatitur obſeruantia mandatorum. De operibus autem mechanicis que ſeruilia dicuntur: ſicut iaꝫ dictuꝫ eſt ad eccleſiam pertinet iudicare qualiter ſit abſtinendum: vnde eccleſia pro tempore neceſſitatis que legem non habet diſpenſat: vnde in hoc caſu preceptum vniuerſalis eccleſie particulariter vel cōſuetudo generaliter approbata ab omnibus eſt obſeruanda: vnde de mercatis ⁊ quadrigatione ⁊ negociatione ⁊ nundinis ⁊ talibus: que quandoqꝫ fiunt in multis locis diebus dominicis ⁊ feſtiuis: vtrum ſit mortale vel nō a legiſlatoris interpretatione dependere videtur. Si enim hoc eccleſia prohibeat ſub virtute obedientie conſtat tranſgredi: eſſe mortale peccatum. Secundum quod ex ramo inordinati appetitus temporalium procedit vt dictum eſt: eſt iniuſtitia in opere: que in duos fructus principales diſtinguitur: quia aut eſt apertā iniuſtitia aut occulta: que fraus alio nomine nuncupatur. In iuſtitia autem aperta hos fructus ſecum habet: qui ſunt furtū: vſura: rapina: ⁊ iniqua ſententia. De quibus aliquid videamus.

Furtum

¶ Circa furtum nota: ꝙ furtum eſt occulta rei contractio inuito domino: ⁊ habet rationem mortalis: inquantum eſt cōtra iuſtitiam: ⁊ opponitur charitati proximi: vnde lex diuina dicit. Non facies furtum: hoc tamen aduertendum: ꝙ tam modica res poſſet eſſe: vel tam modici valoris: ꝙ non haberet rationem mortalis niſi forte adeſſet voluntas maius accipiendi ſi facultas adeſſet: vel in illo modico eſſet alterius notabilis damnificatio. Plus enim quandoqꝫ damnificatur pauper in paruo: q̄ꝫ diues in magno: vel niſi forte eſſet tanta neceſſitas: ꝙ acipere rem alterius cogeretur. Tunc enim poteſt aliquis rem alterius pro extrema vel vrgenti neceſſitate corporis accipere: quia in neceſſitate omnia ſunt communia: ⁊ tunc furtum dici non debet: quia ſuum eſt: ꝙ in neceſſitate accipit: vel etiam pro neceſſitate alterius: vnde Ambroſius. Eſurientium panis eſt: quem tu detines: loquitur de auaro. Huius autem furti quatuor ſunt ſpecies: ſcilicet: rei occulta acceptio: rei inuente detentio: ſacrilegium: proprietas in religioſis. ¶ Circa rei inuentionem nota ꝙ quedam inueniuntur in littore maris vel aque cōmunis. Talia enim cedunt improprietatem: inuenientis. Similiter: ⁊ theſauri qui inueniuntur in terra qui non fuerunt a tempore a quo memoria in bonis alicuius: tamen ſecundum leges dominus terre debet habere medietatem: vnde Mathe. decimo tertio dicitur de inuētione theſauri abſconditi ꝙ emit eum. Illa autem que inueniuntur: que vt probabiliter fuerunt in bonis alterius retinere eſt furtum. vnde Auguſtinus. Siquid inueniſti ⁊ non reddidiſti rapuiſti. Si auteꝫ poſſeſſor inueniri non poſſit cōſuetudo terre eſt ſeruanda. ¶ Circa ſacrilegium nota: ꝙ ſacrilegium eſt ratione acceptionis ſacre rei: vel in loco ſacro: ⁊ ſecundum hoc triplex eſt ſpecies ſacrilegij: vt quando aufertur ſacrum de ſacro vel non ſacrum: de ſacro vel ſacrum de non ſacro. ¶ Quarto circa furtum religioſorum in retentione proprij. Notandum ꝙ dicit Auguſtinus de religioſis: ꝙ ſiquis rem ſibi collatam celauerit furti iuditio condemnetur. Tunc autem intelligo hoc celari ⁊

Tres ſpecies ſacrilegij

habere proprij rationem quando sic celatur: ꝙ si etiam prelatus in virtute sancte obedientie preciperet ꝙ reuelaretur: etiam celaretur. Nec aliter intelligo mortale: nisi quando voluntatem prelati preceptoriam detineretur. Hoc etiam notandum de religiosis ⁊ dispensatoribus ⁊ filijsfamilias ⁊ vxoribus ꝙ furtuꝫ possunt committere: si notabiliter dominos rerum in dispensando damnificant contra voluntatem ⁊ intentionem dominorum. Quum autem intuitu pietatis etiam commune bonum procurando nec mala intentione dant aliqua vel dispensant non est iudicandum mortale. ¶ Sequitur de rapina. Est autem rapina quum quis rem alterius manifeste per violentiā accipit iniuste: ⁊ habet manifeste rationem mortalis sicut de furto dictum est. vnde Isaie sexagesimoprimo. Ego dominus diligens iudicium: ⁊ odio habens rapinam. Potest tamen esse veniale vel etiam nullum eo modo quo de furto dictum est: vel etiam in bello iusto: quando bona inimicorum rapiuntur. Quid autem requiratur ad bellum iustum: dictum est superius. Cum rapina autem sunt fructus alij scilicet inductio noue talie: vel consuetudinis exactio: extorsio: munerum acceptio: ⁊ ludus alearum. ¶ Circa primum notandum ꝙ nouas talias vel leges vel consuetudines constituere ad extorquendum pecuniam absqꝫ iusta causa habet rationem rapine. Item exactio est cum quis debitum inordinate exigit: ⁊ potest habere rationem rapine: cum scilicet creditor videt damnum notabile debitoris: nec necessitatem patitur: sed commode potest expectare: tunc enim posset ledi charitas: ⁊ tanta posset esse necessitas ꝙ exactio habere rationem mortalem. vnde qui a subditis talias ⁊ seruitia isto modo exigunt: nec necessitati eorum quātūcunqꝫ sint pauperes compatiuntur: recte raptores dicuntur: vnde hec que de exactione dicta sunt contra illud preceptum mortale sunt. Exo. vigesimosecundo. Si pecuniam dederis mutuo populo meo pauperi non vrgebis eum quasi exactor. ¶ Tertius fructus rapine est extorsio: quod quidem est cū quis terrendo vel adulando: vel violentis precibus extorquet ab aliquo seruitium vel aliquod temporale: ⁊ tunc quidem potest habere rationem mortalem cum tollitur ratio voluntarij arbitrij ab illo cui infertur talis extorsio: vnde cum talis est qui minatur vel rogat: qui potest nocere: ⁊ cuius offensa probabiliter timetur: nisi habeat qđ petit: ⁊ hoc modo extorsio violenta est: ⁊ sic est contra preceptum leuitici. quinto. Iubetur nō aliqđ extorqueri. ¶ Quartus fructus rapine est munerum acceptio: que quandoqꝫ non habet rationem peccati scilicet cum pauper dat diuiti: reus iudici: creditori debitor. Suspecta est talis munerum collatio ⁊ receptio: ⁊ intentione dantis vel recipientis cito posset inueniri ratio mortalis peccati: vnde cum diues a paupere recipit: vt ipsum secundum iustitiam tueatur: cum alias hoc facere teneatur: ⁊ iudex cui datur aliquid vt peruertat iudiciumqꝫ: vel vt iustitiam consequatur cum munus recipit: aut iudicium peruertit aut iustitiam vendit manifeste habet rationem mortalem. Creditor etiā qui a debitore munus recipit in rationé debiti: videtur ꝙ accipiat: ⁊ si hac ratione non accipit tunc habet rationem vsure. Quandoqꝫ tamen non habet rationem peccati: vt cum quis simpliciter recipit munus absqꝫ mala intentione nec habet rationem quare possit suspicari: ꝙ mala intétióe donet. ¶ Quintus fruct⁹ rapine est fruct⁹ alearum seu taxilloꝝ qui pro-

hibitus est tam a iure canonico q̄ȝ ciuili.
vnde ⁊ de hoc dicūt quidā ꝙ sit peccatū
mortale eo ꝙ sit contra ius canonicum ⁊
ciuile. Et ꝙ ex ludo habetur: nullo bono
titulo possidetur nec potest retineri: sed de
bet pauperibus errogari. Quia enim qui
in ludo lucratur iniuste lucratur: ⁊ q̄ amit-
tit iuste amittit. ideo qui lucratur: eidem a
quo lucratur restituere non tenetur: nisi nō
forte induxerit ad ludendum. Cū auteȝ lu-
dus satis videatur ex radice rationem ha-
bere mortalis peccati: quia. s. ex auaritia vi
detur procedere: ⁊ q: ludo multa cōmuni-
cantur peccata scilicet. Fraus. Mendaciū
Periurium. Blasphemia. Scandalum.
Amissio tēporis. Et ira frequenter. Et hec
causa prohibitionis ludi esse videat. Quū
ludit aliquis causa recreationis peccatis su
pradictis exclusis non videtur habere ra-
tionem mortalis. ¶ Tertius fructus prin
cipalis in iusticie ad proximum que ex ra-
mo auaritie procedit est vsura. Dicitur
autem vsura ab vsu eris: sunt enim que-
dam res quarum vsus est rei consumptio
si quarū dominiū in accipientem transfer
tur: vt pecunia ⁊ bladū: ⁊ vinuȝ: vnde qui
taliū vsum vendit: vsurarius dicitur: ⁊ ha
bet rationem mortalis peccati. ⁊ inquantū
contra preceptū morale iusticie est: q: ven
dit alij qđ suum est cum iam sit translatuȝ
dominiū. Exo. xxij. ⁊ in psalmo. Qui pecu
niam suam non dedit ad vsuram: vsura. n.
in has species diuiditur. ¶ Est enim vsu-
ra in spe quum quis non expresse contra-
ctum vsurariū facit licet speret pro mutuo
se aliquid accepturuȝ ⁊ hac intentione dat
mutuū alias non daturus. constat ꝙ talis
quantū ad deum: qui cor intuet vsurarius
iudicatur. vnde luce. vi. ¶ Date mutuū ni
hil inde sperantes. Item est vsura nō soluȝ
intentione: sed ⁊ opere cū quis debitorē ad
amplius obligat quoquomō vel tacite vel
expresse. Tacite quidem mutuando spēm
pro specie: vt bladū pro blado ⁊ huiusmo-
di: vt ea recipiat tempore cariori: vel dan-
do antiquū pro nouo: vt melius recipiat i-
nouatum. in quibus casibus vsura cōmit-
titur cum proprium cōmodum non necessi
tas proximi ibidem attendatur. Tunc autē
potest manifeste sciri corrupta intentio. cuȝ
solūmodo precluditur infra tēpus quo ca-
rius venduntur. Cum quis autem huius-
modi intēdit seruare vsqȝ ad tempus quo
vendentur carius. licet debitor in se pericu
lum suscipiat: non tamen in creditore iudi-
catur vsura si hoc facit vt proximo subue-
niat. Item tacita vsura est cum quis ratiōe
dilationis plus iusto vendit ⁊ accipit ⁊ cuȝ
quis ratione mutui seruitium vel munus
accipit: vt superius est expressum. Item est
vsura tacita cum quis aliquid cōmune ha-
bet cum aliquo quicquid sit illud ⁊ pericu
lum vel damnū non sit cōmune. Item est
vsura manifesta cum promissum ex pacto
interuenit accipiendi amplius vel etiaȝ ob
ligatio ex pacto ad simile mutuū faciendū.
Secundus ramus principalis auaritie est
iniusticia occulta: que in contractibus mul
tis modis contingit scilicet vendendo: emē
do: cōmutando: ⁊ hoc potest esse quando
circa spiritualia vel temporalia. fit fraus in
numero pondere: ⁊ mensura in valore seu
in quantitate in defectus taciturnitate. cum
scilicet notabilis est defectus ⁊ occultus rei
vendite ⁊ tacetur: ⁊ ita care venditur: acsi
non esset ibi defectus aliquis. Item nota-
biliter care vendendo vel propter necessi
tatem ementis vel per solutionis dilationē
vel propter simplicitatem ementis: qui rei
valorem non nouit. Item in venditione su
specta locutionis. plurima scilicet rei falsa
cōmendatio periurium execratio verbo-
rum duplicitas seu falsitas que omnino se
cundū ꝙ ad nocumentū proximi vel dece
ptionē ordinant sicut ꝯtra ꝓximi caritateȝ
sūt. Hoc tñ aduertendū. ꝙ sicut supradictū

triplex mendacium

eſt de futuro ita poſſet eſſe pꝛoximi tam
modicum nocumentum: ꝙ quantum eſ-
ſet de ratione contractus non iudicaretur
moꝛtale: hoc tamen circa mendatium eſt
notandum: ꝙ ſicut habetur ſuper illud
pſal. Perdes omnes qui loquūtur mēda
tium: triplex eſt mendatium ſcilicet ioco-
ſuȝ: officioſuȝ quod fit pꝛopter bonū pꝛo-
pꝛium: vel etiam pꝛoximi: ⁊ pernitioſum:
quod fit in nocumentum pꝛoximi vel fi-
dei detrimentum: ⁊ hoc vltimum de ſuo
genere eſt moꝛtale: vnde cum mendatium
fit in pꝛoximi nocumentum in contractibꝰ
patet ꝙ habet rationem moꝛtalis. Hoc eti
am circa periurium ⁊ iuramentum eſt no-
tandum: ꝙ iuramentum ſecundum Hie-
ronymum: tres comites habere debet: ſcili
cet veritatem: iudicium: ⁊ iuſtitiam iudi-
cio caret: iuramentum abſqȝ diſcretione ⁊
deliberatione factum: iuſtitia iuramentum
illicitum quod eſt indetrimentum ſalutis
eterne: veritate autem quum falſum iura-
tur. Circa iuramentum etiam eſt ſciendum
ꝙ duplex eſt iuramētum. ſ. aſſertoꝛium ⁊
pꝛomiſſoꝛium. Iuramentum aſſertoꝛium ē
cum falſum iuratur: vel quod creditur eſſe
falſum ex ſuo genere eſt moꝛtale ⁊ contra
pꝛeceptum diuinum: de non aſſumēdo no
men dei in vanum. hoc autem ſic intelligē
duȝ videtur: cum quis ex deliberatiōe pec
cat ⁊ ſe peccare aduertit: Circa iuramen
tum pꝛomiſſoꝛium notandum: ꝙ cum qs
pꝛomittit per iuramentum aliquid ſe fa-
cturum ⁊ deliberatiue tenetur illud adim-
plere: aliter eſt tranſgreſſoꝛ pꝛecepti: niſi
foꝛte ad implendum reddatur impotens:
vel niſi iuramentum vꝛgeat aliquo modo
contra dei vel pꝛoximi charitatem. Dicit
enim Iſidoꝛus. In malis pꝛomiſſis reſcin
de fidem: in turpi voto muta decretū. De
verboꝛū autem duplicitate ⁊ falſitate quan
do fit in pꝛoximi deceptionem ⁊ nocumē
tum: ſicut de mendatio iudicandum vide-
tur. vnde dicit Iſidoꝛus. Quacunqȝ arte
quis iurauerit: deus: qui conſcientie teſtis
eſt: illud accipit ſicut ille cui iuratur intelli-
git. Circa fraudes que in emendo fiūt no
tandum ꝙ quandoqȝ in venditoꝛe eſt ſim
plicitas vel neceſſitas: ⁊ hoc modo contin
git fraus in emptoꝛe ſcilicet cum res emit
villius vel ratione ſimplicitatis villius ven
dit: vel neceſſitatis vel ignoꝛātie. Itē pec-
cata locutionis in emptoꝛibus frequenter
inueniuntur: cum ſcilicet res mendaciter vi
lipenduntur: ⁊ rationes que circa vendito
res ſunt dicte: ⁊ eo modo que dicta de
venditoꝛe ſic etiam eſt iudicandū ⁊ de frau
de in commutationibus eſt ſimiliter iudi-
candum. Item vt dictum eſt non ſolum
conſiſtit iniuſtitia ⁊ fraus in contractu tem
poꝛalium rerum: ſed etiam circa ſpiritua-
lia. Et quidem poteſt fieri: ⁊ ſic eſt fructus
inique ſententie vel circa beneficia ⁊ ſic ſi
monia. Eſt autem ſimonia ſecundum ꝙ cō
muniter diffinitur ſtudioſa voluntas emen
di vel vendendi aliquod ſpirituale vel ſpi-
rituali annexum ⁊ habet rationem moꝛta- Simonia
lis: quia manifeſte eſt ibi iniuſtitia contra
deum: cum ſpiritualia non poſſint cadere
ſub pꝛecio tempoꝛali: ⁊ quia non poteſt
quis vendere vel emere illud cuius non
poteſt habere dominium: ſpiritualium au
tem non ſumus domini ſed miniſtri: vnde
ad coꝛ. q. Sic nos exiſtimet homo ⁊c. Iteȝ
quia gratis accipiuntur: gratis conferri de
bent. Iuxta illud Mathe. decimo. Gratis
accepiſtis ⁊c. Simonia autem tribus mo- Triplex modus simonie
dis committitur: ⁊ ſecundum hoc tres fru
ctus habet in arboꝛe: committitur enim a
manu vt munera coꝛpoꝛalia conferendo
pꝛo ſpiritualibus obtinendis. Item mune
rea lingua: vt per pꝛeces carnales ⁊ iniu-
ſtas ſpiritualia obtinēdo. Item munere ab
obſequio: vt cum quis per ſeruitium hu-
manum: iniuſtum vel inhoneſtum ſpiritua
lia obtinet. Item nota alias ſpecies ſimo-

Iuramentum

nie: quia permutando: transigendo spiri-
tualia beneficia absqꝫ superioris auctorita-
te contrahitur simonia secundum iura. Ap
pellatur permutatio cum fit mutatio digni
tatum: vel quorumcunqꝫ beneficiorum ec
clesiasticorum. Transactio autem est de
quacunqꝫ re spirituali non gratuita pactio
Hoc autem circa materiam generaliter é
aduertendum: ꝙ spirituale dare vel accipe
re pro temporali: ita ꝙ spirituale cadat sub
precio est vitium simonie. Licet autē pro
labore ⁊ pro sustentatione secundū bonas
consuetudines accipere seu dare. Item vt
dictum est alius fructus iniustitie seu frau-
dis est ad proximum scilicet iniusta senten-
tia ⁊ multos fructus mortiferos habet qui
sunt iustitie peruersio: siue dilatio ordinis.
iuris mutatio: falsum testimonium: iniusta
aduocatio: litterarū abusio: que omnia ha
bent rationem mortalis secundum ꝙ cedūt
in proximi nocumentum: ⁊ ex radice auari
tie procedūt vt peccunia emergatur. Cir-
ca quartū scilicet de iniusta aduocatione no
ta peccata: que ibi inueniuntur frequenter
scilicet iniustum patrocinium: litis prolun-
gatio: ⁊ iuris sophistica allegatio: iniustum
consilium. s. de mendatio seu periurio in iu
dicio faciendo: que manifeste ratioē mor
talis habent cum fiunt in proximi nocumē
tum. ¶ Circa quartum scilicet litterarum
abusionem. nota etiam multa peccata que
committuntur hoc facto scilicet iniusta im-
petratio: vt cū veritate tacita vel falsitate
suggesta littere ad vexationem proximi im
petrantur: iniusta extensio: vt cum quis ha
bet litteram ad aliquas personas speciali-
ter: vel ad certum numerum personarum:
vel ad certum negotium ⁊ vltra littere vir
tutē vel tenorem extenditur ad negotia vl'
personas. Item additio vel diminutio per
rasuram: vel fictio: cum quis bullam subti-
liter raserit: vel bullā falsam facit: in quo
vltimo casu ipso iure maiorem excommu-
nicationem incurrit. ¶ Tertius ramus prin
cipalis qui ex auaritia procedit est inordi-
natus amor habiti: ⁊ ex hoc ramo hi fru-
ctus procedunt: iniusta congregatio: imise-
ricordia seu icompassio: restitutionis dila-
tio: irrecōpensatio: illiberalitas: de quib⁹ est
videndum quomodo habent ratioē pec-
cati. ¶ Circa primū de iniusta congrega
tione est nontandum ꝙ iniusta congrega-
tio est: cū quis bona sua seu fructus terre
sue congregat solo ardore habendi: vel vt
carestia procuretur: ⁊ res seruate postmo-
dum carius vendantur ⁊ iterum precium
reponatur: ⁊ hoc quidem ratioē morta-
lis habere potest: dum est ibi intentio ita cō
gregandi nec dispergendi loco ⁊ tempore
sed solo ardore habendi ⁊ luxuriandi in eis
⁊ hoc exemplū patet in illo diuite de quo
dicitur Luc. vigesimo: ꝙ dicebat anima
mea habes ⁊c. Cui responsum est. Stul-
te hac nocte re. animam tu. s. demones ⁊c.
ergo manifestum est ꝙ inficiebat peccatū
mortale. ¶ Secundus fructus est inmise-
ricordia in effectu: cum. s. proximus in ar-
cta necessitate videtur ⁊ scitur hoc: ⁊ non
subuenitur ei: cum tamen omnia in necessi
tate debent esse communia: ⁊ tūc potest es
se mortale: ⁊ secundum hoc mali iudicabū
tur de defectu misericordie sicut patet Luc.
vigesimoquinto. vnde ⁊ sic intelligit Am-
brosius vbi dicit. Pasce fame morientem
si non pauisti occidisti. Non solum autem
est in precepto proximū iuuare in datione
temporalium: sed etiam in alijs actibus mi
sericordie sicut patet Mathe. vigesimoqn
to. ¶ Tertius fructus est restitutionis dila
tio: in illis enim casibus in quibus non trāſ
fertur dominium sicut in furto: rapina: ⁊ si
milibus: semper est detentor in mora ⁊ pec
cat mortaliter retinendo: licet peniteat ac-
cepisse: si tamen adsit reddendi possibilitas
vel opportunitas: vnde ⁊ Augustinus di-
cit. Non dimittitur peccatum nisi restitua-

tur ablatum.. In his autem in quibus dominium transit in accipientem sicut in mutuo non quis in mora nisi secundum conditiones appositas: ⁊ sic posset esse tante conditionis transgressio in proximi lesionem: q posset hre ratione mortale. ¶ Quartus fructus inordinati amoris temporalium est ire compensatio: cum scilicet quis multa bona accipit ab alijs ⁊ ex inordiato amore temporalium aliquid recompensare dimittit: quod manifeste est contra ius naturale. De hoc tamen secundum radicem iudicandum est: scilicet vtrum hoc ex auaritia procedat que habeat rationem mortalis. Qualis autem auaritia radicem mortalis habeat dictum est. Sicut autem de irrecōpensatione ita ⁊ de illiberalitate dicendum est: cum quis non est liberalis in dando.

¶ Tertius principalis ramus concupiscentia carnis.

t Ertius ramus principalis: qui ex radice concupiscentie ex trūco male voluntatis procedit est carnis concupiscentia secundū Joannem in canonica sua: scilicet in querēdo delectationem: ⁊ vitando molestiam: ⁊ secundum hoc in duos ramos principales iste ramus diuiditur. ¶ Primus autem ramus: qui ex questu delectationū consistit: in duos ramos diuiditur: quia quedam est delectatio pertinens ad conseruationem indiuidui per actum refectionis. Alia ē pertinens ad conseruationem speciei per propagationem seminis. Quantum autem ad primum specialiter peccatum gule consistit. Est autem gula secundum q habet rationem peccati mortalis: inordinatus appetitus vel vsus nutrimenti rationem subuertens ⁊ auertens a deo. Et hoc patet in illa gula precipue qua quis precepta dei non timet pretergredi: vt delectamenta ciborum sequatur: ⁊ illa in qua etiam ratio subuertitur cum ex deliberatione seu aduersione rationis procedit vt cum quis scienter se inebriat vel naturam propriam grauat. vnde Gregorius trigesimo moralium sic loquitur de gula dicens: q dominante gule vitio: omne qđ egerint homines fortiter perdunt. Sicut autem alia vitia: sua venialia habent vt supra dictum est: ita etiam gula sua venialia habet: vbi circa actum nutritionis ⁊ desiderium non est inordinatio cōtra deum nec auersio rationis: quia tales actus non sunt quandoqꝫ in potestate hominis. Ex hoc autem ramo precipue tres rami exeunt principales: scilicet: incontinentia gule: immodestia: ⁊ dilectio. ¶ Circa primum scilicet de incontinentia gule notandum est: q istos fructus habet secum. anticipationem: frequentationem ⁊ ieiunij fractionem. Anticipatio est cum quis horam comedendi anticipat: quod potest fieri tempore ieiunij: vel alio tempore. Si autem tempore ieiunij quod est in precepto: cum hora comedendi secundum iura ⁊ cōsuetudinem assignetur post meridiem: qui horā notabiliter anticipat sine causa: sola comedendi libidine fraudem facit: nec tale ieiunium reputatur: vt siquis forte hora tertia comederet: ⁊ sic se impleret: q postmodum illa die non esuriret. Qui autem fraudem legi cōmittit: cōmittit in legē. vnde calcidonense conciliū. Nullatenus iudicandi sunt ieiunare: qui ante comedunt q̄ꝫ vespertinum celebretur officium quod tempore quadragesimali dicitur. Alias autem post nonam. Item ista anticipatio fit etiam alio tempore: vt multi qui volunt comedere statim quando de lecto exeunt: sicut bruta: etiam quandoqꝫ absqꝫ aliquo appetitu ex praua consuetudine quod est graue peccatum ⁊ vix potest contingere qn a radice mortali procedat. ¶ Secundus

fructus est frequentia cibi vel potus: qđ ni
si cogat etas: vel infirmitas: vel iusta ne-
cessitas manifeste contra rationeꝫ est pec-
catum: que prohibet apostolus ad gal. v. ⁊
ponit comessationeꝫ inter opera carnis de
quibus dicit: qui talia agunt regnuꝫ dei nō
possidebunt: per quod patet manifeste ꝙ
aliqua comessatio habet rationem morta-
lis cuꝫ. s. procedit ex gula eo modo quo ha
bet rationem mortalis: quando autem ha
beat rationem hanc: dictum est supra. Ter
tius fructus incōtinentie gule: est fractio ie
iunij ab ecclesia obtenti qđ fit in numero ⁊
qualitate: in numero comestionum pluries
comedendo. In qualitate cibi cibum veti-
tū comedēdo: vt comedendo carnes vł la
cticinia ⁊ huiusmodi in quadragesima. Et
de hoc ieiunio est sciendū: ꝙ quicūqꝫ hoc
ieiuniū absqꝫ dispensatione superioris: iu-
sta necessitate laboris necessarij: vel paup
tatis notabilis: vel etatis vel infirmitatis ē
trāsgressor precepti: ⁊ sic peccatuꝫ mortale
cōmittit: vnde Hieronymus ad lucinum
loquēs de ieiunio. Unaquaqꝫ puincia ha
bundat in suo sensu ⁊ precepta maiorū le-
ges apostolicas arbitret: per qđ patet ie-
iuniū eē in precepto. Secūdus ramꝰ prin-
cipalis gule: est imodestia. s. cū in nutrien-
do corpus modus debitus non seruatur ⁊
duos fructus habet. s. auiditatem ⁊ nimie-
tatem. Est autem auiditas inordinata in co
medendo. gulositas: ⁊ est peccatum cum
motus brutales ⁊ inordinatos debeat re-
frenare: ⁊ pōt qñqꝫ sine peccato eē: vt cuꝫ
hō non subiacet sue potestati: ⁊ quandoqꝫ
est veniale vt cum nō ita reprimat sicut de
cet ⁊ pōt esse mortale: si ex radice mortali
procedat sicut de frequētia dictum est. Se
cūdus autē fructus imodestie in cibo est ni
mietas: vt cū quis comedit ex nimia quan
titate vel bibit. Ex hoc fructu nascit corpo
ris grauitas ⁊ infirmitas: mentis hebitudo
⁊ cecitas: iuditij precipitatio: incircōspectio
ebrietas: ebriositas: loquacitas: inepta leti-
tia: ⁊ dissolutio. Circa materiā istam notā-
dum: in generali ꝙ ille nimis dicitur come
dere: qui vltra cōmoditatē nature come-
dit ⁊ bibit: ⁊ est contra rationem ⁊ per cō
sequēs peccatū: cū actꝰ nutritiōis sit ad cō
seruationē indiuidui: ⁊ per talem culpam fi
at nature subuersio: vnde patet ꝙ ibi ē abu
sio ⁊ peccatum: ⁊ tm̄ in grauamen nature
procedere pōt: si ex deliberatōe fiat ꝙ ha-
bebit rationē mortalis. Ex deliberatione āt
dico: qꝛ quandoqꝫ ex passione famis vel
pretextu estimare necessitatis hoc pōt fieri:
qđ de facili non esset iudicādū mortale. Ex
hoc autem fructu vt dictum est: est corpo-
ris grauitas ⁊ infirmitas: que ex nimia ci-
bi sumptione procedit. Et hebitudo men-
tis ⁊ cecitas: que lꝫ magis rationē pene q̄ꝫ
culpe habeant: tamē causa peccati esse pos
sunt: cū quis ratione infirmitatis vel graui
tatis carnis iam non potest facere nec im-
plere id ad qnod a natura ex precepto te-
nebatur: vel cum ex nimia sumptione cibi
vel potus in talem hebitudinem vel ceci-
tatē mentis incidit ꝙ necessaria ad saluteꝫ
non cogitat nec diiudicat ⁊ transgreditur
vel sententiam vel verbū precipitat in pxi
mi nocumentum: ⁊ tunc manifeste non ex-
cusatur: quin in talibus possit peccare mor
taliter in taliū ōmissione: cum factus sit ine
ptus ad talia exercenda dando operā rei
illicite. Et hec intelligo nisi amisisset totali
ter rationem vel forte corporis potestatem
eo modo quo de ebrietate dicet. De ebrie
tate autem notandum: ꝙ siquis sciens vi-
ni vel liquoris fortitudinem: ⁊ aduertens
ꝙ ex eius nimia sumptione potest ebrieta
tem incurrere nimis sūmendo peccat mor
taliter: quia. s. vsu ratiōis se priuat ⁊ omni
um peccatorum periculis se exponit. vnde
Ambrosius in libro de patriarchis: vitā-
dam dicimus ebrietatem: per quam crimi
na vitare nō possumus. Nam que sobrij
cauemus: per ebrietatem ignoranter com
mittimus. Et apostolus ad gal. v. iter ope

ra mortalia ebrietate connumerat. Potest tamen ebrietas contingere absq3 mortali ⁊ etiam veniali: vt cum quis liquoris fortitudinem non agnoscit: vel liquorem inebriātem ꝓ alio bibit vel siti ducitur nō aduertens. vnde ⁊ Aug. contra faustū. Loth de ebrietate excusat. Cum autem quis ratiōe ebrietatis: vel occasione peccatum mortale ignoranter postmodū cōmittit. si mortalis fuit ebrietas non totaliter excusatur: tamen ſm ꝙ ratio voluntarij diminuitur sic peccatum excusatur a tanto: licet nō a toto: Si autem ebrietas absq3 peccato contingit: tūc a peccato mortali excusare pōt. vnde Augustinus Loth ebriu3 ab incestu excusat dicens contra faustum Loth culpandus nō quantū incestus: sed quantum ebrietas meruit. Tamen cum quis ad se redierit deb3 de illo peccato dolere vt credo. qd̄ etiā cōfiteri: q: ad superiorem pertinet iudicare. vtrum talis fuerit ebrietas: que peccatum valeat excusare. ¶ Item foliū istius imodestie est loquacitas. que multa folia secu3 habet scilicet. Multiloquiū. vaniloquiu3. Stultiloquium. Turpiloquium: de quib⁹ cum voces sint signa intellectuū: iudicādu3 videtur secundū rationem radicis. ¶ Vltimus fructus nimie cōmestionis est iepta leticia ⁊ dissolutio que sortiuntur ratione3 peccati ſm radicem: ⁊ in aliquibus secundum scandalum seu occasionem scandalizatur. qd̄ tantum esse poterit ꝙ habebit rationem mortalis. ¶ Tertius ramus. principalis: qui ex gula ꝓcedit est inordinata delectatio. ⁊ hos fructus etiam secum habet scilicet. Sollicitudinem in querendo. Studiositatem in preparando. Multiplicitaté in diuersificando. Carestiā in emendo. Lecacitatem in sūmendo: que rationem peccati sortiuntur ſm rationem radicis ⁊ personarum ⁊ statuū: vel ſm qd̄ in talibus fit ita nobilis supfluitas atq3 sumptus ꝙ pauperum indigētia ⁊ necessitas hoc faciat habere rationem mortalis eo modo quo superius de prodigalitate est dictū. ¶ Secūdus ramus principalis: qui ex radice carnalis concupiscentie procedit: est delectatio inordinata circa actum: qui pertinet ad cōseruationem speciei: vt dictu3 est supra: que luxuria appellatur: que quidem habet rationem peccati inquantū repugnat rationi vel nature: ⁊ habet ratione3 mortalis sicut patet. ad Gal'. vi. Vbi inter carnis opera computatur. Hic autem ramus cum precedenti ramo conuenienter inseritur: quia ex gula procedit ⁊ gula ei materiam administrat: q: semen ſm philosophū est supfluu3 alimenti. Sicut aūt dictum est de alijs peccatis. ꝙ motus proprios ⁊ diuersos qui ꝑueniunt rationem: nec adhibetur ꝯsensus non habent rationem mortalis: sic etiam de luxuria est dicendū. ¶ Ex hoc aute3 ramo tres rami speciales ꝓcedunt: qui sunt: Inhonestas. Carnalis affectio. Incontinētia. Inhonestas hos fructus emittit: q: est inuerecūda in verbo. In gestu. In facto. In habitu. ¶ Circa inuerecundiā hoc est aduertendū. ꝙ licet sit passio. tamen ex vitio oritur. Cum eni3 inuerecūdia sit de turpi proprie q: qui inuerecūdus est turpia videtur diligere. vnde de ipsa iudicandū est ſm rationé radicis. Neq3 enim quādoq3 est in potestate hominis. qn̄ voluerit verecūdari. q: huiusmodi passiones: vt frequēter complexionem sequūtur. ¶ Circa Inhonestaté in gestu vel facto vel verbo sciédum. ꝙ multum ex affectu pensantur: vel ſm ꝙ ex hoc ratione temporis vel loci vl' persone potest oriri scandalum: ⁊ tūc ex aliqua circūstantia posset tantam prestare occasionem scandali. ꝙ posset habere rationem mortalis: vt si forte persona religiosa vel posita in exemplum choreas vel tripudia ducere: vel si forte a quocunq3 imparasceue talia exercerent. ¶ Inhonestas ét in verbo: que scurilitas dicitur de qua di-

rit apoſtolus: nec nominetur in vobis ex affectu penſatur: vel ſecundum ſcandalum ratione perſone: vel ſecundum ꝙ verba talia alios ad malum incitant. cum ⁊ tali intentione dicuntur: ⁊ ſic poſſet habere rationem moꝛtalis. Et ſic etiam de choꝛeis ⁊ cantilenis ⁊ luſibus intelligendum eſt: per hec igitur que dicta ſunt patet. quomodo iſtriones: ſaltatrices ⁊ tales ioculatoꝛes: qui in honeſtis verbis ⁊ factis: homines faciunt delectari non penſantes que verba vel facta pꝛoferant. dũtamen poſſint pecuniam extoꝛquere: non ſunt in ſtatu ſalutis. Dare etiam talibus eſt in peccato fouere. vnde Auguſtinus ſuper Johanné. Dare res ſuas iſtrionibus vitioſum. Qui autem talia exercent officia abſqꝫ inhoneſtate ad recreationem hominum. cum quandoqꝫ talis recreatio ſit leticia ⁊ virtus etiam ſecunduꝫ philoſophũ entrapelia nominatur non tales damnandi: nec talibus dare iudicatur peccatum. ¶ Circa inhoneſtaté habitus. Notandum ꝙ iſte fructus quattuoꝛ ſecum habet ſcilicet. Superfluitatem. Pꝛecioſitaté. Curioſitatem. Inhoneſtaté. Superfluitas autem conſiſtit in duob⁹ numero: ⁊ menſura: vt cũ habent veſtes plures vel nimis late vel defluentes. Item curioſitas in veſte duobus modis in⁊enitur ſcilicet in coloꝛe ⁊ modo facture. Inhoneſtas autem eſt cũ modus facture veſtiũ impudicitiam pꝛetendit: ⁊ ad malũ pꝛouocat: vt pꝛecioſarũ veſtiũ vel circa colluꝫ: ⁊ guttur tale qđ. Huius auteꝫ inhoneſtatis ſunt fructus: vnctio: lotio: deceptio. compoſitio. multiplicatio. adinuentio: vt cum fiũt vnctiones vel lotiones ad acquirendũ coloꝛem vel deceptiones in mutando capillos: vel focãdo caput ⁊ huiuſmodi. Ité cõpoſitio vt cum nimis ſtricti ſotulares: vel ſingularis modus in compoſitione ſeruat. Item multiplicatio iocaliũ: etiam adinuentio noui modi in talibus: que omnia: quõ rationem peccati habeant videamus. Circa ergo hanc materiam eſt notandũ ꝙ iſta quattuoꝛ poſſunt habere rationem peccati: vel rationé peruerſe intentionis: vel contrarie cõſuetudinis: vel ꝯditionis perſone: vel tempoꝛis: vel ratione radicis poſſunt habere rationem peccati: vel cuꝫ iſta ex ſuperbia oꝛiuntur: ⁊ ad inanem gloꝛiam oꝛdinantur: vel cum iſta fiunt intentione placendi: ⁊ ad luxuriam pꝛouocandi. Et ſi radix moꝛtalis ſit: ⁊ ramus moꝛtalis erit dicit enim Auguſtinus ꝙ non ſolum appetere: ſed etiam appeti velle criminoſum eſt.

Nota

¶ Hec etiam ratione conſuetudinis contrarie poſſunt habere rationeꝫ peccati: vt cum quis querit habitum: qui conſuetudini terre non congruit: vel vnguentis vtitur: vel modo oꝛnat: ⁊ incedit in ſcandalum pꝛoximoꝛum: vt ſi vir veſte mulierbꝛi vteretur: ⁊ econuerſo: ⁊ huiuſmodi Et ita talibus tanta poſſet dari occaſio ſcandali ꝙ poſſet iudicari moꝛtale. vnde Auguſtinus tertio confeſſio. Conſuetudo vel lex terre nulla ciuis vel peregrini libidine violetur. ¶ Item ratione conditionis perſone: quia aliud decet clericum: ⁊ perſonas eccleſiaſticas: vel pꝛelatuꝫ ⁊ religioſuꝫ. Aliud perſonas laicas. Aliud diuitem. Aliud pauperem. Aliud viduaꝫ. Aliud coniugatam. In hoc igitur põt contingere ratio peccati: ſecundũ ꝙ quelibet perſona ſuum ſtatum in aliquo pꝛedictoꝛuꝫ excedit: vt ſi foꝛte tot paria veſtium velit habere burgenſis aliqua: quot regina: ⁊ ſic đ alijs. vnde ſic poteſt in talibus excedere ſtatum ſuum. ꝙ opoꝛtet concludi. ꝙ ex aliqua mala radice pꝛocedat: ⁊ ꝙ vergat in ſcandalum pꝛoximoꝛum. ¶ Quarto ratione tempoꝛis: vt cum quis vtitur talibus ⁊ talia multiplicat tempoꝛe neceſſitatis pauperum: ⁊ cum tanta eſt chariſtia: ꝙ pauperes arctam indigentiaꝫ patiantur

